This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

KPC 1422 (4.2)

HARVARD
COLLEGE
LIBRARY

MARCI TULLII
CICERONIS
OPERA

QUAE SUPERSUNT, OMNIA,

CUM ASCONIO & SCHOLIASTE VETERI;

Ac Notis Integris

P. VICTORII, J. CAMERARII, F. URSINI,

& Selectis

P. MANUTII, D. LAMBINI, J. GULIELMII, J. GRUTERI, J. F. & J. GRONOVIORUM, J. G. GRAEVII, & ALIORUM QUAMPLURIMORUM,

Qui Aliquam Ciceronis Operum Partem Animadverſionibus illuſtraverunt.

ISAACUS VERBURGIUS

COLLEGIT, DISPOSUIT, RECENSUIT,

Variantes Lectiones ubique appoſuit,

Paginas Aldinae Editionis, quas Nizolius & alii ſunt ſecuti, unà cum Alexandri Scot Sectionibus, Apparatui Latinae Locutionis reſpondentibus, ad utentis commodum ubique diligenter notavit.

CUM INDICIBUS ACCURATISSIMIS, INSIGNITER AUCTIS.

Voluminis Quarti pars ſecunda.

AMSTELAEDAMI,

Apud ROD. & GERH. WETSTENIOS.

MDCCXXIV.

~~L.R 37.133~~

Harvard College Library
Bowie Collection
Gift of
Mrs. E. D. Brandegee
Nov. 3, 1908

KPC 1422 (4.2)

HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY
NOV 2 1956

315471
55.71
21.5

M. TULLII CICERONIS P. CXLVI.

PRO

L. FLACCO,

ORATIO SEXTA ET VICESIMA.

ARGUMENTUM.

Accuſatum à P. Lælio L. Flaccum de repetundis ex Aſia, cui triennium poſt præturam præfuerat, Cicero defendit. Tota fere defenſio ex confutatione teſtium Aſiaticorum, & Græcorum, qui Flaccum oppugnabant, & ex ipſius Flacci ſuperiore vita, magniſque erga rempublicam meritis conſtat. Egit eandem cauſſam & Q. Hortenſius: de quo ſic in oratione: De hoc teſte totoque Mithridatico crimine diſſeruit ſubtiliter & copioſe Q. Hortenſius. *Et epiſt. ult. lib. II. ad Attic.* Hortenſius quam plena manu, quam ingenue, quam ornate noſtras laudes in aſtra ſuſtulit, cum de Flacci prætura, & de illo tempore Allobrogum diceret. *Atque ex illa quidem epiſtola accuſatum eſſe Flaccum, Cæſare & Bibulo Coſſ. ſatis intelligitur. quod hiſtoria quoque ratio docet, nam cum prætor Flaccus fuerit Cicerone conſule, triennium autem Aſiam rexerit, quod ipſa oſtendit oratio: quis non videt, ejus accuſationem in Cæſarem & Bibulum conſules incidere? P.* Manutius [Habita A. V. C. DCXCIV.]

I. CUM IN maximis periculis hujus urbis atque 1
imperii, graviſſimo atque acerbiſſimo reipublicæ caſu, ſocio atque adjutore conſiliorum, periculorumque meorum, L. Flacco, cædem à vobis, conjugibus, liberis veſtris, vaſtitatem à templis, delubris, urbe, Italia depellebam: ſperabam, judices, [1] honoris potiùs L. Flacci me adju-

1. *HOnoris potius L. Flacci &c.*] Id eſt conſulatus. malè enim iſtud mutat in *honorum* Lambinus, & contra libros. *Grut.* Si libri Faërni fuerunt ceteris antiquiores & emendatiores, omnino *honorum* prætulerim. Sic enim ſemper Cicero, cum labores aut miſerias opponit honoribus. Lib. XIII. ad Famil. epiſt. 4: *Nam nec in honoribus meis, nec in laboribus unquam defuerunt.* In epiſt. 7: *Nullum unquam fuiſſe tempus neque honorum neque laborum* mea-

adjutorem futurum, quam miſeriarum deprecatorem. Quod enim eſſet præmium dignitatis, quod populus Romanus, cùm hujus majoribus ſemper detuliſſet, huic denegaret: cùm L. Flaccus veterem Valeriæ gentis in liberanda patria laudem propè quingenteſimo anno reipublicæ retuliſſet?

2 Sed ſi fortè aliquando aut beneficii hujus obtrectator, aut virtutis hoſtis, aut laudis invidus exſtitiſſet: exiſtimabam L. Flacco multitudinis potiùs imperitæ, nullo tamen cum periculo, quàm ſapientiſſimorum & lectiſſimorum virorum judicium eſſe ſubeundum. Etenim, quibus auctoribus, & defenſoribus omnium tum ſalus eſſet non civium ſolum, verùm etiam gentium defenſa ac retenta, neminem umquam putavi per eos ipſos periculum hujus fortunis, atque inſidias creaturum. Quòd ſi eſſet aliquando futurum, ut aliquis de L. Flacci pernicie cogitaret, numquàm tamen exiſtimavi, judices, D. Lælium, optimi viri filium, optima ipſum ſpe præditum, ſummæ dignitatis, eam ſuſcepturum accuſationem, quæ ſceleratorum civium potiùs odio & furori, quàm ipſius virtuti atque [a] inſtitutæ adoleſcentiæ conveniret. Etenim cùm à clariſſimis viris juſtiſſimas inimicitias ſæpe cum bene meritis civibus depoſitas eſſe vidiſſem, non ſum arbitratus, quemquam amicum reipublicæ, poſteaquàm L. Flacci amor in patriam perſpectus eſſet, novas huic inimicitias, nulla accepta injuria, denuntiaturum.

a inſtituto *Lamb.* P. B.

3 Sed, quoniam, judices, multa nos & in noſtris rebus & in republica fefellerunt: ferimus ea, quæ ſunt ferenda. tantum à vobis petimus, ut omnia reipublicæ ſubſidia, totum ſtatum civitatis, omnem memoriam temporum præteritorum, ſalutem præſentium, ſpem reliquorum, in veſtra poteſtate, in veſtris ſententiis, in hoc uno judicio poſitam eſſe & defixam putetis. Si umquam reſpublica conſilium, gravitatem, ſapientiam, providentiam judicum imploravit: hoc tempore, hoc, inquam, tempore implorat.

II. Non eſtis de Lydorum aut Myſorum, aut Phrygum, qui huc compulſi concitatique venerunt, ſed de veſtra republica judicaturi, de civitatis ſtatu, de communi ſalute, de ſpe bonorum omnium, ſi qua reliqua eſt etiam nunc, quæ fortium civium mentes cogitationeſque ſuſtentet.

rorum. & alibi frequenter. Francii tamen codex & editiones vetuſtæ vulgatæ adſtipulantur. *Gravius.*

2. *Omnem*

ſuſtentet: omnia alia perfugia bonorum, præſidia innocentium, ſubſidia reipublicæ, conſilia, auxilia, jura [b] ceciderunt. b ita Græv.
4 Quem enim alium appellem? quem obteſter? quem implorem? ſenatumne? at is ipſe auxilium petit à vobis, & confirmationem auctoritatis ſuæ, veſtræ poteſtati permiſſam eſſe ſentit. an equites Romanos? judicabitis principes ejus ordinis quinquaginta, quid cum omnibus ſenſeritis. an populum Romanum? at is quidem [2] omnem ſuam de bonis poteſtatem tradidit vobis. Quamobrem, niſi hoc loco, niſi apud vos, niſi per vos, judices, non auctoritatem, quæ amiſſa eſt, ſed ſalutem noſtram, quæ ſpe exigua extremaque pendet, tenuerimus; nihil eſt præterea, quò confugere poſſimus: niſi fortè quæ res hoc judicio tentetur, P. CXLVII. quid agatur, cui cauſæ fundamenta jaciantur, judices, non videtis.

occid. Grut.

5 Damnatus eſt is, qui Catilinam, ſigna patriæ inferentem, interemit: quid eſt cauſæ, cur non is, qui Catilinam ex urbe repulit, pertimeſcat? [3] repetitur ad pœnam, qui indicia communis exitii excepit: cur ſibi confidat is, qui ea proferenda & patefacienda curavit? ſocii conſiliorum, miniſtri, comiteſque vexantur: quid auctores, quid duces, quid principes ſibi exſpectent? Atque utinam inimici noſtri, ac bonorum omnium, mecum potiùs contendant! utrum tum omnes boni, duces noſtri, an comites fuerint ad communem conſervandam ſalutem *

Permulta deſunt.

6 III. Hunc igitur virum, Læli, quibus tandem rebus oppugnas? Fuit, P. Servilio imperatore, in Cilicia tribunus militum. ea res ſiletur. Fuit M. Piſoni quæſtor in Hiſpania. vox de quæſtura nulla miſſa eſt. Bellum Cretenſe ex magna parte geſſit, atque unà cum ſummo imperatore ſuſtinuit. muta eſt hujus temporis accuſatio. Præturæ juriſdictio, res varia,

2. *Omnem ſuam de bonis poteſtatem tradidit vobis.*] Nihil variant Pall. niſi quod quidam *tradit*, ut expreſſum à mediæ ætatis correctoribus. Gruteri ſcriptus habet *cecidit vobis.* an voluit? *credidit.* Lambinus ex Memmio nobis exhibuit, *de nobis*; neque damnem. *Grut.*

3. *Repetitur ad pœnam.*] Plerique Palatini *Rapitur.* ſed id factum, quod fuiſſet in authentico, *reperitur*, *er* immixtis p. quomodo inveni in ſexto. at prius illud extat in quinto, ſeptimo, & octavo, & ad oram plurium, erat autem in quarto *petitur*. Idem,

4. Ea

varia & multiplex ad ſuſpiciones & ſimultates, non attingitur. [4] ea verò in ſummo & periculoſiſſimo reipublicæ tempore, etiam ab inimicis laudatur. [5] At à teſtibus læditur. Antequam dico, à quibus, qua ſpe, [c] qua vi, qua re concitatis, qua levitate, qua egeſtate, qua perfidia, qua audacia præditis; dicam de genere univerſo, & de conditione omnium noſtrûm. Per deos immortales! judices, vos, quomodo is, qui anno antè Romæ jus dixerat, anno pòſt in Aſia jus dixerit, à teſtibus quæretis ignotis? ipſi conjectura nihil judicabitis? in tam varia jurisdictione tam multa decreta, tot hominum gratioſorum læſæ voluntates, quæ eſt umquam jacta non ſuſpicio, quæ tamen ſolet eſſe falſa, ſed iracundiæ vox, aut doloris?

[c] qua vi *delet Grav.*

P. B.

7 Et is eſt reus avaritiæ, qui in uberrima re turpe compendium, [6] in maledicentiſſima civitate, in ſuſpicioſiſſimo negotio, maledictum omne, non modò crimen effugit. Prætereo illa, quæ prætereunda non ſunt: nullum hujus in privatis rebus factum avarum, nullam in re pecuniaria contentionem, nullam in re familiari ſordem poſſe proferri. Quibus igitur teſtibus ego hoſce poſſum refutare, niſi vobis?

Ti-

4. *Ea verò in ſummo &c.*] Sic quidem vetuſtius cuſi, item Pal. ſec. ac tert. ſed ſex alii, uno ore: *At verò in ſummo & peric. reipub. tempore etiam ab inimicis ead. prætura laudatur.* quod fortè revocandum: niſi reponendum *ac*, quomodo habet liber S. Victoris, conſpirans alioquin cum vulgata. *Grut.* Libris Faërni & Palatinis ſubſcribunt duo Francii, & editio prima. Cur ergo non recipitur? *Summum tempus* eſt in quo agitur ſalus totius reipublicæ. Sic *ſummum bellum* apud Cæſ. lib. VIII. de Bello Gallico: *Quod exploratum haberet ſub tempus æſtivorum nullum ſummum bellum poſſe conflari.* hoc eſt in quo periclitatur ſumma rerum. *Summa conſilia* apud Plautum, à quibus pendet tota res. In Truculento: *Tibi mea conſilia ſumma ſemper credidi.* Sed de hoc loquendi genere cum ipſe alibi, tum & viri docti pluribus egerunt. *Grav.*

5. *At à teſtibus læditur.*] Pantagathus, *at Aſiatica à teſtibus læditur:* nec male: nam de urbana jam eſt locutus. paullo ſupra, *qui Catilinam ex urbe repulit*, idem legebat *expulit.* Urſinus. Pantagathus conjicit, *at Aſiatica à teſtibus læditur*, præter mſſ. veroſimilius eſt, aliquam multa deſiderari, *Grut.*

6. *In maledicentiſſima civitate &c.*] Scripti noſtri nihil prorſus diſcrepant. Lambinus tamen edidit, de ſuone, an adjutus à Faërni libris neſcio (nam Faërnum nondum licuit videre, & Lambini notæ nihil heic loquuntur) *in maledicentiſſima civitate, maledictum omne, in ſuſpicioſiſſimo negotio, omnem ſuſpicionem, non modò crimen effugit?* non placet tamen. *Idem.*

7. Ti-

7 Timolites [8] ille vicanus, homo non modò nobis, ſed ne inter ſuos quidem notus, vos docebit, qualis ſit L. Flaccus? quem vos modeſtiſſimum adoleſcentem, provinciæ maximæ ſanctiſſimum virum, noſtri exercitus fortiſſimum militem, diligentiſſimum ducem, temperatiſſimum legatum, quæſtoremque cognoverunt? quem vos præſentes conſtantiſſimum ſenatorem, juſtiſſimum prætorem, [d] ac amantiſſimum reipublicæ civem judicaſtis? 8

d & Grav.

IV. De quibus vos aliis teſtes eſſe debetis, de iis ipſi alios teſtes audietis? At quos teſtes? primùm dicam (id quod eſt commune) Græcos: non quò nationi huic ego unus maximè fidem derogem. nam, ſi quis umquam de noſtris hominibus à genere iſto, ſtudio, ac voluntate non abhorrens fuit, me & eſſe arbitror, & magis etiam tum, cùm plus erat otii, fuiſſe; ſed ſunt in illo numero multi boni, docti, pudentes, qui ad hoc judicium deducti non ſunt; multi impudentes, illitterati, leves; quos variis de cauſis video concitatos. Verumtamen hoc dico de toto genere Græcorum: tribuo illis litteras, do multarum artium diſciplinam, non adimo ſermonis leporem, ingeniorum acumen, dicendi copiam: denique etiam, ſiqua ſibi alia ſumunt, non repugno: teſtimoniorum religionem & fidem numquam iſta natio coluit: totiuſque hujuſce rei quæ ſit vis, quæ auctoritas, quod pondus, ignorant. 9

P. CXLVIII.

Unde illud eſt? DA MIHI TESTIMONIUM MUTUUM. num Gallorum, num Hiſpanorum putatur? totum iſtud Græcorum eſt: ut etiam qui Græcè neſciunt, hoc, quibus verbis à Græcis dici ſoleat, ſciant. Itaque videte, quo vultu, qua confidentia dicant: tum intelligetis, qua religione dicant. numquam nobis ad rogatum reſpon- 10

7. *Timolites ille vicanus.*] Sic omnes Pall. niſi quod pr. & quart. *vitanus.* Turnebus lib. XXX. Adverſar. cap. 4. conjicit *Timolites Nicanus*; quem ſequitur Lambinus, niſi quod ſcripſerit *Tmolites*, quod & in Manutianis. *Grut.*

8. *Ille vicanus.*] Vicanus eſt, qui eſt ex vico, aut vici incola, ut qui eſt ex urbe urbanus, qui eſt ex pago paganus. Vicanus igitur Timolites, credo, dicitur, quod Tmolum civitatem contemtim pro vico habeat, ut ac ſi non eſſet oppidum, ſed vicus, ut elevet fidem teſtimonii Timolitæ. Vicanorum ſæpe fit mentio in inſcriptionibus antiquis. *Apiarii vicani* commemorantur apud Grut. LXXXIII, 2. *Vicanii Aquenſes* CXII, 7. de quibus Joſ. Scaliger Auſon. Lect. 1, 6. *Vicani vici Dianenſis* MXCIIII, 2. *Vicani Bellicenſes* apud Reineſium in claſſe 1. inſcriptionum 1, 216. & plures alii, *Grav.*

8. Qui-

reſpondent: ſemper accuſatori plus, quàm ad rogatum; numquam laborant, quemadmodum probent, quod dicunt: ſed quemadmodum ſe explicent dicendo. Iratus Flacco dixit M. Lurco, quod (ut ipſe ajebat) libertus erat ejus turpi judicio condemnatus. nihil dixit, quod læderet eum, [e] cùm cuperet. impediebat enim religio. tamen id, quod dixit, quanto cum pudore, quo tremore & pallore

e quem *H. Steph.*

11 dixit? Quàm promptus homo, P. Septimius? quam iratus de judicio, & de villico? tamen hæſitabat; tamen ejus iracundiæ religio nonnumquam repugnabat. Inimicus M. Cælius, quòd, cum in re manifeſta putaſſet nefas eſſe, publicanum judicare contra publicanum, ſublatus erat è numero recuperatorum. tamen tenuit ſe, neque attulit in judicium quidquam ad lædendum, niſi voluntatem.

V. HI SI Græci fuiſſent, ac niſi noſtri mores, ac diſciplina plus valerent, quàm dolor, ac ſimultas: omnes ſe ſpoliatos, vexatos, fortunis everſos eſſe dixiſſent. Græcus teſtis cum ea voluntate proceſſit, ut lædat: non jurisjurandi, ſed lædendi verba meditatur. vinci, refelli, coargui putat eſſe turpiſſimum: ad id ſe parat: nihil aliud curat. Itaque non optimus quiſque, nec graviſſimus, ſed

P. B.

12 [f] impudentiſſimus loquaciſſimuſque deligitur. Vos autem in privatis minimarum rerum judiciis teſtem diligenter expenditis. etiam ſi formam hominis, ſi nomen, ſi tribum noſtis; mores tamen exquirendos putatis. qui [g] tum dicit teſtimonium ex noſtris hominibus, ut ſe ipſe ſuſtentat! ut omnia verba moderatur! ut timet, ne quid cupidè, ne quid iracundè, ne quid plus minuſve, quàm ſit neceſſe, dicat! Num illos idem putatis? [9] quibus jusjurandum jocus eſt: teſtimonium, ludus: exiſtimatio veſtra, tenebræ: laus, merces, gratia, gratulatio, [h] propoſita eſt [i] omnis in impudenti mendacio. Sed non dilatabo orationem meam: etenim poſſet eſſe infinita, ſi mihi libeat totius gentis in teſtimoniis dicendis explicare vanitatem. ſed propius [k] accedam: de his veſtris teſtibus dicam.

f *alii* impudiciſſimus.

g autem *alii*.

h poſita *Lamb.*

i omnibus *Græv. conj.*

k *alii delent* accedam.

Vehe-

9. *Quibus jusjurandum, jocus eſt: teſtimonium, ludus: exiſtimatio veſtra, tenebræ.*] Ita eſt in vulgatis: & male ut videtur. Ant. Auguſtinus putat legendum, *Exiſtimatio veſtra tricæ*; vel *exiſtimatio vero tricæ*, ut *veſtra* ſit gloſſula. Mihi non videntur *tricæ* in hoc ſenſu accipi, ſed cum de re levi & minima contenditur: at in exiſtimatione nulla eſt contentio. itaque melius Pantagathus legebat, *Exiſtimatio verba: tenebræ laus. merces, gratia, gratulatio propoſita eſt omnis in impudenti mendacio.* Urſinus.

10. Quem

Vehementem accuſatorem nacti ſumus, judices, & 13
inimicum in omni genere odioſum ac moleſtum: [10] quem ſpero his rebus fore magno uſui & amicis & reipublicæ. ſed certè inflammatus [11] incredibili cupiditate hanc cauſam accuſationemque ſuſcepit. qui comitatus in inquirendo? comitatum dico? immò verò quantus exercitus? quæ jactura? qui ſumptus? quanta largitio? quæ quamquam utilia ſunt cauſæ, timidè tamen dico; quòd vereor, ne Lælius ex his rebus, quas ſibi ſuſcepit gloriæ cauſa, putet aliquid, oratione mea, ſermonis in ſeſe aut invidiæ eſſe quæſitum.

VI. ITAQUE HANC partem totam relinquam: tantùm à vobis petam, judices, ut, ſi quid ipſi audiſtis communi fama atque ſermone, [12] de vi, de manu, de armis, de copiis: memineritis, quarum rerum invidia, lege hac recenti ac nova, certus eſt [13] inquiſitioni comitum numerus conſtitutus. Sed, ut hanc vim omittam, quanta 14
illa ſunt? quæ quoniam accuſatorio jure & more ſunt facta, reprehendere non poſſumus, queri tamen co- P. CXLIX.
gimur:

10. *Quem ſpero his rebus fore.*] Ita legitur in vulgatis, & melius, ut opinor, quam ut quidam emendarunt, *vobis brevi:* nam judicibus non eſt uſui, ſed amicis & reip. ut dicit: igitur *his rebus*, vehementia, odio, ac moleſtia. *Urſinus.* Tuetur hanc lectionem P. Victorius lib. XXVII. Var. Lect. ſed deridet Lambinus; qui mavult cum Faërno *moribus*; à quo neque ego abhorruerim. mſſ. tamen noſtri Pall. item Grut. & S. Vict. nec non vetuſtè cuſi retinent mordicus, *verbis*. Grut.

11. *Incredibili cupiditate.*] Id eſt odio, ideo nocendi cupiditate. *Sylvius.* Imo *cupiditas* eſt nimis acre ſtudium partium, cum nimis ſumus addicti partibus alicujus. Cicero pro Fontejo cap. 8. *Recordamini judices, quantopere laborare ſoleatis*, &c. *quibus verbis utamini, ne quod minus moderatè poſitum, ne quod ab aliqua cupiditate prolapſum verbum eſſe videatur.* Sic *cupide* paullo ante: *Ut timet, ne quid cupidè, ne quid iracundè, ne quid plus minuſve quam ſit neceſſe dicat.* Vide quæ ad Suet. Jul. cap. 12. notavi. *Grav.*

12. *De vi, de manu, de armis, de copiis.*] Quæ, quod inquiſitionis cauſſa fieri ſoleant, vel etiam quod ab ipſo Lælio accuſatore inquirente facta ſunt, ideo lata lex eſt, quæ lata numquam fuerat, ut certus inquiſitioni comitum numerus conſtitueretur. Hæc propriè conferri in Lælium, indicant illa verba, quæ ſequuntur: *Ut hanc vim omittam, quanta illa ſunt? quæ quoniam accuſatorio jure & more facta ſunt reprehendere non poſſumus.* Cum enim Cicero ita loquitur, oſtendit, vim illam accuſatorii juris & moris non fuiſſe, a Lælio tamen gloriæ cupiditate eſſe factam. *P. Manut.*

13. *Inquiſitioni comitum.*] Pantagathus, *inquiſitori comitum.* Urſinus.

gimur: primùm, [14] quòd, distributis partibus, ſermo eſt tota Aſia diſſipatus, Cn. Pompejum, quòd L. Flacco eſt vehementer inimicus, contendiſſe à Lælio, paterno amico ac perneceſſario, ut hunc hoc judicio arceſſeret: omnemque ei ſuam auctoritatem, gratiam, copias, opes ad hoc negotium conficiendum detuliſſe. Id hoc veriſimilius Græcis hominibus videbatur, qui paullò ante familiarem Lælium in eadem provincia Flacco viderant. Pompeji autem auctoritas cùm apud omnes tanta eſt, quanta eſſe debet, tum excellit in iſta provincia, quam nuper & prædonum & regum bello liberavit. Adjunxit illa, ut eos, qui domo exire nolebant, teſtimonii denuntiatione terreret: qui domi ſtare non poterant, largo & liberali viatico commoveret. Sic adoleſcens, ingenii plenus, locupletes metu, tenues præmio, ſtultos errore permovit. ſic
15 ſunt expreſſa iſta præclara, quæ recitantur, pſephiſmata, non ſententiis, neque auctoritatibus declarata, nec jurejurando conſtricta, ſed [15] porrigenda manu, profundendoque clamore multitudinis concitatæ.

VII. O MOREM præclarum, diſciplinamque, quam à majoribus accepimus, ſi quidem teneremus! ſed neſcio quo pacto jam de manibus elabitur. nullam [1] illi noſtri ſapientiſſimi & ſanctiſſimi viri vim concionis eſſe voluerunt. quæ ſciſceret plebes, aut quæ populus juberet; ſummota concione, diſtributis partibus, tributim & centuriatim deſcriptis ordinibus, claſſibus, ætatibus, auditis auctoribus, re multos dies promulgata & cognita, juberi vetarique voluerunt.

[1] enim illi *vita.*

16 Græcorum autem totæ reſpublicæ ſedentis concionis temeritate adminiſtrantur. Itaque, ut hanc Græciam, quæ jamdiu ſuis conſiliis perculſa & afflicta eſt, omittam: illa vetus, quæ quondam opibus, imperio, gloria floruit, hoc uno

F. B.

14. *Quod, diſtributis partibus, ſermo eſt tota Aſia diſſ.*] Sane hæc talia ſunt, ut clariſſime intelligantur. Sed tamen & toties aliquem ſermonem diſſipatum refert Cicero, nec tamen is utique ſparſus eſt diſtributis partibus. Ego vereor, ne verba iſta *diſtributis partibus* huc adſcenderint ex inferioribus in capite ſequenti, *ſummota concione, diſtributis partibus, tributim aut centuriatim deſcriptis ordinibus.* Gronov.

15. *Porrigenda manu, profundendoque clamore.*] Significat Græcorum morem fuiſſe, ut in concionibus rem, de qua ageretur, non ſuffragiis, ſed clamore & manu juberent aut vetarent. *Sylvius.* *Sed porrigenda manu.* Expreſſit Græcam vocem χειροτονία, ut infra, *Porrexerunt manus, pſephiſma natum eſt.* Urſinus.

16. *Caſu*

uno malo conciderit, libertate immoderata, ac licentia concionum. Cùm in theatro imperiti homines, rerum omnium rudes ignarique, conſederant: tum bella inutilia ſuſcipiebant; tum ſeditioſos homines reipublicæ præficiebant, tum optimè meritos cives è civitate ejiciebant.

Quòd ſi hæc Athenis tum, cùm illæ non ſolùm in Græcia, ſed propè cunctis gentibus m enitebant, accidere ſunt ſolita: quam moderationem putatis in Phrygia, aut in Myſia concionum fuiſſe? Noſtras conciones, illarum nationum homines plerumque perturbant. quid, cùm ſoli ſunt ipſi, tandem fieri putatis? 16 Cæſus eſt virgis Cymæus ille Athenagoras, qui in fame frumentum exportare erat auſus. data concio Lælio eſt. proceſſit ille, & Græcus apud Græcos non de culpa ſua dixit, ſed de pœna queſtus eſt. porrexerunt manus: pſephiſma natum eſt. Hoc teſtimonium eſt? Nuper epulati, paullo antè omni largitione ſaturati Pergameni, quod Mithridates, qui multitudinem illam non auctoritate, ſed ſagina tenebat, ſe velle dixit, 17 id ſutores, & zonarii conclamarunt. Hoc teſtimonium eſt civitatis? Ego teſtes à n Sicilia publicè duxi: verùm erant ea teſtimonia non concitatæ concionis, ſed jurati ſenatus. Quare jam non eſt mihi contentio cum teſte: 18 vobis videndum eſt, ſintne hæc teſtimonia putanda. 17 18

m eminebant ubi.

n Cilicia edd. vet.

VIII.

16. *Cæſus eſt virgis.*] Quod Romæ per Valeriam legem, & Semproniam non licebat. Cæſus autem juſſu Flacci prætoris. *P. Manut.* Haud aliter emendandum putabat Turnebus lib. XXX, confirmantque Pall. plerique, antea legebamus *Cynicus &c.* Ceterùm in noſtris aliquot & S. Victoris erat *Antenagoras*: quod excutient alii. *Grut.* *Cæſus eſt virgis Cymicus ille Athenagoras.* Pro *Cynicus*, omnes libri ſcripti habent *Cymeus*: quæ tamen vox per diphthongum ſcribenda eſt, ut ſit, *Cymæus*, id eſt ex Cymis urbe, quam vocem & infra uſurpat ubi loquitur de fundo empto per Heraclidem: & alioqui placet mihi ut in aliquo deſcribendo nomen patriæ potius adſcribatur, quam profeſſionis, aut ſectæ: erant autem *Cymæ* oppidum Aſiæ, in ea parte quæ *Æolis* appellatur. *Faërn.*

17. *Id ſutores & zonarii conclamarunt.*] Nonnulli libri manuſcr. habent, *& coriarii conclamarunt*: non probo. *Lambinus.* *Id ſutores & zonarii conclamarunt.* Pantagathus delebat conjunctionis notam, addebatque poſt verbum *zonarii*, *ac coriarii*. *Urſinus.* Eſt in S. Victoris *coriarii*, quod placet Turnebo d. cap. 4. placeret & mihi, niſi noſtri pertinaciter ſtarent pro altero; reſtaretque in omni editione veteri. *Gruterus.* Francii quoque primus liber: *ſutores & coriarii.* Sed ſecundus ut editio prima: *ſutores & coriis.* Mihi arridet emendatio Pantagathi. *Grævius.*

18. *Vobis videndum eſt &c.*] Sic ſolùm Gruteri ſcriptus. Pall.

VIII. ADOLESCENS bonus, honeſto loco natus, diſertus, cum maximo ornatiſſimoque comitatu venit in oppidum Græcorum: poſtulat concionem: locupletes homines & graves, ne ſibi adverſentur, teſtimonii denuntiatione deterret: [19] egentes & leves ſpe legationis & viatico publico, privata etiam benignitate, prolectat. opifices & tabernarios, atque illam omnem fæcem civitatum, quid eſt negotii concitare, in eum præſertim, qui nuper ſummo cum imperio fuerit, ſummo autem in amore eſſe, propter nomen ipſum imperii, non potuerit?

19 Mirandum verò eſt, homines eos, quibus odio ſunt noſtræ ſecures, nomen acerbitati; ſcriptura, decumæ, portorium, mortis, libenter arripere facultatem lædendi, quæcumque detur. Mementote igitur, cùm audietis pſephiſmata, non audire vos teſtimonia; audire temeritatem vulgi, audire vocem leviſſimi cujuſque, audire ſtrepitum imperitorum, audire concionem concitatam leviſſimæ nationis. Itaque perſcrutamini penitus naturam rationemque criminum: jam nihil præter ſpem, nihil præter terrorem, ac minas reperietis. *

Deeſſe videntur nonnulla.

20 IX. In ærario nihil habent civitates, nihil in vectigalibus. duæ rationes conficiendæ pecuniæ, aut [20] verſura, aut tributo. nec tabulæ creditoris proferuntur, nec tributi confectio ulla recitatur. Quàm verò facilè falſas rationes inferre, & in tabulas, quodcumque commodum eſt, referre ſoleant, ex Cn. Pompeji litteris ad Hypſæum, & Hypſæi ad Pompejum miſſis, quæſo cognoſcite. LITTERAE POMPEII, ET HYPSAEI. Satiſne vobis coarguere

omnes *dividendum*, aut *devidendum*, adſcriptumque uni, *valde videndum*. ſed & in S. Victoris exemplari, ſyllaba illa *di*. Grut.

19. *Egentes & leves ſpe legationis.*] Vetus liber *ſpe largitionis*, quod non ita placet. Paullo poſt *nihil præter ſpeciem*, quod placet. *Urſin.* Triumphat valde in illo ſuo *largitionis* Lambinus, quomodo item conjiciebat Henricus Stephanus, extatque in Gruteriano, & ad oram Pal. tert. ac ſexti, ſed tamen omnes præferunt *legationis*, quod verum eſt: ſpem enim eis faciebat non abituros ut teſteis, ſed ut legatos à repub. ſua mittendos. *Grut.*

20. *Verſura.*] Pecuniam fœnori ſumentes, ſive mutuam ſumentes ſub uſuris. Nam verſura ſæpe eſt uſura. Aliud eſt *verſura ſolvere.* vide I. Fr. Gronov. mantiſſam de uſuris centeſimis cap. 41. *Grav.*

21. He-

quare his auctoribus diſſolutam Græcorum conſuetudi-
nem licentiamque impudentem videmur? niſi fortè, qui
Cn. Pompejum, qui præſentem, qui nullo impellente,
fallebant, eos, urgente Lælio, in abſentem, & in L. Flac-
cum aut timidos fuiſſe aut religioſos putamus.

Sed fuerint incorruptæ litteræ domi: nunc verò, quam 21 P. B.
habere auctoritatem, aut quam fidem poſſunt? Triduo
lex ad prætorem deferri, judicum ſignis obſignari jubet,
triceſimo die vix deferuntur. Ne corrumpi tabulæ facilè
poſſint, idcirco lex obſignatas in publico poni voluit. At
obſignantur corruptæ. Quid refert igitur, tanto pòſt ad ju-
dices deferantur, an omnino non deferantur? Quid, ſi
teſtium ſtudium cum accuſatore ſociatum eſt? tamenne
iſti teſtes habebuntur?

X. UBI EST igitur illa exſpectatio, quæ verſari in ju-
diciis ſolet? nam antea, cùm dixerat accuſator acriter &
vehementer, cùmque defenſor ſuppliciter demiſſeque
reſponderat; tertius ille erat exſpectatus locus teſtium, qui
aut ſine ullo ſtudio dicebant, aut cum diſſimulatione ali-
qua cupiditatis.

Hoc verò quid eſt? Unà ſedent, ex accuſatorum ſub- 22
ſelliis ſurgunt, non diſſimulant, non verentur: de ſubſel-
liis queror? una ex domo prodeunt. ſi verbo titubarint,
quò revertantur, non habebunt. An quiſquam eſſe teſtis
poteſt, quem accuſator ſine cura interroget: nec metuat,
ne ſibi aliquid, quod ipſe nolit, reſpondeat? Ubi eſt igitur
illa laus oratoris, quæ vel in accuſatore antea, vel in pa-
trono ſpectari ſolebat? Bene teſtem interrogavit: callidè
acceſſit: reprehendit: quo o voluit, adduxit: convicit, *o alii no-luit.*
& elinguem reddidit.

Quid tu iſtum roges, Læli, qui, priuſquàm hoc, TE 23
ROGO, dixeris, plura etiam effundet, quàm tu ei domi
antè præſcripſeris? Quid ego autem defenſor rogem? nam
aut oratio teſtium refelli ſolet, aut vita lædi. Qua diſpu-
tatione orationem refellam ejus, qui dicit, DEDIMUS:
nihil ampliùs? In hominem dicendum eſt igitur, cùm ora-
tio argumentationem non habet. Quid dicam in ignotum?
Querendum eſt ergo & deplorandum, id quod jamdu-
dum facio, de omni accuſationis iniquitate: primùm de P. CLI.
communi genere teſtium. dicit enim natio minimè in
teſtimoniis dicendis religioſa. propiùs accedo. nego eſſe
iſta teſtimonia, quæ tu ipſe pſephiſmata appellas: ſed p & *p & alii de-lent.*
fremitum egentium, & motum quendam temerarium

Græculæ concionis. Intrabo etiam magis. qui geſſit, non adeſt: qui numeraſſe dicitur, non eſt deductus: privatæ litteræ nullæ proferuntur: publicæ retentæ ſunt in accuſatorum poteſtate. ſumma eſt in teſtibus. hi vivunt cum inimicis: adſunt cum adverſariis: habitant cum accuſatori-
24 bus. Utrùm hîc tandem diſceptationem & cognitionem veritatis, an innocentiæ labem aliquam, aut ruinam fore putatis? Multa enim ſunt ejuſmodi, judices, ut etiam ſi in homine ipſo, de quo agitur, negligenda ſint, tamen in q imitatione atque in exemplo pertimeſcenda videantur.

q *ita Vict. Grav.* conditione *Grut.*

XI. Si quem infimo loco natum, nullo ſplendore vitæ, nulla commendatione famæ defenderem; tamen civem à civibus communis humanitatis jure ac miſericordiâ deprecarer, ne ignotis teſtibus, ne incitatis, ne accuſatoris confeſſoribus, convivis, contubernalibus; ne hominibus, levitate Græcis, crudelitate barbaris, civem ac ſupplicem veſtrum dederetis: ne periculoſam imitationem exempli reliquis in poſterum proderetis.

25 Sed, cùm L. Flacci res agatur, cujus ex familia qui primus conſul factus eſt, primus in hac civitate conſul fuit, cujus virtute regibus exterminatis, libertas in republica conſtituta eſt: quæ uſque ad hoc tempus [21] honoribus, imperio, rerum geſtarum gloria, continuata permanſit: cumque ab hac perenni conteſtataque virtute majorum non modò non degenerarit L. Flaccus, [22] ſed, id quod maxi-

21. *Honoribus, imperio, rerum geſtarum.*] Ita ſolum unius Pal. numero ſecund. ceteri omnes, ut & Gruter. *imperii*, nec diſplicet. S. Victoris habet, *imperiis*, quod Lambino placuit. *Gruterus.* Lambinus recepit *honoribus, imperiis.* quod eſt in S. Victoris MS. Nam *honoribus, imperiis*, eſt ut apud Suetonium *magiſtratibus, imperiis*, in Jul. cap. 54: *Abſtinentiam neque in imperiis neque in magiſtratibus præſtitit.* Cicero ad Attic. xv: *Vides tyranni ſatellites in imperiis.* Et ſane Ciceronem ſic ſcripſiſſe omnino exiſtimo. Uterque Francii, & editio prima, *honoribus, imperii.* In editione Mediolanenſi jam refinxerant *imperio.* Poſſet *honoribus, imperii* colore aliquo defendi, ut *honores, imperii* dicantur magiſtratus, ſicut in orat. de haruſpicum reſponſis, *domum qua eſt cum imperio* vocavit conſulis domum. & alibi quoque *imperium* pro honore, magiſtratu accipitur. Sed tamen præfero & probo conjecturam Faërni fultam auctoritate libri optimi. Nam familia pulchre dicitur continuata *honoribus*, quos geſſit in urbe, *imperiis* in exercitu & provinciis. & cum de multis loquatur, vix *imperio* hic locum habet. *Gravius.*

22. *Sed, id quod maxime florere in generis &c.*] Ita editio Victorii, &

maximè florere in generis ſui gloria viderat, laudem patriæ in libertatem vindicandæ prætor r adamarit: in hoc ego reo ne quod pernicioſum exemplum prodatur, pertimeſcam, in quo, etiam ſi quid erraſſet, omnes boni conniyendum eſſe arbitrarentur?

P. B. r alii adamavit.

Quod quidem ego non modò non poſtulo, ſed contra, 26
judices, vos oro & obteſtor, ut totam cauſam quàm maximè intentis oculis, (ut ajunt) acerrimè contemplemini. nihil religione teſtatum, nihil veritate fundatum, nihil dolore expreſſum: contraque omnia corrupta libidine, iracundia, ſtudio, pretio, perjurio reperientur.

XII. Etenim jam univerſa iſtorum cognita cupiditate, 27
accedam ad ſingulas querelas criminationeſque Græcorum. Claſſis nomine pecuniam civitatibus imperatam queruntur. quod nos factum, judices, confitemur. Sed, ſi hoc crimen eſt: aut in eo eſt, quod non licuerit imperare: aut in eo, quod non opus fuerit navibus: aut in eo, quod nulla, hoc prætore, claſſis navigarit. Licuiſſe ut intelligas, cognoſce, quid, me conſule, ſenatus decreverit, cùm quidem nihil à ſuperioribus continuorum annorum decretis deceſſerit. Senatusconsultum. Proximum eſt ergo, ut, opus fuerit claſſe, necne, quæramus. Utrùm igitur hoc Græci ſtatuent, aut ullæ exteræ nationes, an [23] veſtri prætores, veſtri duces, veſtri imperatores? Equidem exiſtimo, in ejuſmodi regione, atque provincia, quæ mari cincta, f portibus diſtincta, inſulis circumdata eſſet, non ſolùm præſidii, ſed etiam ornandi imperii cauſa, navigandum fuiſſe.

f ita MSS. non portubus.

Hæc enim ratio ac magnitudo animorum in majoribus 28
noſtris fuit, ut cum in privatis rebus, ſuiſque ſumptibus, minimo contenti, tenuiſſimo cultu viverent; in imperio, atque in publica dignitate omnia ad gloriam ſplendoremque revocarent. Quæritur enim in re domeſtica, continentiæ laus: in publica, dignitatis. Quod ſi etiam præ-

& anni CCCCLXXXIII. nam prior, *ſed in qua max. fl. in generis ſui gloriam viderat*. quod & in ſeptem Pall. ſine illo *in*, recepitque in contextum Lambinus; non ego. reſtat enim vulgata in S. Victoris libro, omnium emendatiſſimo, reſtat in Pal. ſeq. à manu prima. *Grut.*

23. *Veſtri prætores, Veſtri duces.* Sic ſolum Grut. & Pal. ſec. ceteri, *judices*; è quibus quint, ſext. ſept. oct. *noſtri prætores, noſtri judices, noſtri Impp.* etiam S. Victoris *judices* præfert. examinent otioſiores. *Idem.*

 24. *Seſter-*

P. CLII. præſidii cauſa claſſem habuit, quis erit tam iniquus, qui reprehendat? Nulli erant prædones. Quid? nullos fore, quis præſtare poterat? Minuis, inquit, gloriam Pompeji.

29 Immò tu auges moleſtiam. Ille enim claſſes prædonum urbes, portus, receptacula ſuſtulit: pacem maritimam ſumma virtute, atque incredibili celeritate confecit: illud verò neque ſuſcepit, neque ſuſcipere debuit, ut, ſiqua uſpiam navicula prædonum apparuiſſet, accuſandus videretur. Itaque ipſe in Aſia, cùm omnia jam bella terra marique confeciſſet, claſſem tamen iiſdem iſtis civitatibus imperavit. Quod ſi tum ſtatuit opus eſſe, cùm ipſius præſentis nomine tuta omnia & pacata eſſe poterant; quid, cum ille deceſſiſſet, Flacco exiſtimatis ſtatuendum, & faciendum fuiſſe?

30 XIII. Quid nos hîc? nonne ipſo Pompejo auctore, Silano, & Murena conſulibus, decrevimus, ut claſſis in Italia navigaret? nonne eo ipſo tempore, cùm L. Flaccus in Aſia remiges imperabat, nos hîc in mare ſuperum, & inferum [24] ſeſtertiûm ter & quadragies rogabamus? Quid poſtremo anno? nonne [25] M'. Curio & P. Sextilio quæſtoribus pecunia in claſſem eſt [t] erogata? quid? hoc omni tempore equites in ora maritima non fuerunt? Illa eſt enim gloria divina Pompeji: primùm prædones eos, qui tum, cùm illi bellum maritimum gerendum datum eſt, toto mari diſperſi vagabantur, redactos eſſe omnes in poteſtatem: deinde Syriam eſſe noſtram, Ciliciam teneri, Cyprum per Ptolemæum regem nihil audere: præterea Cretam Metelli virtute eſſe noſtram: nihil eſſe, unde proficiſcantur, nihil quò revertantur: omnes ſinus, promontoria, litora, inſulas, urbes maritimas, clauſtris imperii noſtri contineri.

[t] rogata *ed. vet.*

31 Quòd ſi, Flacco prætore, nemo in mari prædo fuiſſet, tamen hujus diligentia reprehendenda non eſſet. idcirco enim, quòd hic claſſem habuiſſet, exiſtimarem non fuiſſe. Quid ſi L. [v] Oppii, L. Agrii, C. Ceſtii, equitum Romanorum, hujus etiam clariſſimi viri, Cn. Domitii, qui in Aſia

P. B.

[v] Eppi *MSS, rectè.*

24. *Seſtertiûm ter quadragies rogabamus?*] Scilicet *populum*. ideoque non admittendum Lambini *erogabamus*, contra libros. eſt enim Turnebi conjectaneum libro XX. Adverſ. cap. 28. *Grut.*

25. *M'. Curio, P. Sextilio.*] Mſſ. noſtri ferè *M. Curtio, P. Seſtullio*. Grut. verò *M. Cicero P. Serpillo*, ſed plura ſanè reſtant adhuc in libris manuſcriptis, majoris rei, quàm ut veritati nominum attendere debeamus. *Idem.*

Aſia tum legatus fuit, teſtimonio doceo, eo ipſo tempore, quo tu ipſe negas claſſem habendam fuiſſe, complures à prædonibus eſſe captos? Tamen Flacci conſilium in remigibus imperandis reprehendetur? Quid ſi etiam occiſus eſt à piratis [26] Adramitenus, homo nobilis, cujus eſt ferè nobis omnibus nomen auditum, [x] Atinas pugil, Olympionices? hoc eſt apud Græcos (quoniam de eorum gravitate dicimus) propè majus & glorioſius, [27] quàm Romæ triumphaſſe? At neminem cepiſti. Quàm multi oræ maritimæ clariſſimi viri præfuerunt, qui cùm prædonem nullum cepiſſent, mare tamen tutum præſtiterunt? caſus eſt enim in capiendo, locus, eventus, occaſio. defendendi facilis eſt cautio, non ſolùm latibulis occultorum locorum, ſed etiam tempeſtatum moderatione & converſione.

x Utinas MS.

XIV. Reliquum eſt, ut quæratur, utrùm iſta [y] claſſis, [z] curſu & remis, an ſumptu tantum & litteris navigarit. Num [a] id igitur negari poteſt, cujus rei cuncta teſtis eſt Aſia, bipartitò claſſem diſtributam fuiſſe, ut una pars ſupra Epheſum, altera infra Epheſum navigaret? hac claſſe M. Craſſus, vir ampliſſimus, [28] ab Æno in Aſiam, his navibus Flaccus ex Aſia in Macedoniam navigavit. In quo igitur prætoris eſt diligentia requirenda? in numero navium, & in deſcriptione æquabili ſumptus? dimidium ejus, quo Pompejus erat uſus, imperavit. num potuit parcius? deſcripſit autem pecuniam ad Pompeji rationem, quæ fuit accommodata L. Sullæ deſcriptioni; qui cùm omnes Aſiæ civitates [29] pro portione in provincias deſcripſiſſet, illam ratio-

32

y noſtra claſſis *alii.*

z curſu, & *deeſt in MSS.*

a *alii delent* id.

26. *Adramitenus.*] Scribendum *Adramyttenus.* Ἀπὸ γὰρ τῆς Ἀδραμυτ]ίου πόλεως, ſive Ἀδραμυτείου, ut ex Strabone inquit Stephanus in lib. de Urbibus, Ἀδραμυττηνὸς, vel Ἀδραμυτ]ινός. Paullo poſt, *defendendi facilis cautio*, legebat Pantagathus delere *eſt*: & infra *his navibus Flaccus ex Aſia in Macedoniam*, pro *Flaccus* corrigebat *Craſſus*, ut opinor, ex hiſtoria. *Urſinus.* *Adramytenus*, aut *Adramyttenus* omnino ſcribendum. vid. Holſtein. ad Stephanum de Urbibus. *Græv.*

27. *Quam Roma triumphaſſe.*] Explicat eximiè Petrus Faber libro II. Agoniſtic. cap. 16. *Grut.*

28. *Ab Æno in Aſiam.*] Sic reſtituit Turnebus d. cap. 28. ex mſſ. puto. certè noſtri nulli agnoſcunt illud prius receptum *Hanno.* Idem.

29. *Pro portione.*] Κατὰ λόγον. Alibi videtur uſus Cicero compoſita voce, ut fieret proportio, ſed ibi analogiam ſignificat, id eſt, comparationem rationum, quando duo λόγοι comparantur, in

V. CLIII. b ſecuti ſunt *Faërn.*

rationem in imperando ſumptu & Pompejus & Flaccus b ſecutus eſt. neque eſt adhuc tamen ea ſumma completa. Non refert verò.

33 Quid lucretur? cum enim genus imperatæ pecuniæ ſuſcipit: id, quod tu crimen eſſe vis, confitetur. Qui igitur probari poteſt, in ea pecunia non referenda, crimen ſibi ipſum facere, in qua crimen eſſet nullum, ſi referret? At enim negas fratrem meum, qui L. Flacco ſucceſſerit, pecuniam ullam in remiges imperaſſe. Equidem Quinti fratris mei laude delector: ſed aliis magis gravioribus atque majoribus. aliud quiddam ſtatuit, aliud vidit. exiſtimavit, quocumque tempore auditum quid eſſet de prædonibus, quàm vellet ſubitò, ſe claſſem comparaturum. denique hoc primus frater meus in Aſia fecit, ut hoc ſumptu remigum civitates levaret. crimen autem tum videri ſolet, cùm aliquis ſumptus inſtituit eos, qui antea non erant inſtituti, non cùm ſucceſſor aliquid immutat de inſtitutis priorum.

Flac-

in quo non poſſunt pauciores, quam quatuor numeri. ſicut 8. ad 4, ita 4. ad duo. bis enim ponitur quatuor. *Camerar, Pro portione in provincias deſcripſiſſet.*] Magnas hic nugas blaterat Lambinus, dum, profligata recepta lectione, obtrudit nobis ſuum *pro portione pecuniam, &c.* Gruterus. Sic quidem ferocius in Lambinum, ut ſolet, Gruterus. Sed vellem nos docuiſſet, quasnam civitates Aſiæ in provincias deſcripſiſſet Sulla, cum Aſia ex hereditate Attali in Romanorum ditionem provinciarumque Romani populi cenſum venerit, ante bellum Mithridaticum. Pro vulgata ſtant omnes quidem MSS. & editiones, ſed tamen ſententiam nullam ex iis exprimas. *In provincia* legendum eſſe nullus dubito. Sed cetera quomodo ſint emendanda ſine libro non conſtat. Nam *deſcribere civitates*, pro deſcribere tributa, aut vectigalia, aut pecuniam civitatibus nuſquam legitur, nemo dixit. Sententiam utique vidit Lambinus. Etenim non civitates in provincias deſcripſiſſe Sullam, ſed civitatibus tributa, docet ipſe Cicero ad Q. fratrem epiſt. 1. lib. I. *Nomen autem publicani adſpernari non poſſunt*, (ſc. Aſiatici ſocii) *qui pendere ipſi vectigal ſine publicano non potuerunt, quod iis æqualiter Sulla deſcripſerat.* v. ad Verrem: *Pro numero militum pecuniarum ſummas deſcribens.* Cæſar III de Bello Civili: *Vecturaſque frumenti finitimis civitatibus deſcripſit.* Numquam aliter optimi quique ſcriptores. Si vulgata lectio, quæ in omnibus libris extat, retinenda eſt, contra uſum & ipſius Tullii, & aliorum, qui superſunt, ſcriptorum veterum Cicero *deſcribere civitates* poſuit pro deſcribere vectigal civitatibus. quod tamen non credo, ſed locum eſſe corruptum puto. *In provincia* ſcribendum eſſe nullus dubito, niſi *in provincias* delendum ſit, quod inſertum eſt ab iis, qui corruptum *civitates deſcripſiſſet* invenerant, ut aliqua ſententia efficeretur, quæ ſi nihil addatur nulla eſt. *Grævius.*

30. *De*

Flaccus, quid alii poſtea facturi eſſent, ſcire non poterat: quid feciſſent, videbat.

XV. SED, QUONIAM [30] de totius communis Aſiæ 34 crimine dictum eſt, aggrediar jam ad ſingulas civitates: ex quibus ſit ſanè nobis prima [31] civitas Acmonenſis. Citat præco voce maxima legatos Acmonenſes. Procedit unus Aſclepiades. [32] prodeant. Etiamne præconem mentiri coëgiſti? eſt enim, credo, is vir, iſte, ut civitatis nomen ſua auctoritate ſuſtineat: damnatus turpiſſimis judiciis domi,

30. *De totius communis Aſiæ crimine.*] Eſt a mſſ. noſtris: antea editi, *de communi totius Aſiæ*, quod aliam habet ſententiam. *Gruterus.* Sed uterque Francii MS. editiones antiquiſſimæ, & omnes aliæ ante Gruterum, ſtant pro vulgata, illa tamen mihi eſt ſuſpecta. Nam *commune Aſiæ crimen eſt*, quod in ſe omnis Aſia admiſit, non quod quis in Aſia aut contra Aſiam commiſit. Vereor ne *crimine* adjectum ſit ab eo, qui non intellexerit, quid ſit *commune Aſiæ.* Cicero ſcripſit; *De communi totius Aſiæ eſt dictum.* Hinc ſequitur; *aggrediar jam ad ſingulas civitates*, non *ad ſingularum civitatum crimen. Commune Aſiæ* eſt communis, ſive tota Aſiæ provincia. ſic *commune Siciliæ* in Verr. *Cui ſtatua Romæ inaurata a communi Siciliæ, quemadmodum inſcriptum videmus, data.* Et apud eundem, *commune Miliadum.* Sin *crimine* retineas idque accipias pro criminatione, accuſatione, ſcribendum eſt ex codicibus Gruteri: *communis Aſiæ crimine.* Quod in iis adjicitur *totius*, eſt interpretatio τῦ *communis*, quæ ex margine irrepſit in contextum. Sic *communis reſpublica*, orat. 1 de Lege Agraria: *Conſentite cum bonis, communem rempublicam communi ſtudio defendite. Communis patria, communia ſtudia*, & hujus generis alia. *Grævius.*

31. *Civitas Æmonenſis.*] *Acmonenſis*, ſcribendum eſt hic & infra: Ἀκμονέων enim eſt in veteribus numiſmatibus. *Urſinus.* Vide de Acmonia urbe Phrygiæ Steph. de Urbibus, & quæ ibi notant viri docti, ut & quæ Cl. Harduinus in nummis antiquis populorum & urbium illuſtratis ad hanc vocem Ἀκμονέων obſervavit. Veræ lectionis veſtigia ſunt in utroque Francii. In primo ſcribitur, *civitas Acinonenſis*, nimirum una littera *m* tranſiit in duas totidem apicum *in*. In ſecundo, & editione prima, *civitas Acrimonenſis.* & ſic in ſequentibus eadem vox in utroque Franc. ſemper ſcribitur, ut paullo ante notavimus. *Grævius.*

32. *Prodeant. Etiamne præconem mentiri coëgiſti.*] Hic aliquid deeſſe videtur. ut puta vox, *ceteri*, quæ in uno tantum libro eſt. licet judicio meo præpoſtero ordine collocata, nam ut vocem, *etiam*, ſequitur, ſi eam præcedat, melius aliquanto habebit hic locus, quem ad æſtimandum hic totum ſubjiciemus: *Citat præco voce maxima legatos Æmonenſes. Procedit unus Aſclepiades. prodeant ceteri. Etiamne præconem mentiri coëgiſti?* Faërnus. Forte tranſpoſitione verborum hic locus eſt corruptus, quem ſic reſtitues: *Citat præco voce maxima legatos Acmonenſes. prodeant. Procedit unus Aſclepiades. Etiamne præconem mentiri coëgiſti?* Grævius.

domi, notatus litteris publicis: cujus de probris, adulteriis, ac ſtupris exſtant Acmonenſium litteræ: quas ego non ſolum propter longitudinem, ſed etiam propter turpiſſimam obſcœnitatem verborum, prætereundas puto. [33] Dixit publicè data drachmarum CCVI millia. dixit tantum: nihil oſtendit, nihil protulit: ſed adjunxit id, quod certè, quoniam erat domeſticum, docere debuit; ſe privatim drach-
P. B. marum CCVI millia dediſſe. Quantum ſibi ablatum homo impudentiſſimus dicit, tantum numquam eſt auſus, ut haberet, optare.

35 Ab A. Sextilio dicit ſe dediſſe, & à ſuis fratribus. Potuit dare Sextilius. nam fratres quidem conſortes ſunt mendicitatis. Audiamus igitur Sextilium: fratres denique ipſi prodeant: quàm volent, impudenter mentiantur: &, quod numquam habuerint, dediſſe ſe dicant. tamen aliquid fortaſſe coràm producti dicent, in quo reprehendantur. Non deduxi, inquit, Sextilium. Cedò tabulas. non deportavi. Fratres ſaltem exhibe. non denuntiavi. Quod ergo unus Aſclepiades, fortunâ egens, vitâ turpis, exiſtimatione damnatus, impudentia atque audacia fretus, ſine tabulis, [34] ſine auctore jecerit, id nos, quaſi crimen, aut teſtimonium pertimeſcamus?

36 Idem laudationem, quam nos ab Acmonenſibus Flacco datam proferebamus, falſam eſſe dicebat. cujus quidem laudationis jactura exoptanda nobis fuit. Nam ut ſignum publicum inſpexit [35] præclarus iſte auctor ſuæ civitatis, ſolere

33. *Dixit publicè data drachmarum* CCVI *millia.*] Locus ſuſpectus. Pall. enim, *datum.* ſed & mox idem, *in drachm.* CCVII. aut *in drachmis* CVII. pro quo hodie habemus, *drachmarum* CCVI. *millia.* conciliari iſta poſſent: ſed non eſt mei temporis. *Grut.*

34. *Sine auctore legerit.*] Pantagathus *egerit*, rectè ut videtur pro *legerit.* Urſin. *Sine auctore jecerit.* Victorianum eſt, qui videatur lib. XIII. Var. lect. cap. 22. libri enim omnes *legerit*; quæ litteræ ſæpe tranſmutantur. *Gruter.* At Victorius ipſe non pro vera, ſed pro veroſimili emendatione venditat, quia non nitatur ullius veteris membranæ fide. Malui itaque hic vetuſtorum omnium codicum, qui adhuc viſi ſunt, ſcripturam ſequi, quam viri docti conjecturam. Noviſſima editio Gallica recepit Pantagathi conjecturam, *egerit.* Sed *legerit* recte interpretatur Camerarius. Inferius cap. 17; *Qui de tabulis publicis recitat.* Grævius.

35. *Præclarus iſte auctor ſuæ civitatis.*] Eſt defenſor civitatis, & quaſi ſyndicus. Nam *auctor* interdum eſt, qui pro alio gerit, atque agit, ut *pupilli auctor* tutor. Cicero inferius in hac oratione: *Si hunc habent auctorem Tralliani doloris ſui, ſi hunc cuſtodem litterarum, ſi hunc teſtem injuriæ, ſi hunc auctorem querelarum.* De quo ſuperius:

Tral-

ſolere ſuos cives, ceteroſque Græcos ex tempore, quod opus ſit, obſignare dixit. Tu verò tibi habetó iſtam laudationem. nec enim Acmonenſium teſtimonio Flacci vita & dignitas nititur. das enim mihi, quod hæc cauſa maximè poſtulat, nullam gravitatem, nullam conſtantiam, nullum firmum in Græcis hominibus conſilium, nullam denique eſſe teſtimonii fidem. niſi verò hactenus iſta formula teſtimonii, atque orationis tuæ, deſcribi ac diſtingui poteſt, ut Flacco abſenti aliquid civitates tribuiſſe dicantur: Lælio præſenti, per ſe agenti, vi legis, jure accuſationis, opibus præterea ſuis terrenti ac minanti, nihil temporis cauſa ſcripſiſſe aut obſignaſſe videantur.

XVI. EQUIDEM in minimis rebus ſæpe res magnas vidi, judices, deprehendi, ac teneri, ut in hoc Aſclepiade. 37 Hæc, [c] quæ à nobis prolata laudatio, [36] obſignata erat creta illa Aſiatica, quæ ferè eſt omnibus nota nobis; qua utuntur omnes non modò in publicis, ſed etiam in privatis litteris; quas quotidie videmus mitti à publicanis, ſæpe unicuique noſtrûm. neque enim teſtis ipſe ſigno inſpecto falſum nos proferre dixit, ſed levitatem totius Aſiæ protulit, de qua nos & libenter & facilè concedimus. Noſtra igitur laudatio, quam ille temporis cauſa nobis datam dicit, datam quidem confitetur, conſignata creta eſt: in illo autem teſtimonio, quod accuſatori dicitur datum, ceram eſſe vidimus.

P. CLIV.

[c] quæ eſt à alii.

Hîc ego, judices, ſi vos Acmonenſium decretis, ſi ceterorum Phrygum litteris permoveri putarem, vociferarer, 38 &, [d] quantum maximè poſſem, [e] contenderem: teſtarer publicanos, excitarem negotiatores, veſtram etiam [f] conſcientiam implorarem: cera deprehenſa, conſiderem totius teſtimonii fictam audaciam manifeſtò comprehenſam atque oppreſſam teneri. Nunc verò non inſultabo vehementiùs, nec volitabo in hoc inſolentiùs, neque in iſtum nugatorem, tamquam in aliquem teſtem, invehar, neque in toto

[d] quam max. *Græv.*
[e] contendere *Guliel.*
[f] ſcientiam *edd. quæd.*

Trallianus Meandrio cauſam commiſiſſe. Feſtus. *Cognitor eſt qui litem alterius ſuſcipit coram eo, cui datus eſt: procurator autem abſentis nomine auctor eſt.* J. Fr. Gronovius II de Seſtert. 3. *Græv.*

36. *Obſignata erat creta illa Aſiatica.*] Hanc appellat γῆν σημαντρίδα Herodotus in Euterpe. *Urſinus. Creta illa Aſiatica.* Mos erat Aſiaticis, creta Aſiatica litteras ſuas ſive publicas ſive privatas conſignandi: quemadmodum apud majores noſtros regiæ litteræ publicæ farina macerata, quam paſtam vulgo appellant, obſignabantur, quales multas ſignis integris in cœnobio divi Germani de Pratis vidi. *Sylvius.*

37. *De-*

toto Acmonenſium teſtimonio, ſive hîc confictum eſt, ut apparet; ſive miſſum domo eſt, ut dicitur, commovebor. etenim, quibus ego iſtam laudationem remittam, quoniam ſunt (ut Aſclepiades dicit) leves, horum teſtimonium non pertimeſcam.

39 XVII. VENIO nunc ad Dorylenſium teſtimonium: qui producti, tabulas ſe publicas ad ſpeluncas perdidiſſe dixerunt. O paſtores neſcio quos, cupidos litterarum! ſiquidem nihil iſtis, præter litteras, abſtulerunt. Sed aliud eſſe cauſæ ſuſpicamur, ne fortè iſti parum verſuti eſſe videantur. Pœna eſt, ut opinor, [37] Dorylenſium gravior, quàm apud alios, falſarum & corruptarum litterarum. ſi veras protuliſſent, criminis nihil erat: ſi falſas, erat pœna. belliſſimum putarunt, dicere amiſſas.

P. B.

40 Quieſcant igitur, & me hoc [38] in lucro ponere, atque aliud agere patiantur. Non ſinunt. ſupplet enim [g] ille neſcio quis, & privatim dicit ſe dediſſe. Hoc verò ferri nullo modo poteſt. [39] Qui de tabulis publicis recitat, iis, quæ in accuſatoris poteſtate fuerunt, non debet habere auctoritatem: ſed tamen [h] judicium fieri videtur, cùm tabulæ illæ ipſæ,

g iſte neſc. qui *MS. Faërni.*

h indicium *vett. edd.*

37. *Dorylenſium gravior.*] Vetuſtiores *Dorylai*, neque aliter Pall. & S. Victoris, nam Grut. *Dorylii.* an fuit? *Dorylaum.* Gruter. Inveni & ego in utroque Francii, in prima, in Aſcenſ. Cratandri, Hervag. edd. *Dorylai.* Cur id a poſterioribus editionibus eſt rejectum? *Dorylai* eſt in oppido Dorylao, ibi gravior pœna eſt ſancita in corruptores. Dorylaum enim, auctore Plinio, Strabone, aliis dicebatur Phrygiæ Salutaris oppidum, cujus incolæ *Dorylenſes* & *Dorylai.* Et ſane *Dorylenſium* hic vix ferri poteſt. Dixit enim Cicero: pœna falſarum & corruptarum litterarum gravior eſt Dorilai, quam apud alios. Quam durum eſſet, ſi dixiſſet, pœna falſarum litterarum gravior eſt Dorylenſium. ut duo diverſa notantes voces rei & hominis pendeant a pœna. Nihil certius eſt veterum codicum ſcriptura. *Grævius.*

38. *In lucro ponere.*] Id eſt, in hoc non eſſe ſollicitos. *Camerar.* Imo *in lucro ponere*, eſt præter ſpem & expectationem ad cauſſæ noſtræ utilitatem convertere. Nam in lucro deputare eſt aliquid non habere eo loco, quod indubie tanquam ſibi debitum expectaris, ſed quod præter expectationem noſtram nobis objicitur inſperatum. Terent. Phorm. II, I: *Quidquid præter ſpem evenit, id omne deputato eſſe in lucro.* Hecyr. III, I: *Nam nos omnes, quibus eſt alicunde aliquis objectus labor, omne quod eſt interea tempus, priuſquam id reſcitum eſt, de lucro eſt.* Grævius.

39. *Qui de tabulis publicis &c.*] Pall. ferè, *quia de tabulis*, reſtat etiam in ed. veteri. at Henricus Stephanus prodit repertum ſibi in veteri cod. *quia qui de tabulis.* fieri poteſt, ſed non ideo ſollicitaverim receptam. *Grut.*

ipſæ, cujuſquemodi ſunt, proferuntur. cùm verò is, quem
nemo veſtrûm vidit umquam; nemo, qui mortalis eſſet,
audivit; tantùm dicit, DEDI: dubitatis, judices, quin ab
hoc ignotiſſimo Phryge nobiliſſimum civem vindicetis.
Atque huic eidem nuper tres equites Romani honeſti &
graves, cùm in cauſa liberali eum, qui aſſerebatur, cogna-
tum ſuum eſſe diceret, non crediderunt. Quî hoc [i] eve- i convenit
nit, ut, qui locuples teſtis doloris & ſanguinis ſui non Gul.
fuerit, idem ſit gravis auctor injuriæ publicæ?

Atque hic Dorylenſis nuper cùm [k] efferretur magna fre- 41
quentia, conſeſſuque veſtro, mortis illius invidiam in L. k hæc fe-
Flaccum Lælius conferebat. Facis injuſtè, Læli, ſi putas pe- rentur MS.
riculo noſtro vivere tuos contubernales: præſertim [l] quod l cum
tua negligentia factum arbitremur. homini enim Phrygi, qui Faërn.
arborem fici numquam vidiſſet, fiſcinam ficorum objeciſti:
cujus mors te ex aliqua parte relevavit. edacem enim
hoſpitem amiſiſti. Flacco verò quid profuit, qui valuit tam-
diu, dum huc prodiret? mortuus eſt, aculeo jam [m] di- m emiſſe
miſſo, ac dicto teſtimonio? [40] Ut iſtud columen actionis MS. &
tuæ, Mithridates, [n] poſteaquàm biduum retentus teſtis à Lamb.
nobis, effudit, quæ voluit, omnia; reprehenſus, convictus, n poſt-
fractuſque diſceſſit, ambulat cum lorica: metuit homo quam alii.
doctus & ſapiens, ne L. Flaccus nunc ſcelere ſe alliget, P. CLV.
cùm jam teſtem illum effugere non poſſit: ut, qui ante
dictum teſtimonium ſibi temperarit, cùm tamen aliquid
aſſequi poſſet, is nunc id agat, ut ad falſum avaritiæ teſti-
monium, verum etiam maleficii crimen adjungat. Sed de hoc o teſtimo-
teſte, totoque [o] Mithridatico [p] diſſeruit & ſubtiliter, & copio- mo Mith.
ſè Q. Hortenſius: nos, ut inſtituimus, ad reliqua pergamus. MS.

XVIII. CAPUT eſt omnium Græcorum concitando- p crimine
rum, qui cum accuſatoribus ſedet, Heraclides ille [41] Tem- diſſ. Lamb.
nites, homo ineptus & loquax, ſed (ut ſibi videtur) ita 42
doctus, ut etiam magiſtrum [q] illorum ſe eſſe dicat: &, qui q aliorum
ita ſit ambitioſus, ut omnes vos, noſque quotidie perſa- Viſt. Man.
lutet. Grav.

40. *At iſtud columen actionis tua Mithridates.*] Pro *actionis*, eſt *accuſationis* in optimo libro Vaticano, quod miror Faërnum non animadvertiſſe. *Urſinus.*

41. *Temnites.*] Τῆμνος, Temnos fuit in Æolide, cujus ab Herodoto fit mentio inter urbes Æolicas & a Plinio, & in epitoma Stephani, ubi etiam etymologia nominis exponitur. *Camerar. Temnites.* Fuit patria Hermagoræ, qui de dicendi arte ſcripſit, ut auctor eſt Strabo 13. *Sylvius.* Vide de hac urbe & multis Temnitarum nummis Cl. Harduinum in nummis antiquis populorum & urbium illuſtratis, *Grav.*

42. *Con-*

lutet. Temni uſque ad illam ætatem in ſenatum venire non potuit: &, qui ſe artem dicendi traditurum etiam ceteris profiteatur, ipſe omnibus turpiſſimis judiciis [42] convictus eſt.

43 Pari felicitate una legatus venit Nicomedes, qui neque in ſenatum ulla conditione pervenire potuit, & furti, & pro ſocio damnatus eſt. Nam princeps legationis Lyſanias, adeptus eſt ordinem ſenatorium: ſed cùm rempublicam nimiùm amplecteretur, peculatûs damnatus & bona & ſenatorium nomen amiſit. Hi tres etiam ærarii noſtri tabulas falſas eſſe voluerunt. nam ſervos novem ſe profeſſi ſunt habere, cùm omnino ſine comite veniſſent. Decreto ſcribendo primum video affuiſſe Lyſaniam: cujus fratris bona, quòd is populo non ſolvebat, prætore Flacco publicè venierunt. præterea Philippus eſt, Lyſaniæ gener, & Hermobius: cujus frater Poles item pecuniæ publicæ eſt condemnatus.

XIX. DICUNT ſe Flacco, & iis, qui ſimul eſſent,
44 drachmarum XV millia dediſſe. [43] Cum civitate mihi res eſt acerrima, & conficientiſſima litterarum; in qua nummus [r] commoveri nullus poteſt ſine quinque prætoribus, tribus quæſtoribus, quatuor menſariis, qui apud illos à populo creantur. Ex hoc tanto numero deductus eſt nemo; &, cùm illam pecuniam nominatim Flacco datam referant majorem etiam [f] aliam, cùm huic iidem darent, in ædem ſacram reficiendam, ſe perſcripſiſſe dicunt: quod mini-

P. B. r moveri *alii.*

f aliquam *Vict. Grav. alii.*

42. *Convictus eſt.*] Mallet Faërnus *victus eſt*, ex pervetuſto codice. Sed *convictus* fuit ſcilicet criminum & ſcelerum, quibus in judiciis illis turpiſſimis erat poſtulatus, ut ars, quam profitebatur, ei nil prodeſſet, nec ſe poſſet purgare. Quin & compoſitum forte pro ſimplici poſitum eſt, ut alibi apud noſtrum *conſponſor* pro *ſponſor*. In cap. ſeq, *commoveri nummus* pro moveri. Ego ſane *victus* recepiſſem, cum Lambino, Bruto, & Merouvillio, & recentiore, ſi in ullo ſuorum codicum reperiſſet Victorius, Manutius, Gruterus, aut ego in iis, quos inſpexi, aut editionibus antiquioribus, quæ omnes ſtant pro vulgata. *Grævius.*

43. *Cum civitate mihi res eſt acerrima, & conficientiſſima litterarum.*] Habent iſtud edd. vett. item Pal. ſec. ſed non etiam reliqui ſeptem, aut S. Vict. iis enim ſolum adeſt *cum civitate mihi res eſt acerrima litterarum.* Grut. ſcriptum habet *& conficientiſſimarum litterarum.* Turnebus libro XXX. Adverſar. cap. 4. conjicit, *& conficiendarum litterarum diligentiſſima*; quod occupavit ſtatim Lambinus aitque ita legi in codice qui eſt cœnobii D. Dionyſii. *Gruter.* Verum nihil eſſe cur vulgata moveatur, patet ex libro primo obſervationum patris cap. 14. *Gronov.*

44. Oc

minimè convenit. nam aut omnia [44] occultè referenda
fuerunt, aut apertè omnia. cùm perſcribunt nominatim
Flacco: nihil timent, nihil verentur. cùm operi publico
referunt: iidem homines ſubitò eundem, quem contempſe-
rant, pertimeſcunt. Si prætor dedit, ut eſt ſcriptum, à
quæſtore numeravit: quæſtor à menſa publica: menſa aut
ex vectigali, aut ex tributo. Numquam erit iſtud ſimile 45
criminis, niſi mihi totam rationem omni & perſona-
rum genere & litterarum explicaris: vel, quod eſt in
eodem decreto ſcriptum, homines clariſſimos civitatis,
ampliſſimis uſos honoribus, hoc prætore circumven-
tos. cur hi neque in judicio adſunt, neque in decre-
to nominantur? non enim credo ſignificari iſto loco
illum, qui ſe erigit, Heraclidem. utrùm enim in cla-
riſſimis eſt civibus is, quem judicatum hic duxit Hermip-
pus? qui hanc ipſam legationem, quam habet, non acce-
pit à ſuis civibus, ſed [45] uſque Tmolo petivit? cui nullus
honos in ſua civitate habitus eſt umquam. res autem ea,
quæ tenuiſſimis committebatur, huic [t] uni in vita com- t una *MS.*
miſſa ſola eſt. cuſtos, T. Aufidio prætore, [v] frumento pu- v in frum.
blico eſt poſitus. pro quo cùm à P. Varino prætore pecu- *MS.*
niam accepiſſet, celavit ſuos cives, ultroque iis ſumptum
intulit. Quod poſteaquàm Temni, litteris à P. Varino miſ-
ſis, cognitum atque patefactum eſt; cumque eadem de
re Cn. Lentulus, qui cenſor fuit, Temnitarum patronus,
litteras miſiſſet: Heraclidem iſtum Temni nemo poſtea
vidit. Atque, ut ejus impudentiam perſpicere poſſitis, P. CLVI.
cauſam ipſam, quæ leviſſimi hominis animum in Flaccum 46
incitavit, quæſo, cognoſcite.

XX.

44. *Occulte referenda.*] In decretum, cui ſcribendo primus affue-
rat Lyſanias. illi autem occulte illud, de drachmarum quinde-
cim millibus retulerant. tantum enim ſcripſerant, prætorem unum
de quinque pecuniam illam Flacco dediſſe. quod ſimile criminis
videri non poteſt: cum in Temno acerrima, & conficientiſſima
litterarum civitate nummus moveri non poſſet ſine quinque præ-
toribus, tribus quæſtoribus, quattuor menſariis. De pecunia vero
eidem Flacco in ædem ſacram reficiendam data, occulte in de-
cretum non retulerunt, ſed aperte: nam ſcripſerunt datam a
cunctis prætoribus, quæſtoribus, menſariis. Cur igitur, acute
inquit Cicero, non eodem modo relata ſunt omnia? *P. Manut.*
45. *Uſque Tmolo petivit.*] *Uſque Tmolo*, eſt uſque a Tmolo, niſi
abuſque Tmolo potius legendum ſit, ut ſit uſque a Tmolo, quemad-
modum Virgilius dixit in VII Æneid. *Siculo proſpexit abuſque Pa-
chyno*, Sylvius.

46. De

x Cineum MS.

XX. FUNDUM x Cymæum Romæ mercatus eſt [46] de pupillo Meculonio. Cùm verbis ſe locupletem faceret, haberet nihil præter illam impudentiam, quam videtis, pecuniam ſumpſit mutuam [47] à Sex. Stola, judice hoc noſtro, primario viro, qui & rem agnoſcit, neque hominem ignorat: qui tamen credidit P. Fulvii Veratii, lectiſſimi hominis, y fide. ei cùm ſolveret, ſumpſit à C. & M. Fuſiis, equitibus Romanis, primariis viris. Hic hercule, cornici oculum, ut dicitur. nam hunc Hermippum, hominem eruditum, civem ſuum, cui debebat eſſe notiſſimus, [48] percuſſit; ejus enim fide ſumpſit à Fuſiis. Securus Hermippus Temnum proficiſcitur, cum iſſe ſeſe pecuniam, quam hujus fide ſumpſerat, à diſcipulis ſuis diceret Fuſiis perſoluturum. habebat enim rhetor iſte adoleſcentes quoſdam locupletes, quos dimidio redderet ſtultiores, quàm acceperat, [49] ubi nihil poſſent diſcere, niſi ignorantiam litterarum.

y Grut. fidei.

47 Neminem quidem adeò infatuare potuit, ut ei nummum ullum crederet. Itaque, cùm Roma clam eſſet profectus, multoſque minutis mutuationibus fraudaviſſet: in Aſiam venit, Hermippoque percontanti de nomine Fuſiano reſpondet, ſe omnem pecuniam Fuſiis perſolviſſe. Interim, neque ita longo intervallo, libertus à Fuſiis cum litteris ad Hermippum venit: pecunia petitur ab Hermippo. Hermippus ab Heraclide petit: ipſe tamen Fuſiis ſatisfacit abſentibus, & fidem ſuam liberat. Hunc æſtuantem & tergiverſantem judicio ille perſequitur. à recuperatoribus cauſa cognoſcitur.

48 Nolite exiſtimare, judices, non unam & eandem omnibus

46. *De pupillo Meculonio.*] *De P. Maculonio* fortaſſe legendum. Pantagathus, *M. Aculeone* corrigebat, neſcio an antiqui libri motus auctoritate. paullo poſt, pro *percuſſit*, idem legebat *perculit.* Urſinus.

47. *A Sex. Stola.*] Nihil variabant meliores Pall. in hac voce: neque aliter S. Victoris, aut Grut. antea erat *Scola.* Ceterum nec ſincerum videtur id quod antecedit, *pupillo Meculonio.* nihil tamen juvant mſſ. niſi quod ſept. & oct. Pall. *pupillo Metulonio.* an fuit? *P. Meculonio.* Gruter.

48. *Percuſſit.*] Pantagathus, *perculit:* minus rectè, nam percutere & ferire, item tangere uſitatum Plauto, in circumventionibus iſtis. *Idem.*

49. *Ubi nihil poſſent diſcere, niſi ignorantiam litterarum.*] Abeſt totum hoc ab optimo libro Vaticano, & jure quidem: nam inepti alicujus gloſſema videtur eſſe. *Urſinus.*

50. Re

nibus in locis eſſe fraudatorum & infitiatorum impudentiam. fecit eadem omnia, quæ noſtri debitores ſolent. P. R. negavit ſeſe omnino verſuram ullam feciſſe Romæ: Fuſiorum ſe affirmavit numquam omnino nomen audiſſe: Hermippum verò ipſum, pudentiſſimum atque optimum virum, veterem amicum atque hoſpitem meum, ſplendidiſſimum atque ornatiſſimum civitatis ſuæ, probris omnibus maledictiſque vexavit. Sed, cùm ſe homo volubilis quadam præcipiti celeritate dicendi illa oratione jactaret, repentè, teſtimoniis Fuſiorum, nominibuſque recitatis, homo audaciſſimus pertimuit, loquaciſſimus obmutuit. Itaque recuperatores contra iſtum rem minimè dubiam prima actione judicaverunt. Cùm judicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus eſt.

XXI. Habetis & honeſtatem hominis, & auctoritatem teſtimonii, & cauſam omnem ſimultatis. Atque 49 is ab Hermippo miſſus, cùm ei pauca mancipia vendidiſſet, Romam ſe contulit: deinde in Aſiam rediit, cùm jam frater meus Flacco ſucceſſiſſet. ad quem adiit, cauſamque ita detulit; recuperatores, vi Flacci coactos, & metu, falſum invitos judicaviſſe. Frater meus, pro ſua æquitate prudentiaque, decrevit, ut, ſi judicatum negaret, in duplum iret. ſi metu coactos diceret, haberet eoſdem recuperatores. Recuſavit: &, quaſi nihil eſſet actum, nihil judicatum, ab Hermippo ibidem mancipia, quæ ipſe ei vendiderat, petere cœpit. M. Gratidius, legatus, ad quem eſt aditum, actionem ſe daturum negavit: [50] re judicata ſtari oſtendit placere.

Iterum iſte, cui nullus eſſet uſquam conſiſtendi locus, 50 Romam ſe retulit: perſequitur Hermippus, qui numquam iſtius impudentiæ ceſſit. petit Heraclides à C. Plotio ſenatore, viro primario, qui legatus in Aſia fuerat, mancipia quædam, quæ ſe, [51] cùm judicatum eſſet, per vim vendidiſſe

50. *Re judicatâ ſtari oſtendit placere.*] *Rei judicatæ*, Ant. Auguſtinus. *Urſinus.*

51. *Cum judicatum eſſet.*] Antiq. liber, *judicatus.* & poſt pauca ubi eſt, *& ab judice abiret*, in eo ſic eſt, *ab eo judice habiter.* nos, *ab eo judice abiit. &c.* ut totus locus ita legatur: *Q. Naſo vir ornatiſſimus, qui Prætor fuerat, judex ſumitur, qui cum ſententiam ſecundum Plotium ſe dicturum oſtenderet, ab eo judice abiit: & quod judicium lege non erat, cauſam totam reliquit.* qui locus aliqua declaratione indiget, quod enim dicat Q. Naſonem judicem ſumptum, intelligendum eſt, eum arbitrum a partibus lectum. quod vero ſequi-

tur,

P. CLVII. didiſſe dicebat. Q. Naſo, vir ornatiſſimus, qui prætor fuerat, judex ſumitur: qui, cùm ſententiam ſecundùm Plotium ſe dicturum oſtenderet, & ab eo judice abiret, quòd judicium lege non erat, cauſam totam reliquit. Satiſne vobis, judices, videor ad ſingulos teſtes accedere, neque, ut primò conſtitueram, tantummodò cum univerſo genere confligere?

[51] Venio ad Lyſaniam ejuſdem civitatis, peculiarem tuum, Deciane, teſtem: quem tu cùm ephebum Temni cognoſſes, quoniam te nudus delectarat, ſemper nudum eſſe voluiſti. z abduxiſti Temno Apollonidem. [52] pecuniam adoleſcentulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta, occupaviſti. [53] hanc fiduciam commiſſam tibi dicis: tenes hodie, ac

z adduxiſti *quad. edd.*

tur, *ab eo judice abiit*, ſubaudiendum *Heraclides*, ea vero verba, *quod judicium lege non erat*, ſic intellige. quia judicium illud non erat lege conſtitutum, ſed partium voluntate, nam arbitria, quæ nos *compromiſſa* appellamus, ab libera partium voluntate dependent, ut ſi actor cauſam proſequi noluerit, nulla id lege facere cogatur: Idcirco Heraclides, qui actor erat, ab eo judice abiit, & cauſam totam reliquit. *Eätraus.*

52. *Pecuniam adoleſcentulo, grandi fænore, fiducia tamen accepta, occupaviſti.*] Occupare pecuniam, eſt, in quæſtu collocare, ut hic infra: *Cùm ipſi gravi fœnore iſtam pecuniam multos annos occupaviſſent.* Lib. I. in Verrem: *Pecunias apud populos occupaverant.* Pro lege Manilia: *Quorum magnæ res aguntur, in veſtris vectigalibus exercendis occupatæ.* Et apud Nonium. Fiduciam autem, auctore Boëtio quarto commentario Topicorum, is dicitur accepiſſe, cui res aliqua ea lege mancipatur, ut mancipanti aliquando remancipet, fide utrinque data ſine teſtibus, aut litteris: ideoque fiduciaria mancipatio dicitur: Nunc de fiducia commiſſa. *Committere multam*, vel pœnam, eſt, multam, vel pœnam eſſe commeritum, in multam, vel pœnam incidiſſe. eodem ſenſu dicitur, multa vel pœna commiſſa eſt pro Cluentio: *Ut illam multam non commiſerit.* In Verrem lib. I. *Hereditatem Veneri Erycinæ commiſſam.* Lib. II. *Putant hereditatem, quod eam palæſtræ commiſſam eſſe dicant.* Libro III. *Pœnam octupli, ſine ulla dubitatione commiſſam, non perſequebantur.* Cum vero dicitur, alicui commiſſam eſſe hereditatem; ſignificatur, ad eum devolutam eſſe hereditatem, ab alio herede, qui non obſervaverit ea, quæ debuerat ex teſtamento. *Commiſſa hypotheca* dicuntur, ubi accidit ut bona aliqua pignoris loco creditori obligata, propria ejus efficerentur, debitore ad diem non ſolvente. *P. Manut.*

53. *Hanc fiduciam commiſſam tibi dicis,*] Addendum in fine verbum *dicis:* ut ſic legatur totus hic locus: *Pecuniam adoleſcentulo grandi fænore, fiducia tamen accepta, occupaviſti. hanc fiduciam commiſſam tibi dicis: tenes hodie, ac poſſides.* Quibus in verbis, ſi qua eſt obſcuritas, tollitur, ſi, quid ſit alicui occupare pecuniam, quid acci-

per fiduciam; quid *fiduciam eſſe commiſſam* declaratur. *Occupare pecu-
niam* exponit Nonius, *collocare*, teſtimonio Pomponii poëtæ. Sed & in hac ipſa oratione pro Flacco eſt id verbum in hanc ſignificationem: *Cum ipſi*, inquit, *gravi fœnore iſtam pecuniam multos annis occupaviſſent.* Item in Verrem: *Præterea pecunias occupaverat apud populos, & ſyngraphas fecerat.* *Occupare ergo alicui pecuniam*, eſt pecuniam apud aliquem fœnore collocare. nam ſicut otioſam habere pecuniam dicitur, qui nullum ex ea percipit fructum, (ut eſt apud Scævolam Jureconſultum libro primo Reſponſorum) ita qui percipit, *occupare.* dicimus etiam rem vel pecuniam in aliquo negotio occupare, id eſt, tractare cum lucro, ut in orat. pro lege Manilia: *Quorum magnæ res aguntur in veſtris vectigalibus exercendis occupatæ.* Nunc de fiducia, Boëtius quarto commentario Topicorum: *Fiduciam, inquit, accepiſſe dicitur, cuicumque res aliqua ea lege mancipatur, ut mancipanti aliquando remancipet: veluti ſi quis tempus dubium timens, amico potentiori fundum mancipet, redditure cum tempus illud dubium præterierit. Hæc mancipatio fiduciaria nominatur, idcirco, quod reſtituendi fides interponitur.* Hucuſque Boëtius. quem & Budæus ante nos citavit in annotationibus in Pandectas. Sed intelligere debemus eam fidem, quæ interponebatur de reſtituenda re fiduciaria, non fuiſſe apertam, neque manifeſtam: ſed tantum ipſis partibus notam, adeoque ſecretam: ut ſi ille qui fiduciam accepiſſet, fidem frangeret, eam reſtituere noluiſſet, judicio cogi ad id faciendum non poſſet. aliter quæ fiducia, aut quæ fides eſſet? Videamus nunc quid ſit *fiduciam eſſe commiſſam.* verbum *committendi* inter multas ſignificationes, etiam hanc habet, ut ſi eo active utaris, eique adjungas alterutram harum dictionum, *pœnam, multam*, ſignificat aliquem pœnam vel multam eſſe commeritum: vel in pœnam multamve incidiſſe. eadem paſſive poſita cum altera itidem harum dictionum, ut ſit *pœna aut multa commiſſa eſt*, ſignificationem obtinet: quod ſi cum dictione, *hæreditas*, ſubſequente dativo perſonam ſignificante, ut ſi dicas *hæreditatem Titio eſſe commiſſam*, ſignificatur caſum eveniſſe, quo hæreditas ab eo hærede, qui non obſervarit ea ad quæ ex teſtamento tenetur, pœnæ nomine ad Titium devoluta ſit. Si cum dictione *hypotheca*, ut ſi dicas *hypothecas commiſſas eſſe*, ſignificatur caſum eveniſſe, quo bona alicui, pignoris loco creditori obligata, propria ejus effecta ſint, debitore ad diem non ſolvente. Hæc eruditis nota eſſe debent, & omnibus juris civilis ſtudioſis: in cujus ſcientiæ libris etiam & *ſtipulationes committi*; *& merces commiſſæ* inveniuntur, & *leges commiſſoriæ*: ſed propter alios qui hæc legent, coacti ſumus ea paulo verboſius explicare. quorum omnium deinceps ex ipſo Cicerone exempla ſubjiciemus. Pro Cluentio: *Nihilominus enim poteſt, ut illam multam non commiſerit, accepiſſe tamen ob rem judicandam pecuniam.* In Verrem lib. V: *Tot Siculi, tot equites Romani ab homine nequiſſimo & turpiſſimo læſi, pœnam dupli ſine ulla dubitatione commiſſam, non perſequebantur.* Item libro IV: *Eſſe in eo teſtamento quo ille hæres eſſet, ſcriptum: ut ſtatuas in palæſtra deberet ponere. fecimus, ut palæſtritæ negent ex teſtamento eſſe poſitas; petunt hæreditatem: quod eam palæſtræ commiſſam eſſe dicant.* Item lib. III: *Calumniatores ex ſinu ſuo appoſuit, qui illam hæreditatem Veneri Erycinæ commiſſam eſſe dicerent.* Libro epiſtolarum ad Memmium: *Præterea Philotes Alabandenſis hypothecas*

ac poſſides. Eam tu teſtem ſpe recuperandi fundi paterni venire ad teſtimonium dicendum coëgiſti: [54] qui quoniam teſtimonium [a] nondum dixit, quidnam ſit dicturus, exſpecto, novi genus hominum, novi conſuetudinem, novi libidinem. Itaque, etſi teneo, quid ſit dicere paratus, nihil tamen contrà diſputabo priùs, quàm dixerit. [55] totum enim convertet atque alia finget. Quamobrem & ille ſervet, quod paravit; & ego me ad id, quod attulerit, integrum conſervabo.

a nondum eſt add. à Faërno.

52 XXII. VENIO nunc ad eam civitatem, in quam ego multa & magna [b] ſtudia & officia contuli: & quam meus frater in primis colit atque diligit: quæ ſi civitas per viros bonos, graveſque homines, querelas ad vos detuliſſet, paullo commoverer magis. nunc verò quid putem? Trallianos

b ſtudia & non eſt in vett. edd.

Cluvio dedit, ha commiſſa ſunt: velim cures, ut aut de hypothecis decedat, eaſque procuratoribus Cluentii tradat, aut pecuniam ſolvat. In hac poſtrema ſignificatione arbitramur hic, id eſt, in oratione pro Flacco, dictum eſſe ab Cicerone, Decianum dicere, *fiduciam ſibi eſſe commiſſam:* Cum enim Decianus apud Lyſaniam adoleſcentem pecuniam, ut diximus, grandi fœnore collocaſſet, ipſe fundum ab adoleſcente acceperat fiduciaria mancipatione, loco, ut conjici licet, hypothecæ, & ut planius hoc dicamus, ſecreta inter eos pactione interveniente, ut ni intra certum diem Lyſanias pecuniam reddidiſſet, fundus pleno jure Deciani efficeretur: & id quod fiducia erat, tranſiret in jus veri certique dominii. Poſtea non ſolvente Lyſania ad diem, Decianus fiduciam ſibi commiſſam eſſe dicens, id eſt, ob Lyſaniæ in ſolvendo moram, caſum eveniſſe, quo fundus, quem fiduciario nomine acceperat, ſibi applicatus eſſet, propriuſque ipſius effectus, eum fundum tanquam ſuum tenebat & poſſidebat. cujus recuperandi ſpe Lyſaniam venire ad dicendum contra Flaccum teſtimonium induxit. Sane adnotandum eſt, non confiteri Ciceronem fiduciam Deciano eſſe commiſſam: ſed duntaxat Decianum id dicere: ut ſit liberum credere, etiam forte non eſſe commiſſam, & ſic interim eum aliqua ſuſpicione iniquitatis in Lyſaniam, & circumſcriptionis aſpergat. *Faërnus.*

54. *Qui quoniam teſtimonium dixit.*] *Finxit*, pro *dixit*, olim Pantagathus emendarat: poſtea improbata Faërni conjectura, qui *non dixit* legendum affirmabat, quod nimis ei frigidum & indignum Cicerone videretur, ita hunc locum correxit: *Eam tu teſtem ſpe recuperandi fundi paterni, quod jam teſtimonium dixit, venire ad teſtimonium dicendum coëgiſti: qui quidnam ſit dicturus, expecto.* Urſinus. *Nondum* intruſerunt ex conjectura Faërni, Lambinus & Gruterus invitis libris. Sed religioſiores fuerunt Victorius & Manutius, qui MSS. fidem ſunt ſecuti.

55. *Totum enim convertet, atque alia finget.*] Pantagathus, *totum enim converteret, atque alia fingeret.* Urſinus.

56. Py-

lianos Mæandrio cauſam commiſiſſe, homini egenti, ſordido, ſine honore, ſine exiſtimatione, ſine cenſu? Ubi erant illi, [56] Pythodori, Ætideni, Lepiſones, ceteri homines apud nos noti, inter ſuos nobiles? ubi illa magnifica & glorioſa oſtentatio civitatis? nonne eſſet puditum, ſi hanc cauſam agerent ſeverè, non modò legatum, ſed Trallianum omnino dici Mæandrium? huic tali legato, huic publico teſti patronum ſuum, jam inde à patre atque majoribus, L. Flaccum mactandum civitatis teſtimonio tradidiſſent? P. B.

Non eſt ita, judices, non eſt profectò. vidi ego in quodam judicio nuper Philodorum teſtem Trallianum, vidi Parrhaſium, vidi Archidemum, cùm quidem idem hic mihi Mæandrius, quaſi miniſtrator, aderat, ſubjiciens, quid in ſuos cives, civitatemque, ſi vellem, dicerem. nihil enim illo homine levius, nihil egentius, inquinatius. Quare ſi hunc habent auctorem Tralliani doloris ſui, ſi hunc cuſtodem litterarum, ſi hunc teſtem injuriæ, ſi hunc auctorem querelarum: [57] remittant ſpiritus, comprimant animos ſuos, ſedent arrogantiam, fateantur in Mæandrii perſona eſſe expreſſam [c] faciem civitatis. ſin iſtum ſemper illi ipſi domi proterendum [d] eſſe & conculcandum putaverunt: deſinant putare auctoritatem eſſe in eo teſtimonio, cujus auctor inventus eſt nemo. 53

c ſpeciem *Lamb.* *Faern.*
d eſſe *dele* *Faern.*

XXIII. Sed exponam, quid in re ſit, ut quamobrem iſta civitas, neque ſeverè Flaccum oppugnarit, neque benignè defenderit, ſcire poſſitis. Erat ei Caſtriciano nomine irata; de quo toto reſpondit Hortenſius: invita ſolverat Caſtricio pecuniam, jamdiu debitam. Hinc totum odium, hinc omnis offenſio. Quò cùm veniſſet Lælius ad iratos, & illud Caſtricianum vulnus dicendo refricuiſſet; [58] exſiluerunt principes, neque in illa concione adfuerunt, 54

56. *Pythodori, Ætideni, Lepiſones,*] Talia ferè erant in Pal. pr. ac tert. nam ceteri omnes, ut & S. Vict. & Grut. mutilati folio integro. *Grut.*

57. *Remittant ſpiritus.*] *Flatuſque remittat* de Turno Virgilius, id eſt, deſinat ſuperbire & eſſe ferox. Nam ſuperbi & elati animo plenius aliquid ſpirant, ut in Actis: *Paulus ſpirans adhuc minas.* Camerarius.

58. *Exſiluerunt principes &c.*] Ita ex mſ. uno Henricus Stephanus, ſed præter noſtros omnes & veterem ed. in quibus *ſiluerunt principes, &c.* quod *principes*, exulat ab excuſis poſterioribus. male. putarim tamen reponi iterum poſſe illud *ſiluerunt*. Grut.

fuerunt, neque [e] ipſius decreti ac teſtimonii auctores eſſe voluerunt. uſque [f] eo orba fuit ab optimatibus illa concio, ut princeps principum eſſet Mæandrius: cujus lingua, quaſi flabello ſeditionis, illa tum eſt egentium concio ventilata.

55 Itaque civitatis pudentis, ut ego ſemper exiſtimavi, & gravis, ut ipſi exiſtimari volunt, juſtum dolorem querelaſque cognoſcite. Quæ pecunia fuerit apud ſe, Flacci patris nomine, collata à civitatibus, hanc à ſe eſſe ablatam queruntur. Alio loco quæram, quid licuerit Flacco: nunc tantùm à Trallianis requiro, quam pecuniam à ſe ablatam querantur, ſuamne dicant, ſibi à civitatibus collatam in uſum ſuum. cupio audire. non, inquit, [g] ſi dicimus. Quid igitur? delatam ad nos, creditam nobis, L. Flacci patris nomine, ad hujus dies feſtos atque ludos. Quid tum? Hancce te, inquit, capere non licuit.

56 Jam id videro: ſed primùm illud tenebo. queritur gravis, locuples, ornata civitas, quòd non retinet alienum: ſpoliatam ſe dicit, quòd id non habet, quod ejus non fuit. quid hoc impudentius dici, aut fingi poteſt? delectum eſt oppidum, quo in oppido uno pecunia à tota Aſia ad honores L. Flacci poneretur. hæc pecunia [h] tota ab honoribus tranſlata eſt in quæſtum & fœnerationem: recuperata eſt multis pòſt annis.

57 XXIV. Quæ civitati facta eſt injuria? At moleſtè fert civitas. Credo: [i] avulſum eſt enim præter ſpem, quod erat ſpe devoratum lucrum. At queritur. impudenter facit. Non enim omnia, quæ dolemus, eadem jure queri poſſumus. At accuſat verbis graviſſimis. Non civitas, ſed imperiti homines, à Mæandrio concitati. Quo loco etiam atque etiam facite, ut recordemini, quæ ſit temeritas multitudinis, quæ levitas propria Græcorum, quid in concione ſeditioſa valeat oratio. Hic, in hac graviſſima & moderatiſſima civitate, cùm eſt forum plenum judiciorum, plenum magiſtratuum, plenum optimorum virorum & civium, cùm ſpeculatur atque obſidet roſtra vindex temeritatis, & moderatrix officii, curia: tamen quantos fluctus excitari concionum videtis? quid vos fieri cenſetis Trallibus? an id, quod Pergami? niſi fortè hæ civitates exiſtimari volunt, faciliùs [59] una ſe epiſtola Mithridatis moveri,

e iſtius *Faern.*

f adeo o. f. optimatum *Idem.*

P. CLVIII.

g hoc dic. *MS.*

h tota *deeſt in MSS. Vat. ill.*

i *alii* amiſſum.

P. B.

59. *Una epiſtola.*] Significat id, quod in Manilianâ expoſuit his verbis: *Uno die tota Aſia, tot in civitatibus, uno nuntio, atque una litte-*

moveri impellique potuiſſe, ut amicitiam populi Romani, [60] fidem ſuam, jura omnia officii humanitatiſque violarent; quàm ut filium teſtimonio læderent, cujus patrem armis pellendum ſuis mœnibus cenſuiſſent.

Quare nolite mihi iſta nomina civitatum nobilium oppo- 58
nere. quos enim hoſtes hæc familia contempſit, numquam eoſdem teſtes pertimeſcet. Vobis autem eſt confitendum, ſi conſiliis principum veſtræ civitates reguntur: non multitudinis temeritate, ſed optimatum conſilio bellum ab iſtis civitatibus cum populo Romano eſſe ſuſceptum. ſin ille tum
motus eſt temeritate imperitorum excitatus: [k] patiamini me delicta vulgi à publica cauſa ſeparare.

k patimini *Grav.* & *alii.*

XXV. At enim iſtam pecuniam huic capere non li- 59
cuit. Utrùm vultis patri [l] Flacci licuiſſe, necne? ſi licuit, ſicuti certè licuit; ad ejus honores collatam, ex quibus ipſe nihil capiebat, patris pecuniam rectè abſtulit filius. ſi non licuit: tamen illo mortuo, non modò filius, ſed quivis heres rectiſſimè potuit auferre. Ac tum quidem Tralliani, cùm ipſi gravi fœnore iſtam pecuniam multos annos occupaviſſent, à Flacco tamen omnia, quæ voluerunt, impetraverunt: neque tam fuerunt impudentes, ut id, quod Lælius dixit, dicere auderent, hanc [m] ab ſe pecuniam abſtuliſſe Mithridatem. Quis enim erat, qui non ſciret, in ornandis ſtudioſiorem Mithridatem, quàm in ſpoliandis Trallianis fuiſſe?

l Flacco *MSS.*

m ejus pec. *edd. vett.*

Quæ quidem à me ſi, ut dicenda ſunt, dicerentur, gra- 60
vius agerem, judices, quàm adhuc egi: quantam Aſiaticis teſtibus fidem habere vos conveniret: revocarem animos veſtros ad Mithridatici belli memoriam, ad illam univerſorum civium Romanorum per tot urbes, uno puncto temporis, miſeram crudelemque cædem, prætores noſtros deditos, legatos in vincula conjectos, nominis propè Romani memoriam cum veſtigio imperii non modò ex [n] ædibus Græcorum, verùm etiam ex litteris eſſe deletam. [61] Mithridatem, deum illum patrem, illum conſervato-

P. CLIX.

n ſedibus *MS.*

litterarum ſignificatione cives Romanos necandos trucidandoſque denotavit. P. Manut.

60. *Fidem ſuam, jura omnia officii humanitatiſque.*] Henr. Stephanus producit è ſcripto ſuo, *omnia officia ſocietatis humanitatiſque.* ſed hic nulli noſtrorum: quidam *humanitateſque*; omnes verò *fidem ſuam*, quod & in aliis cuſis. *Grut.*

61. *Mithridatem deum.*] Omnes libri ſcripti habent, *vel demum*, vel hujus dictionis veſtigia. & ſequenti verſu, ubi eſt, *illum Dionyſium*,

vatorem Aſiæ, [62] illum Euium, Nyſium, Bacchum, Liberum nominabant.

61 Unum atque idem erat tempus, cùm L. Flacco conſuli portas tota Aſia claudebat: Cappadocem autem illum non modò recipiebat ſuis urbibus, verùm etiam ultrò vocabat. Liceat hæc nobis, ſi obliviſci non poſſumus, at tacere: liceat mihi potiùs de levitate Græcorum queri, quàm de crudelitate. Auctoritatem iſti habeant apud eos, quos eſſe omnino noluerunt? nam, quoſcumque potuerunt, togatos, interemerunt: nomen civium Romanorum, quantum in ipſis fuit, ſuſtulerunt.

XXVI. In [o] hac igitur urbe ſe [p] jactent, quam oderunt? apud eos, quos inviti vident? in ea republica, ad quam opprimendam non animus eis, [63] ſed vires defuerunt? Adſpiciant hunc florem legatorum laudatorumque Flacci, ex vera atque integra Græcia. tum ſe ipſi expendant, tum cum his ſe comparent: tum, ſi audebunt,

[o] *alii* illa.
[p] *alii* jactant.

Nyſium, in illis eſt, *illum Euchium Dionyſium*, licet hæc poſtrema vox dimidiata ſit in pleriſque. *Faërnus. Mithridatem, dominum.*] Sic repoſui, cum in codice veteri reperiſſem ſcriptum, *dm.* Faërni autem lectio, *demum*, non placet. Quorſum enim hoc *demum?* Nunc autem bellum eſt orationis incrementum: *dominum, patrem, conſervatorem.* Lambinus, Uterque Francii, & editio prima: *Mithridatem deinde illum patrem, illum conſervatorem.* Sed Dreſdenſis cum Mediolanenſi, Victoriana & aliis editionibus: *Mithridatem demum illum patrem.* Diſtinguendus eſt ſic hic locus, ut illum jam laudari video a viris doctis, *Mithridatem Deum, illum Patrem, illum Conſervatorem Aſiæ, illum Evium, Dionyſum, Bacchum, Liberum nominabant.* Erat ſane *Deum* in Veneta Aſcenſii anni 1511, & Baſileenſibus & aliis edd. Mithridatem autem Dionyſum dictum eſſe, docet vir ſummæ dignitatis & eruditionis Illuſtris Ezechiel Spanhemius in diſſertatione v. de Præſtantia & Uſu numiſmatum ex Clem. Alexandrini Protreptico, ex Appiano, & Dionis Pruſæi orat. 37. *Gravius.*

62. *Illum Evium, Bromium &c.*] Nemo hæc Baccho nomina a Poëtis apponi ſolita neſcit, ſed Veneta ſimplicior lectio: *illum Dionyſium, Bacchum, &c.* Camer. *Illum Evium, Nyſium, Bacchum, Liberum.*] Hæc eſt conſonans ſcriptura Pall. & S. Victoris, quam & è ſuis eruit Turnebus lib. XX. Adverſ. cap. 28. Lambinus alia nobis ſubſtituit nomina, ſed non ſanè e libris. *Grut.* Faërni liber habet *Evium, Dionyſum, Bacchum*, quod Grævius recepit.

63. *Sed vires defuerunt.*] Neſcio an ſcribendum ſit auctoritate omnium mſſ. noſtrorum, *ſed vires defecerunt & defuerunt.* an verò reponendum unum, *defecerunt*, quod inuſitatius alteri etiam præbuerit locum. prima editio præfert, *deficiunt & defuerunt*, quod & in Gruteri ſcripto. *Grut.*

64. *Digni-*

hunt, [64] dignitati horum component ſuam.

Adſunt Athenienſes, unde humanitas, doctrina, religio, fruges, jura, leges ortæ, atque in omnes terras diſtributæ putantur: [65] de quorum urbis q poſſeſſione, propter pulchritudinem etiam inter deos certamen fuiſſe proditum eſt: quæ vetuſtate ea eſt, ut ipſa ex ſeſe ſuos cives genuiſſe dicatur: & eorum eadem terra parens, altrix, patria, dicatur: auctoritate autem tanta eſt, ut jam fractum propè ac debilitatum Græciæ nomen hujus urbis laude nitatur. 62

q poſitione MSS. multi & edd.

Adſunt Lacedæmonii. cujus civitatis ſpectata ac nobilitata virtus, non ſolum natura corroborata, verùm etiam diſciplina putatur: qui ſoli toto orbe terrarum ſeptingentos jam annos ampliùs unis moribus & [66] numquam mutatis legibus vivunt. Adſunt ex Achaja cuncta multi legati, Bœotia, Theſſalia: quibus locis nuper legatus L. Flaccus, imperatore Metello, præfuit. Neque verò te, [67] Maſſilia, prætereo, quæ L. Flaccum r militem quæſtoremque cognoſti: cujus ego civitatis diſciplinam atque gravitatem non ſolum Græciæ, ſed haud ſcio an cunctis gentibus antepo- 63

P. B.

r tribunum militum Gul.

64. *Dignitati horum component ſuam.*] Haud aliter etiam plerique libri noſtri, quorum fide hac eadem ferè linea ſupra ſcripſi, *tum cum his.* neque ſecus etiam primitus publicati. ſed tamen non poteſt mihi diſplicere, quod erui è Pal. ſecundo, *dignitati horum antepönant*; ſine vocula *ſuam.* Grut.

65. *De quorum urbis poſſeſſione.*] Omnes libri manuſcr. Romani, ut teſtatur Faërnus, habent, *poſſeſſione*, & item Memmiani & Pariſienſes: quod interpretatur idem Faërnus, tutela: & recte, Horat. oda xxvi, lib. III. *O, quæ beatam diva, tenes, Cyprum,* &c. id eſt, ut Græci dicunt, ἀμφιβέβηκας, ἀμφιβαίνεις, ἔχεις. Certaſſe autem Neptunum cum Minerva de Athenarum poſſeſſione, & Minervam viciſſe: ex quo πολιοῦχον, & πολιάδα eſſe nominatam, nemo, niſi hoſpes in litteris, ignorat. *Lambinus.* *Urbis poſſeſſione.*] Prius *poſitione*, ſed præter aliorum mſſ. item noſtros fere. nam Gruteri codex vulgatæ adhæret. *Gruterus.* Vide inprimis Auguſtinum de Civitate Dei xviii, 9. & Meurſ. de Fortuna Attica cap. 2. *Græv.*

66. *Numquam mutatis legibus.*] Magis oratorie, quam vere dixit Tullius. Nam mutavit Philopœmen, cum ſubacta Lacedæmone & has ſuſtulit, & Achaica inſtituta introduxit. Meurſ. ii. Miſcell. Laconic. cap. 5. ubi vide pluribus de hac re diſputantem. *Idem.*

67. *Maſſilia.*] De ejus origine videndus Juſtinus xiv, 3. de ejus vero diſciplinæ ſeveritate & virtute Strabo lib. III. & Valer. Max. lib. II. cap. 6, & 7. *Idem.*

f *ita Grav. alii* jure dicam.

reponendam f dicam; quæ tam procul à Græcorum omnium regionibus, diſciplinis, linguaque diviſa, cùm in ultimis terris cincta Gallorum gentibus, barbariæ fluctibus alluatur, ſic optimatum conſilio gubernatur, ut omnes ejus inſtituta laudare faciliùs poſſint, quàm æmulari.

64 Hiſce utitur laudatoribus Flaccus, his innocentiæ teſtibus, ut Græcorum cupiditati Græcorum auxilio reſiſtamus.

XXVII. QUAMQUAM quis ignorat, qui modò umquam mediocriter res iſtas ſcire curavit, quin tria Græcorum genera ſint verè? quorum uni ſunt Athenienſes, quæ gens Ionum habebatur; [68] Æoles alteri; [69] Dores tertii nominabantur, atque hæc cuncta Græcia, quæ fama, quæ gloria, quæ doctrina, quæ plurimis artibus, quæ etiam imperio, & bellica laude floruit, parvum quemdam locum, ut ſcitis, Europæ tenet, ſemperque tenuit. Aſiæ maritimam oram, bello ſuperatam, cinxit urbibus, [70] non ut munitam coloniis illa augeret, ſed ut obſeſſam teneret.

65 Quamobrem quæſo à vobis, Aſiatici teſtes, cùm verè recordari voletis, quantum auctoritatis in judicium attulatis,

68. *Æoles.*] Fuerunt antiquiſſimi Theſſaliæ populi, ſic dicti ab Æolo Hellenis filio, qui poſtea Peloponneſum occuparunt, & diverſis temporibus in illam migrarunt. Hinc Peloponneſii, præcipue poſtquam Achæi gens Æolica expuliſſent Iones, dicti ſunt Æolii, ſeu Æoles, & illorum coloniis in Aſia Æolica, regio Æolis, de qua Pomp. Mel. 1, 18. Vell. Paterc. 1, 4. Strab. lib. XIII. *Grav.*

69. *Dores.*] Origine & ipſi ſunt Theſſaliæ populi, qui olim tenuerunt Dryopidem, teſte Strab. lib. IX. Nomen acceperunt à Doro Hellenis filio. Inde occuparunt partem Græciæ circa montem Parnaſſum, ibi quatuor urbes condiderunt, regioque illa retinuit id nomen, & dicta eſt Doris τετράπολις. Hinc Dorica dialectus, quæ eſt vera & genuina antiqua Æolica. Nam quia Dores tenuerunt terram aſperam, ut pauci peregrini ad eam migrarent, retinuerant illibatam antiquam dialectum, & Dorum quoque coloni in Italia & Sicilia, ſed Æoles crebris migrationibus & erroribus ſuam linguam varie corruperunt & interpolarunt, de quibus erudite diſputat Salmaſius lingua de Helleniſtica. *Idem.*

70. *Non ut munitam coloniis illam augeret; ſed &c.*] Hæc eſt lectio Pal. pr. quint. ſext. ſept. nam ſec. & Gud. *illam generet*, ſed ſine voce *augeret*, quæ neque in tert. qui tamen à prima manu habuit *generet*; quod ipſum adhuc hæret in quarto & octavo. plane Guilielmio lectio S. Victoris, *illam generaret.* ſed haud ei adquieſcerim. potius adhuc ſuſtulerim vocem *illam*; ut fieret, *non ut munitam coloniis augeret.* Gruter. Veriſſime Francii primus: *non ut munitam coloniis illa augeret.* nimirum Græcia. *Grav.*

71. In

mihi, vosmetipſi deſcribatis Aſiam: nec, quid alienigenæ de vobis loqui ſoleant, ſed quid vosmetipſi de genere veſtro ſtatuatis, memineritis. Namque, ut opinor, Aſia veſtra conſtat ex Phrygia, Myſia, Caria, Lydia. Utrùm igitur noſtrum eſt, an veſtrum, † hoc proverbium, Phrygem plagis fieri ſolere meliorem? Quid de tota Caria? nonne hoc veſtra voce vulgatum eſt, ſi quid cum periculo experiri velis, [71] in Care id potiſſimùm eſſe faciendum? Quid porrò in Græco ſermone tam tritum atque celebratum eſt, quàm, ſi quis deſpicatui ducitur, ut Myſorum ultimus eſſe dicatur? Nam quid ego dicam de Lydia? quis umquam Græcus comœdiam ſcripſit, in qua ſervus [72] primarum partium non Lydus eſſet? Quamobrem quæ vobis fit injuria, ſi ſtatuimus veſtro nobis judicio ſtandum eſſe de vobis?

† hoc vetus quad. ed. P. CLX,

Equidem mihi jam ſatis ſuperque dixiſſe videor de Aſiatico genere teſtium: ſed tamen veſtrum eſt, judices, omnia, quæ dici poſſunt in hominum levitatem, inconſtantiam, cupiditatem, etiamſi à me minùs dicuntur, veſtris animis & cogitatione comprehendere. 66

XXVIII. [73] SEQUITUR auri illa invidia Judaici. Hoc nimi-

71. *In Care id potiſſimum eſſe faciendum.*] Sic bene conjecit Eraſmus, probatque P. Victorius lib. V. Var. Lect. cap. 12. cùm tamen retinerent mſſ. omnium *in Cariam*, quomodo item Pall. ſeptem. nam ſec. habet *in ea re.* ex quo facile fiat *in Care*, ut diſertè perſcribitur in Gruteriano. Gulielmius tamen viſus eſt adprobare *in Cania.* rationes nullas perſcripſit; neque ego facilè expuro. niſi ſi *Caniam* ſumpſit, pro fœmina ejus loci. *Grut.* *In Cania*, eſt in utroque Francii & editionibus antiquiſſimis. Quod ſane retinerem, niſi Faërnus & Gruterus reperiſſent in duobus codicibus *ea re*, & Camerus in ſuo MS. liquide ſcriptum reperiſſet *Care*, quod omnino verum eſt. Græcis ἐν Καρὶ κίνδυνον. *In Care periculum.* vide Zenob. Cent. III, 59. & quæ ibi notat Andreas Schottus. *Græv.*

72. *Primarum partium.*] Non, ut putatur, qui ſæpius in ſcenam redit, ſed, ut arbitror, cui primæ dantur in agendo propter ingenium & artem. *P. Manut.* Non recte. Vide J. F. Gronov. Obſerv. in Script. Eccleſ. c. 25.

73. *Sequitur auri illa invidia Judaici.*] De alio crimine Cicero nunc deinceps diſſerit, quo & ipſo accuſationem ſuam Lælius auxiſſet, quod Flaccum diceret avertiſſe aurum deſtinatum Judæis, ut Hieroſolyma deportaretur, & apparet inſectatos fuiſſe graviter Flaccum, quaſi religionum contemtorem & profanatorem, & turbam congregaſſe, quæ de hac re diſputanti Ciceroni obſtreperet. Collecta autem fuiſſe in diverſis locis ab incolis Judæis

v Ad hoc *MSS.* & *quad. edd.* x *alii* ſi ſumm. *Lamb.* ſic *Græv*, *conjicit* hic.

nimirum eſt illud, quòd non longè à gradibus Aureliis hæ causa dicitur. v ob hoc crimen hic locus abs te, Læli, at que illa turba quæſita eſt. ſcis, quanta ſit manus, quam concordia, quantum valeat in concionibus. x ſummiſſa voce agam, tantùm ut judices audiant. neque enim deſunt qui iſtos in me, atque in optimum quemque incitent: quos

67 ego, quo id faciliùs faciant, non adjuvabo. Cùm aurum, Judæorum nomine, quotannis ex Italia, & ex omnibus veſtris provinciis Hieroſolymam exportari ſoleret, Flaccus ſanxit edicto, ne ex Aſia exportari liceret. Quis eſt, judices, qui hoc non verè laudare poſſit? Exportari aurum non oportere, cùm ſæpe antea ſenatus, tum me conſule, graviſſimè judicavit. Huic autem [74] barbaræ ſuperſtitioni reſiſtere, ſeveritatis: multitudinem Judæorum, flagrantem nonnumquam in concionibus pro republica contemnere, gravitatis ſummæ fuit. At Cn. Pompejus, captis Hieroſolymis, victor ex illo fano nihil attigit.

P. B.

68 In primis hoc, ut multa alia, ſapienter, quòd in tam ſuſpicioſa ac maledica civitate locum ſermoni obtrectatorum non reliquit. non enim, credo, religionem & Judæorum & hoſtium impedimento præſtantiſſimo imperatori, ſed pudorem, fuiſſe. Ubi ergo crimen eſt? quoniam quidem furtum nuſquam reprehendis, edictum probas, [75] judicatum fateris, quæſitum & y prolatum palàm non negas, actum eſſe per viros primarios res ipſa declarat: [76] Apameæ manifeſtò comprehenſum, ante pedes

y *alii* probatum *aut* ploratum.

dæis omni tempore, quaſi tributa religionis nomine, notiſſimum eſt, & cum ad inſtructionem templi, tum ut deferri facilius poſſet, aurum collatum fuiſſe intelligere poſſumus. Hoc Cicero defendit ſenatus judiciis, & fraudem omnem Flacci abeſſe docet. *Camerar.* Solebant olim Judæi quotannis aurum conferre & Hieroſolyma mittere, ut conſtat ex hac oratione. Verum Imperatores Romani id aurum Judaicum poſtea ſibi vindicarunt, quod Græci docent Juriſconſulti, quorum verba vide apud Cujac. ad 1. Cod. Juſtin. 75. *Grav.*

74. *Barbaræ ſuperſtitioni.*] Opinor quia Judæi aurum illud, vel ſaltem ejus partem, quod ubique colligerent, in Judæam mitterent, ut in Solomonis fano reponeretur: quæ illis religio videbatur: quam Cicero ſuperſtitionem vocat. hinc illud infra: *At Cn. Pompejus ex illo fano nihil attigit.* P. Manut.

75. *Judicatum fateris.*] Pantagathus, *indicatum fateris*: & paullo poſt, pro *expenſum*, in vetere codice ſcriptum eſt, *expreſſum.* Urſinus.

76. *Apamea.*] Hæc fuit Phrygiæ civitas ad Mæandrum, quæ & Cibotos dicebatur, & Celænæ, ſi Plinio credimus & Stephano, quam-

[..]is prætoris in foro expenſum [z]eſt auri pondo centum [pa]ullo minus per [77] Sex. Cæſium, equitem Romanum, caſtiſſimum hominem atque integerrimum: Laodiceæ viginti pondo paullo amplius [78] per hunc ipſum L. Peducæum, judicem noſtrum: [79] Adramyttii per Cn. Domitium, legatum. Pergami non multum. z eſſe *alii.*

69 Auri ratio conſtat: aurum in ærario eſt: furtum non reprehenditur: invidia quæritur: à judicibus oratio [a]avertitur: vox in coronam turbamque effunditur. Sua cuique civitati religio, Læli, eſt, noſtra nobis. Stantibus Hieroſolymis, pacatiſque Judæis, tamen iſtorum religio ſacrorum à ſplendore hujus imperii, gravitate nominis noſtri, majorum inſtitutis, abhorrebat: nunc verò hoc magis, quòd illa gens, quid de imperio noſtro ſentiret, oſtendit armis: quàm cara diis immortalibus eſſet, docuit, quod eſt victa, [80] quòd elocata, quòd [b]ſervata.

a adveritur *aut* convertitur *MSS.*

b ſerva *Gronov.*

XXIX. QUAM-

quamvis aliter ſentiat Strabo lib. XII. Vide de hac urbe docte differentem Lucam Holſteinium in notis ad Stephani ἐθνικά, & Harduinum in primis in nummis antiquis populorum & urbium illuſtratis. *Grav.*

77. *Sex. Cæſium.*] Pall. partim *Sex. Ecinium.* partim *Coſinium.* S. Victoris *Sex. Coſinium*, quod fortè non improbandum. *Grut.*

78. *Per hunc ipſum L. Peducæum &c.*] Pall. & S. Victoris & Grut. ut & antiquitus impreſſi, *per hunc C. Lucium Peducæum.* Gulielmius juſſit quærere, an *Peducæi*, eſſent gentis *Luciliæ.* idem annotavit fortè translatis verbis reſtituendum, *Laodiceæ viginti pondo per hunc C. Peducæum jud. noſtrum: Adrymeti paullo amplius per Cn. Domitium.* Idem.

79. *Adrymeti.*] Legendum *Adramytti.* Strabo libro XIII. & Stephanus in lib. de Urbibus: Ἀδραμύττειον, inquit, ſive Ἀδραμύττιον, πόλις τῆς καὶ Κιλίκων Μυσίας. Urſin. Vere Camerarius & Urſinus, quod & Sylvius vidit. Nam Ἀδραμύττειον, fuit urbs Æolidis juxta Caicum fluvium, cujus incolæ *Adramyteni*, inde πλοῖον Ἀδραμυττηνὸν Act. Apoſt. XXVII, 2. & in nummis Caracallæ Ἀδραμυττηνῶν, quos produxerant Viri illuſtres Ezechiel Spanhemius de Uſu antiquorum numiſmatum cap. ult. L. Holſteinius ad Stephanum, & Harduinus in nummis populorum illuſtratis. In primo Francii legitur, *Hadrumenti.* In ſecundo, & editione prima corrupte *admitti* pro *Adramytii*, aut *Adramyttii.* Nam utroque modo ſcribitur auctore Stephano. *Gravius.*

80. *Quod elocata, quod ſervata.*] Pro *ſervata* reſtituit Pantagathus *enervata*, quo nihil aptius huic loco excogitari poſſe opinor. *Urſinus. Servata.*] Multos hic locus torquet: nec ſane mihi conſtat, quæ ſententia poſſit elici ſatis apta ſi ſic legatur. opem autem veteres libri nullam afferunt. nam quod, *ſerva facta*, quidam legunt, longe diſtat ab antiquis litterarum veſtigiis, & idem tamen eſſet, quod *elocata.* Videndum igitur (ut aliquid tamen dicam)

70 XXIX. QUAMOBREM, quoniam, quod [illegible]
voluiſti, id totum vides in laudem eſſe converſum; [illegible]
mus jam ad civium Romanorum querelas. Ex [illegible]
ſunt prima Deciani. Quid tibi tandem, Deciane, [illegible]
factum eſt? negotiaris in libera civitate. primum [illegible]
me eſſe curioſum. quoadusque negotiabere? præſertim [illegible]
ſis iſto loco natus. annos jam triginta in foro verſaris [illegible]
P. CLXI. tamen in Pergameno. longo intervallo, ſi quando [illegible]
peregrinari commodum eſt, Romam venis: affers [illegible]
novam, nomen vetus, purpuram Tyriam. in qua tibi [illegible]
video, quod unis veſtimentis tamdiu lautus es.
71 Verùm eſto: negotiari libet: cur non Pergami? Smyr[illegible]
næ? Trallibus? ubi & multi cives Romani ſunt, & jus [illegible]
noſtro magiſtratu dicitur? [82] otium te delectat: lites, [illegible]

cam) an, *ſervata*; fortaſſe valeat, *obſervata*, in cuſtodias tradi[illegible]
& quaſi obſeſſa, ne quid rerum novarum moliri poſſit. *P. Manu[illegible]*
In MS. Franci primo legitur, *quod eſt victa, quod eſt locata*, [illegible]
ſervata. Elocabantur provinciæ à Cenſoribus, cùm illarum [illegible]
ta conducebant publicani, ſeu ſocietates publicanorum. Quo[illegible]
do autem potuerit Judæa tum elocari, quæ in provinciæ for[illegible]
lam non erat redacta, id non ſane video. Nam Judæa victa [illegible]
quidem à Pompejo, etiam vectigalis fuit reddita, ut multum [illegible]
genti illi fuerit exhauſtum, teſte Joſepho; non tamen erat in pro[illegible]
vinciam redacta, ſed libera & ſuis legibus relicta, conſtituto [illegible]
ge Hyrcano, deinde Herode Magno. Decimo demum anno po[illegible]
ejus mortem, Archelao illius filio in exilium miſſo Viennam [illegible]
Auguſto, Judæa demum provincia facta, & à Procuratoribus [illegible]
peratorum in poſterum fuit adminiſtrata. Jam cum tributa à ſo[illegible]
ciis & fœderatis populis exigerent Romani, Reges & ſupremi [illegible]
illorum magiſtratus compellabant, non vero ea publicanis elo[illegible]
cabant. Itaque ſi *elocata* dixit Cicero, oratorie dixit, nulla [illegible]
ratione habita, quaſi quæ victa ſit & in provinciam fuerit [illegible]
cta, cujus vectigalia elocentur; aut mendum aliquod hæc [illegible]
ſine melioris libri auctoritate non poſſum eluere. Forte, [illegible]
ſcripſit Cicero, *quod eſt pacata*. In *ſervata* non video tantam di[illegible]
ficultatem, quam hic movet Manutius: docuit illam eſſe victa[illegible]
& ſubactam, ſed Romanorum miſeratione & bonitate ſervatam [illegible]
nam potuiſſet deleri, aut in ſervitutem redigi. Plus eſt autem [illegible]
pacare, quam *vincere*. Eſt enim *pacare* ſubigere. Flor. procem. [illegible]
centi quinquaginta anni, quibus totum orbem pacavit. & ſæpe in ha[illegible]
notione accipitur *pacare*, cum apud hunc tum apud alios ſcript[illegible]
res. *Grav.*

82. *Otium te delectat, lites, turba populus Roman. odio eſt, Græ[illegible]*
rum libertate, &c.] Veneti, *Otium te delectat, lites, turba, po[illegible]*
itur, odio eſt: Græcorum liber. idque non eſt ut diſpliceat. [illegible]
thenſ, *Apollonienſes*, Veneti, *Apollonidenſes*, quod & ipſ[illegible]

[illegible], prætor, odio eſt: Græcorum libertate gaudes. Cur [illegible] unus tu [82] Apollonidenſes amantiſſimos populi Ro[illegible] fideliſſimoſque ſocios, miſeriores habes, quàm aut Mi[illegible]dates aut etiam pater tuus habuerit umquam? cur his per [illegible] frui libertate ſua, cur denique eſſe liberis non licet? homi[illegible] ſunt tota ex Aſia frugaliſſimi, ſanctiſſimi, à Græcorum [illegible]uria & levitate remotiſſimi, patresfamilias ſuo con[illegible]nti, aratores, ruſticani: agros habent & natura perbo[illegible]os, & diligentia, culturaque meliores. in hiſce agris tu [illegible] prædia habere [c] voluiſti. [83] omnino mallem, (& magis [illegible] erat tuum, [d] ſi te craſſi agri delectabant) hîc alicubi in [84] Cruſtumino, aut in Capenati paraviſſes. Verùm eſto: 72

c noluiſti *MS.*

d ſed te magis Craſſi *ed. prima.*

Cato-

[illegible]

[illegible] placet, quamvis Græci [illegible] dicant, quod tamen ipſum ab urbis nomine non formatur. *Camer.*

82. *Apollonidienſes, &c.*] Sic habent libri, ut dixi, manuſcr. & ita excudi juſſi potius, quam, ut habent libri vulg. *Apolloni[illegible]enſes*; aut ut nonnulli volunt, *Apollonienſes*. Lambinus. Franc. [illegible] ſec. ed. prim. Mediolan. Cratand. Aſcenſ. omnes ante Vi[illegible], *Apollonienſes*. Fuit in illo tractu Apollonia, & quidem [illegible] una, ut liquet ex Stephano, Strabonis lib. XIII. & nummis apud Cl. Harduinum; ſed eſt quoque Apollonis [illegible], xxx. ſtadiis à Pergamo verſus ſeptentrionem, totidemque à Sardibus remota, teſte Strabone lib. XIII. Ejus incolæ non *Apolloniden[illegible]ſes*; ſed *Apollonidienſes* dicuntur Plinio lib. V. cap. 30. ut & in [illegible] libro reperit Lambinus. Græcis [illegible]. Meliores libri & antiquiores, quæ lectio verior ſit, *Apollonienſes* an *Apolloni[illegible]dienſes* decident. Sequemur hîc Victorium, Manutium, Lambi[illegible]num, Gruterum. *Gravius.*

83. *Omninò mallem, & magis erat tuum, ſi te craſſi &c.*] Ita ferè mſſ. noſtri. vulgata immiſit *jam*, quod nuſquam in mſſ. imò in [illegible] vet. ſed tamen ſciendum Paſſ. omnes, præter ſecundum, [illegible], *ſed te craſſi agri*, niſi quod illud *agri* abſit octavo, cui [illegible] adeſt *tuum*. habet Grut. liber: *omnino malle magis erat tuum, ſi te jam craſſi &c.* ex quibus facile fingeretur: *Omninò malè. magis erat tuum (ſi te tam craſſi delectabant) hîc alicubi.* ſed quid opus conjecturis in re tam tenebroſa? *Grut.*

84. *Cruſtumino aut in Capenati.*] Cruſtumium fuit oppidum E[illegible]truriæ, quod & Cruſtumia dicitur, unde *Cruſtumiana tribus* teſte Feſto. Capena fuit itidem Etruriæ oppidum agro Faliſcorum & Veienti ac Soracti monti conterminum. Hodie creditur dici *la Civitella*, ſi Cluverio fides, cui hæc debentur in Italia Antiqua II. p. 549. ubi vide plura. Sed Holſtenius in notis ad Cluverium dubitat, num Capena fuerit oppidum unum, & non plura oppida unam gentem conſtituentia circa Morlupum, quia repertæ inſcriptiones Capenates ſemper fœderatos vocent. vide pag. 61. Totus autem tractus circa Falerios, Capenam, & montem Soracten fuit admodum lætus & ferax, ut ex hoc loco patet. De quo

&

Catonis eſt dictum, Pedibus compenſari pecuniam. lo… omnino à Tiberi ad Caicum: quo in loco etiam [85] A… memnon cum exercitu erraſſet, [86] niſi ducem Teleph… inveniſſet. Sed concedo id quoque: placuit oppidum: … gio delectavit. emiſſes.

XXX. Amyntas eſt genere, honore, exiſtima… ne, pecunia, princeps illius civitatis. cujus ſocrum, m… lierem imbecilli conſilii, ſatis locupletem, pellexit D… cianus ad ſeſe: &, cùm illa, quid ageretur, neſciret, … poſſeſſione prædiorum ejus familiam ſuam collocavit: u… rem abduxit ab Amynta prægnantem: quæ peperit ap… Decianum filiam, hodiéque apud Decianum eſt uxor A… myntæ & filia.

73 P. B. Numquid harum rerum à me fingitur, Deciane? ſci… hæc omnes nobiles, ſciunt boni viri, ſciunt denique n… ſtri homines, ſciunt mediocres negotiatores. Exſurge A… mynta: repete à Deciano, non pecuniam, non prædi… ſocrum denique ſibi habeat: reſtituat uxorem: reddat m… ſero patri filiam. nam membra, quæ debilitavit lapidibu… fuſtibus, ferro: manus, quas contudit: digitos, qu… confregit: nervos, quos concidit, reſtituere non pote… filiam, filiam, inquam, ærumnoſo patri, Deciane, redd…

Hæc Flacco non probaſſe te miraris? cui, quæſo, ta… dem probaſti? emptiones falſas, [87] prædiorum proſc… ptiones…

& Plin. III. 5. *In eadem parte oppidorum veterum nomina retinent …gri Cruſtuminus, & Caletranus.* Græv.

85. *Agamemno cum exercitu.*] Explicat P. Victorius libro V. Va… lect. cap. 12. *Grut.*

86. *Niſi ducem Telephum inveniſſet.*] Quamvis mei inſtituti n… ſit, locos obſcuros harum orationum explicare, hunc tamen l… cùm iubet ex collatione Græci ſcriptoris aliquanto illuſtra… Euſtathius in II. Lib. I. Οἱ μὲν τοσοῦτόν τι ἀχθέντας αὐτὸ τοῦ ὀρ… τέρου πλανηθέντας φασὶ, χρώμενοι τῇ τῶν νεωτέρων ἱστορίᾳ τῇ λεγού… ὅτι τὰ πρῶτα ἐπιστρατεύσαντες τῇ Τροίᾳ οἱ Ἕλληνες, ἥμαρτον τῆς ὁ… καὶ τὴν μηδὲν αὐτοῖς εἰς τιμωρίαν προσήκουσαν γῆν ἐληΐζοντο. ἡ … ἦν, ἡ ὑπὸ τῷ Τηλέφῳ Μυσία· ὁ δὲ Τήλεφος αὐτοῖς παραταξάμενος, ἐποίησέ … κακὸν καὶ ἔπαθε. πέπονθε μὲν τραῦμα δεινὸν ὑπ' Ἀχιλλέως, ἀμπέλ… ἕλικι συμποδισθέντος αὐτῷ τοῦ ἵππου κατὰ Διονύσου φρόνησιν, καὶ π… σόντος εἰς γῆν. ἐποίησε δὲ τὸ ἀπράκτοις ὑποχωρῆσαι τοὺς Ἕλλην… ὡς δὲ καὶ τὸ τραῦμα εἶχεν ἀθεράπευτον, χρᾶται. καὶ ὁ χρησμὸς … νεῖπε τὸ θρυλλούμενον ὡς ἄρα ὁ τρώσας ἰάσεται. πλεῖ γοῦν τὴν … χίστην ἐπ' Ἀχιλλέα, καὶ συμβαίνει τὸ μὲν, ἰάσασθαι τὸν αὐτὸν … τὸ δὲ, δοῦναι μισθὸν τοῦ ὑγείας τὴν εἰς Τροίαν ὁδηγίαν. *Urſin.*

87. *Prædiorum proſcriptiones.*] Pall. noſtri partim *praſcriptiones*, partim *perſcriptiones*. non heic modò, ſed & infra. *Grut.*

tiones cum mulierculis, aperta circumſcriptione, fe-
cit. [88] tutor his rebus [89] Græcorum legibus adſcriben-
dus fuit. [e] Polemocratem ſcripſiſti, mercenarium & ad- [e] Ptolemo-
miniſtrum conſiliorum tuorum. adductus eſt in judicium ce. Lamb. & ſic deinde.
Polemocrates [90] de dolo malo, & de fraude, à Dione,
hujus ipſius tutelæ nomine. Qui concurſus ex oppidis fini-
timis undique? qui dolor animorum? quæ querela? Con-
demnatus eſt Polemocrates ſententiis omnibus, [91] irritæ
venditiones: irritæ proſcriptiones. [f] Non reſtituis. defers [f] Num re-
ad Pergamenos, ut illi reciperent in ſuas litteras publicas, ſtituis? MSS.
præclaras proſcriptiones & emptiones tuas. repudiant,
rejiciunt. At qui homines? Pergameni, laudatores tui.
Ita enim mihi gloriari viſus es laudatione Pergamenorum,
quaſi honorem majorum tuorum [g] aſſecutus eſſes: & hoc [g] ſecutus
te ſuperiorem putabas eſſe, quàm Lælium, quòd te civi- edd. Vett.
tas Pergamena laudaret. Num honeſtior eſt civitas Perga- [h] Smyrnæa
mena, quàm [h] Smyrnæ? At ne ipſi quidem dicunt. Camer.

XXXI. VELLEM tantum habere otii, ut poſſem reci- 75
tare [i] pſephiſma Smyrnæorum, [k] quod fecerunt in Caſtri- [i] pſephiſ-
cium mata alii.
[k] quæ fecit iid.

88. *Tutor his rebus, Græcorum moribus &c.*] Lambinus omiſit, *rebus*, ſed præter mſſ. noſtros, & rationem; ſecutus ſcilicet Faërnum. *Grut.* In primo Francii eſt: *Tutor his verbis Græcorum legibus adſcribendus eſt.* Forte Cicero ſcripſit: *Tutor mulieribus Græcorum legibus adſcribendus fuit.* Oſtendit qua in re poſita fuerit circumſcriptio cum fecit proſcriptionem cum mulierculis. quia nullus tutor fuit mulieribus appoſitus, quod Græcorum leges requirebant. Nam quamvis & ſecundum Romanorum leges nihil ſine auctore poterat mulier jure agere, non tamen opus erat hic Romanarum legum mentionem fieri, quia de Græca civitate, quæ ſuis utebatur legibus & inſtitutis, hic agebatur. *Grævius.*

89. *Græcorum legibus.*] Romanis quoque: ideo pro Cæcina: *Quod mulier ſine tutore promiſerit deberi.* Pro Murena: *Mulieres omnes propter infirmitatem conſilii majores in tutorum poteſtate eſſe voluerunt.* Hic admonendus eſt lector, non eſſe, *legibus*, in quibuſdam antiquis libris. quod ſi recte: vel mendum eſt in verbo, *Græcorum*: vel legendum, *Tutor his legibus Græcorum adſcribendus fuit*: ut pro, *rebus*, reponatur, *legibus*? P. Manut.

90. *De dolo malo, de fraude à Dione hujus &c.*] Sic prius cuſi; quæ ſcriptura in pleriſque mſſ. noſtris. ſolum Pal. pr. *de fraude ad Jovem; hujus &c.* at Henr. Stephanus nobis è libro ſuo, neſcio quo, produxit, *de fraudatione, hujus.* quam lectionem video extare in editione Aldi Nepotis. numquam auſim ſequi. habuerim enim *Dionem* pro accuſatore Polemocratis. *Grut.*

91. *Irritæ venditiones, irritæ proſcriptiones.*] Aliquot mſſ. noſtri numero ſingulari, *venditionis, irritæ præſcriptionis*; ſive *perſcriptionis.* Idem.

ciam mortuum: primùm ut in oppidum introferretur, quod aliis non conceditur: deinde, ut ferrent ephebi: postremò ut imponeretur 92 aurea corona mortuo. Hæc
P. CLXII. P. Scipioni, clariſſimo viro, cùm eſſet Pergami mortuus, facta non ſunt. At Caſtricium quibus verbis, dii immortales! *decus patriæ, ornamentum populi Romani, florem juventutis* appellant. Quare, Deciane, ſi cupidus es gloriæ, alia ornamenta cenſeo quæras.

76 Pergameni te deriſerunt. Quid? tu ludi te non intelligebas, cum tibi hæc recitabant, clariſſimum virum, præſtantiſſimâ ſapientiâ, ſingulari ingenio: mihi crede, ludebant. cùm verò coronam auream litteris 93 imponebant, re vera non plus aurum tibi 94 quàm monedulæ committebant. Ne tum quidem hominum venuſtatem & facetias perſpicere potuiſti? Iſti igitur, iſti Pergameni l proſcriptiones, quas tu afferebas, repudiaverunt. P. Orbius, homo & m prudens & innocens, contra te omnia decrevit.

l *ita* ... & *Grævius*. *alii* perſcriptiones.
m pudens *Grævius* *conj.*

XXXII. 95 * In P. Globulum, meum neceſſarium, fui- [illegible] ſti

92. *Aurea corona.*] Dabatur Diis, & ſacerdotibus, hominibuſque, qui proxime rebus geſtis ad Deos accedebant, ut Auguſtus Alexandri Magni corpori, cum id inſpexiſſet in conditorio Alexandrino, teſte Suetonio in ejus vita. Apul. IX. Metam. *Dignus Hercules ſolus omnium matronarum deliciis frui, dignus ſolus coronam auream geſtare.* Dabantur etiam ducibus & regibus ob res præclare geſtas, & iis iidem mortui honeſtabantur. Vide Kirchman. de Fun. I. 11. de prioribus Curtium IV. 5. & ibi Freinshemium, ac Bernecc. ad Juſtin. XI. 10. *Grævius.*

93. *Imponebant.*] Nolim hoc verbo aliquem falli: non enim hoc dicit, Deciani præſentis capiti coronam auream vere eſſe à Pergamenis impoſitam. nam impoſitam non eſſe, ex verbo, *litteris*, intelligitur. Sed, *imponebant litteris*, valet, imponendam pſephiſmate decernebant. aliud eſt autem, litteris, aliud, re ipſa imponere. Sed cum litteris, tum te, inquit, ludebant. nam revera tibi non plus aurum committebant, quam monedulæ: cui ſi quis committeret, amiſſum ſciret: avis enim illa aurum & argentum avide furatur, auctore Plinio. conſtat ex duabus partibus ſententia, una de corona, altera de venuſtate & facetiis. Cum tibi coronam, inquit, litteris imponebant; ſed revera cum tibi non plus aurum, quam monedulæ, committebant, ne tum quidem venuſtatem eorum, & facetias perſpexiſti? *P. Manut.*

94. *Quam monedulæ.*] Monedula eſt furaciſſima avis, & inprimis auri argentique, quæ mira calliditate aufert ereptam pecuniam, & condit. qui ergo perdere vellet, committeret aurum monedulæ, ut Plinius ſcripſit lib. XXIX. c. 10. *Camer.*

95. * *In P. Globulum &c.*] Inſignivi locum aſteriſco, alios ſecutus. Henr. Stephanus linea ſequenti producit quædam è mſ. ſed ea

ignotior. Utinam neque ipſum neque me pœnituiſſet!
[96] Flaccum in curia decreviſſent. Veridicas adjungis cau- 77
ſas inimicitiarum, quod patri L. Flacci, ædili curuli, pa-
ter tuus, tribunus plebis, diem dixerit. At iſtud, ne ipſi
quidem patri Flacci valde moleſtum eſſe debuit; præſer-
tim cùm ille, cui dies dicta eſt, prætor poſteà factus ſit,
& conſul: ille, qui diem dixit, non potuerit privatus in
civitate conſiſtere. Sed, ſi juſtas inimicitias putabas, cur,
cùm tribunus militum Flaccus eſſet, in ejus legione miles
fuiſti, cùm tibi per leges militares effugere liceret iniqui-
tatem tribuni? Cur autem [n] prætor te, inimicum pater- n per *alii.*
num, in conſilium vocavit? quæ quidem quàm ſanctè ſo-
lita ſint obſervari, ſcitis omnes.

Nunc [o] accuſantur ab iis, qui in conſilio nobis [p] fuerunt. 78
Decrevit Flaccus. Num aliud, atque oportuit? In liberos. o accuſa-
Num aliter ac cenſuit ſenatus? [97] In abſentem decrevit. mur *alii.*
Cùm ibidem eſſes, cùm prodire nolles. non eſt hoc in ab- p faverunt
ſentem reum. SENATUSCONSULTUM ET DECRE- *MSS. & edd.*
TUM FLACCI. [98] Quid ſi non decreviſſet, ſed edixiſ- P. B.
ſet?

ea pedibus trahit Lambinus; neque tamen ſubſtituit meliora. MSS. noſtri omneis heic mutilantur integro folio; etiam ille qui eſt S. Victoris. deſunt hæc etiam tribus editionibus veterrimis. tempus perdere laudandis aliorum conjecturis, non putavi operæ pretium. *Grut.*

96. *Flaccum in curia decreviſſent. Veridicas adjungis cauſas inimicitiarum.*] Locum aperte corruptum Pantagathus ita corrigebat: *Flaccum in curia decreviſſe injuriam dicis: adjungis cauſas inimicitiarum.* videtur autem Flaccus habuiſſe in conſilio Senatum Pergamenum, de cujus ſententia adjudicavit Amyntæ mancipia, quæ ad Decianum cum uxore transfugerant, atque apud eum, ut liberi ſe gerebant, de quibus ſupra dixerat, *membra, manus, digitos, nervos male à Deciano habita.* & paulo infrà: *in liberos*; ac multo etiam infra, *cenſus es mancipia Amyntæ.* Quod autem *in curia* legendum ſit; oſtendunt verba illa inferius, *num aliter accenſuit Senatus.* quod *injuriam*, illa alia: *num aliud atque oportuit.* Tum vero illud, *adjungis*, requirit aliud verbum, quod eſt *dicis*, quod idem deſiderabatur ad ſtructuram priorum verborum. *Urſin.*

97. *In abſentem decrevit. Cum ibidem.*] Melius Pantagathus *in abſentem quum itidem.* Idem.

98. *Quid ſi non decreviſſet, ſed edixiſſet.*] Vetuſtiſſ. liber habet, *diriſſet*, quæ lectio magis Pantagatho placebat, quam Manutii *ediriſſet*, aut Ant. Auguſtini *addixiſſet*, de illa planum eſt, nam ediſto nihil Prætor adjudicat. De hac quoque ſatis conſtat, *addicere*, verbum ſolvendo. *dicere* autem alterum, verbum prætorium convenire optime huic rei, in qua non erat controverſia de poſſeſſione mancipiorum, neque de ære alieno, ſed de jure man-

ſet? quis poſſet verè reprehendere? Num etiam fratris mei litteras, pleniſſimas humanitatis & æquitatis, reprehenſurus es? 99 quas eaſdem mulieri à me datas apud Pataranos requiſivit. Recita litteras Q. Ciceronis. LITTERÆ Q. CICERONIS.

79 Quid? hæc Apollonidenſes, q occaſione facta, ad Flaccum detulerunt? apud Orbium acta non ſunt? ad Globulum delata non ſunt? Ad ſenatum noſtrum, me conſule, nonne legati Apollonidenſes omnia poſtulata de injuriis unius Deciani detulerunt? Adhæc 1 prædia etiam r in cenſu

q concurſione *Gul.*

r incenſa *ed. vet.*

cipi inter *Amyntam* & Decianum: unde non oportuit Prætorem uti verbis *dare* aut *addicere*, ſed verbo *dicere*: non enim *dixiſſet* hic vulgare verbum eſt, ſed ſolemne prætorium. *Urſin.*

99. *Quas eaſdem mulieres.*] Locus depravatus: quem alii ſi, *mulieribus*, legatur, corrigi putant poſſe. mihi & apertior, & melior ſententia videtur, ſi legatur, *Queis eaſdem mulieres amandatas apud Pataranos requiſivit.* Quas enim mulieres, id eſt Amyntæ uxorem, & filiam reddendas eſſe Flaccus decreverit, eas cum Decianus, ne redderet, apud Pataranos amandaſſet, Q. Cicero litteris requiſivit. nondum tamen, cum hæc haberetur oratio, redditas eſſe, dictum eſt ſupra: *Hodie*, inquit, *apud Decianum eſt & uxor Amyntæ, & filia.* P. Manut. Locus deſperatus ſine auxilio librorum antiq. qui hic nos deficiunt ac deſerunt. quidam ſic emendare conantur, *quas eadem mulieres, à me datas, apud Pataranos requiſiverunt.* Ego malim ſic, *quas eaſdem mulieribus ad me datas, apud Pataranos requiſiviſti.* Infra non longe, lego nunc, pro, *occaſione facta*, *cenſione facta*. Lamb. *Quas eaſdem mulieres à me datas.*] Totum hunc locum ita corrigebat Pantagathus, appoſitâ interrogationis notâ ad verbum *requiſivit: Num es fratris mei litteras, pleniſſimas humanitatis & æquitatis, reprehenſurus, queis eaſdem mulieres amandatas apud Pataranos requiſivit*, improbata priore conjectura, qua olim ductus emendarat, *quas eaſdem millies ad me datas apud*, &c. Urſin.

1. *Prædia etiam in cenſu dedicaviſti.*] Pantagathus: *indicaviſti.* Idem. *In cenſu dedicaviſti.*] Profeſſus es, in cenſum retuliſti. antiqua locutio, ſed exemplis parum confirmata, ſic locutum Africanum minorem, teſte Gellio cognoſcitur. *In uno ſcorto*, inquit lib. VII. cap. 11. recitans Africani verba, *majorem pecuniam abſumpſiſti, quam quanti omne inſtrumentum fundi Sabini in cenſu dedicaviſti.* P. Manut. Manutius oſtendit ſic quoque locutum eſſe Scipionem Africanum apud Gellium; quem locum tamen Manutius debet Lipſio, qui diu ante in Variis lectionibus lib. III. c. 1. eum obſervarat, ubi quoque legendum cenſet *in cenſum*, pro vulgato *in cenſu*, & multis rejicit Lambini conjecturam *incenſa* legentis. Uſum etiam hoc loquendi genere Ulpianum olim fuiſſe, cenſet ὁ πάνυ J. Fr. Gronovius, niſi interceſſiſſent librarii, aut ipſe Tribonianus. Nam ubi hac tempeſtate legitur in l. LXIV. D. de acquir. rer. dominio: *Quæ quiſque aliena in cenſum deduxit,*

nihi-

ſu dedicaviſti. Mitto, quòd aliena; mitto, quòd poſſeſſa per vim: mitto, quòd convicta ab Apollonidenſibus: mitto, quòd à Pergamenis repudiata: mitto etiam, quòd à noſtris magiſtratibus in integrum reſtituta: [2] mitto, quòd nullo jure, neque in re, neque in poſſeſſione tua.

Illud quæro, [3] ſintne iſta prædia cenſui cenſendo: habeant jus civile: ſint, necne ſint, mancipi: ſubſignari apud ærarium, apud cenſorem poſſint; in qua tribu denique iſta prædia cenſuiſti? [f] Commiſiſti, ſi tempus aliquod gravius accidiſſet, ut ex iiſdem prædiis & Apollonide, & Romæ imperatum eſſet tributum. Verùm eſto. glorioſus fuiſti. voluiſti magnum agri modum cenſeri, & ejus agri, qui dividi plebi Romanæ non poteſt. Cenſus es præterea numeratæ pecuniæ centum triginta H-S millia. Eam opinor tibi numeratam non eſſe abs te. Sed hæc omitto. Cenſus es mancipia Amyntæ. neque huic ullam in eo feciſti inju- 80 P. CLXII. b.

[f] Promiſiſti *Manut. è conj.*

nihilo magis ejus fiunt, exiſtimat Ulpianum veteris elegantiæ ſcripſiſſe, *in cenſum dedicat*. Pro hoc aliter communius dicunt *deferre in cenſum*, ut multis oſtendit idem Gronovius lib. IV. de Pecunia vetere cap. I. Sed cenſores cum in tabulis notant, quæ detulerunt Quirites, dicuntur *referre in cenſum*, quod perperam hic confundit cum *deferre in cenſum*, quod erat civium. Manutius. Lambini conjectura, *At hac* emendantis pro vulgato *ad hac* certa eſt. *Gravius*.

2. *Mitto, quod nullo jure, neque re, neque poſſeſſione tua.*] Particulam *in*, in priore parte horum verborum ſupereſſe, & in inferiori deeſſe arbitramur. ut ſic legatur: *Mitto, quod nullo jure, neque in re, neque in poſſeſſione tua.* Faërn. *Mitto, quod nullo in jure, neque in re, neque poſſeſſione tua.*] Totum hunc locum ita Pantagathus legebat: *Mitto, quod nullo more, neque jure, neque poſſeſſione tua*: & paullo poſt, pro *commiſiſti* emendabat *non caviſti*. & pro *accidiſſet*, *incideret*. Urſinus.

3. *Sintne iſta prædia cenſui cenſendo.*] *Cenſui cenſendo* agri propriè appellantur, qui & emi & venire jure civili poſſunt, ut inquit Sex. Pompejus. Hæc videtur eſſe vera lectio. in quibuſdam exemplaribus *cenſui à cenſendo*: quod falſum eſt. *Camer.* Recte Camerarius, non intellexit Manutius hoc loquendi genus. Ea tantum prædia cenſebantur, quæ erant mancipi, id eſt, juris ſolive Italici, & hoc eſt, quod ait Feſtus, *cenſui cenſendo* agros appellari, qui & emi, & venire jure civili poſſunt, id eſt, quæ ſunt mancipi. quæ differentia rerum quæ ſunt mancipi, & nec mancipi ſublata eſt à Juſtiniano titulo de uſucap. transferendo, ut docte notat Cujacius ad tit. de verborum ſignific. ad L. CXI. qui porro addit iſta verba hic: *Sintne iſta prædia cenſui cenſendo*, ita mox declarari, *habeant jus civile? ſint nec, ne ſint mancipi? in qua tribu iſta prædia cenſuiſti?* Græv.

injuriam. poſſidet enim ea mancipia Amyntas: ac primo quidem pertimuit, cum te audiſſet ſervos ſuos eſſe confiſum. Retulit ad juriſconſultos. Conſtabat inter omnes, ſi aliena cenſendo, Decianus ſua facere poſſet, [4] eum * * [maximam habiturum eſſe familiam. Reſponſum eſt, ejus facta non videri. Idem viſum eſt poſtea Flacco, cum rem cognoſceret: itaque decrevit.]

81 P.B. XXXIII. Habetis cauſam inimicitiarum, qua cauſa inflammatus Decianus, ad Lælium detulerit hanc opimam accuſationem. Nam ita queſtus eſt Lælius, cum de perfidia Deciani diceret: Qui mihi auctor fuit, qui cauſam ad me detulit, quem ego ſum ſecutus: is a Flacco corruptus eſt, is me deſeruit ac prodidit. Siccine tu auctor tandem eum, cui tu in conſilio fuiſſes, apud quem omnes gradus dignitatis tuæ retinuiſſes, pudentiſſimum hominem, nobiliſſima familia natum, optime de republica meritum, in diſcrimen omnium fortunarum vocaviſti? [5] Sed defendam Decianum: qui tibi in ſuſpicionem nullo ſuo delicto venit.

82 Non eſt, mihi crede, corruptus. Quid enim fuit, quod ab eo redimeretur? ut duceret judicium? cui ſex horas omnino lex dedit. Quantum tandem ex his horis detraheret, ſi tibi morem gerere voluiſſet? Nimirum illud eſt, quod ipſe ſuſpicatur. Invidiſti ingenio ſubſcriptoris tui. quod ornabat facile locum, quem prehenderat, & acute teſtes interrogabat, aut circumveniebat: [6] fortaſſe feciſti. & tu,

&

4. *Eum maximam habiturum eſſe.*] Poſt vocem *maximam* Pantagathus addebat *peculia*: alii ex veteribus libris *prædia*. *Idem.* i *Eum [maximam habiturum, &c.]* Hæc uncis circumſepta Lambinus invenit in veteri codice. editionibus aliis abſunt; neque nos habemus pro germanis. cum tamen conſtaret locum defectuoſum, nemini ſic nocere poſſe putabamus. *Grut.*

5. *Scilicet defendam Decianum.*] *Sed*, magis quam, *ſcilicet*, aliis placet. mihi plus feſtivitatis habere ſententia videtur cum *ſcilicet*. eſt enim quædam ironia, ſcilicet defendam Decianum; pergitque cum eodem joco: Non eſt, mihi crede, corruptus. *P. Manut.*

6. *Fortaſſe feciſti, & tu & populi ſermo, ne exciperetur.*] Ita eſt in vulgatis, & male prorſus. Ant. Auguſtinus legit, *Feciſti tu, ne populi ſermone excideres*, omnino melius, ſed non ſatis purgat, neque ſatis patet ſenſus; aut qui patet, non eſt proprius hujus loci. Quare libentius cum Pantagatho legerim: *Fortaſſe feciſti ne tu ex populi ſermone excideres: ſecirco*, &c. Victorius habet *feciſtis*: datur de populi ſermone ſecunda perſona. Paullo poſt, pro *ad coronam*

applic-

& populi ſermo, ne exciperes. Idcirco Decianum [illegible] ad coronam applicuiſti. Sed, ut hoc veriſimile eſt, ita haud veriſimile, Decianum à Flacco eſſe corruptum.

Ita ſcitote, judices, eſſe cetera: vel quod ait Lucceius, 83
L. Flaccum ſibi dare cupiſſe, [t] ut à fide ſe abduceret? ſeſ- t ut fide MSS. & edd. vett.
ſtertium vicies. Et eum tu accuſas avaritiæ, quem dicis ſeſtertium vicies voluiſſe perdere? nam quid emebat, P. CLXII. c
[7] cùm te emebat? ut ad ſe tranſires? quam partem cauſæ tibi daremus? an ut [v] enuntiares conſilia Lælii? qui teſtes ab eo prodirent? quid? nos non videbamus habitare unà? quis [x] hoc neſcit? tabulas in Lælii poteſtate fuiſſe, num dubium eſt? an ne vehementer ne copioſè accuſares? [8] Nunc facis ſuſpicionem. ita enim dixiſti, ut neſcio quid abs te impetratum eſſe videatur.

v annuntiares aut denuntiares MSS.
x hæc MS.
y à Dione MS.

XXXIV. At enim [y] Androni Sextilio gravis injuria 84
facta eſt, & non ferenda: quòd, cùm eſſet uxor ejus Valeria [z] inteſtatò mortua, ſic egit eam rem Flaccus, quaſi ad ipſum hereditas pertineret. In quo quid reprehendas, ſcire cupio. quòd falſum intenderit? qui doces? Ingenua, inquit, fuit. O peritum juris hominem! Quid? ab ingenuis mulieribus hereditates lege non veniunt? [9] In manum,

z inteſtata MS. & Grav.

applicuiſti, emendavit Ant. Auguſtinus, *ad coronidem applicuiſti*: quæ lectio in ſcriptis etiam libris reperitur. notum autem quid ſit *ad coronidem applicare*. Urſin. *Feciſti & tu & populi ſermo, ne exciperes.*] Nulla fere mutatione turpis ex hoc loco eluitur macula. nam ſi legatur, *feciſſet ut ex populi ſermone excideres*: vitii nihil ſupereſt. Si locum, inquit, illi tamquam ſubſcriptori tuo ejuſdem agendæ cauſſæ dediſſes, fortaſſe tuam laudem obſcuraſſet: feciſſet, ut de ipſo populi, nihil amplius: nullas enim ei dicendi partes, de illius perfidia queſtus, reliquiſti. *P. Manut.*

7. *Cum te emebat.*] Sic Cicero alibi in Miloniana, *emptum* aliquem appellavit, cujus eſſet conducta opera. *Empta interceſſione ſublata eſt*, id eſt, conducta pecunia. Item alibi ad Atticum: *Empto conſtupratoque judicio.* Camerar.

8. *Nunc facis ſuſpicionem.*] Fortaſſe legendum, *jacis ſuſpicionem.* Lamb. Quaſi vero *facere ſuſpicionem* non æque bene dicatur, ac *jacere ſuſpicionem*. Auctor Rhetor. ad Herenn. lib. IV. *Vo utilius ſit occulte feciſſe ſuſpicionem, quam hujuſmodi intendiſſe orationem, quæ redarguatur.* Pro quo in II. de Orat. dixit Tullius, *ſuſpicionem efficere.* Grævius.

9. *In manum, inquit, convenerat.*] Docto viro, & in primis ingenioſo, legenti, *in matrimonium*, ut aſſentiar, à me non impetro. Cum enim in manum viri mulier convenerat, ejus bona dotis nomine viro ſubjecta erant. auctor Cicero in Topicis. *In matrimonium* autem *convenire*, eſt, ſimpliciter matrimonium contrahere. *P. Manut.*

a utrum uſu *edd. vett.*

inquit, convenerit. Nunc audio. ſed quæro, [a] uſu, an coëmptione. uſu non potuit. nihil enim poteſt de tutela legitima ſine omnium tutorum auctoritate deminui. coëmptione? omnibus ergo auctoribus. in quibus certè Flaccum fuiſſe non dices.

85 Relinquitur illud, quòd vociferari non deſtitit, non debuiſſe, cùm prætor eſſet, ſuum negotium agere, aut mentionem facere hereditatis. Maximas audio tibi, L. Luculle, qui de L. Flacco ſententiam laturus es, pro tua eximia liberalitate, maximiſque beneficiis in tuos, veniſſe hereditates, cùm Aſiam provinciam conſulari imperio obtineres. ſi quis eas, ſuas eſſe dixiſſet, conceſſiſſes? Tu, T. Vecti, ſiqua tibi in Africa venerit hereditas, uſu amittes? an tuum, nulla avaritia, ſalva dignitate, retinebis? At iſtius hereditatis, jam Globulo prætore, Flacci nomine, petita poſſeſſio eſt. non igitur impreſſio, non occaſio, non vis, non tempus, non imperium, non ſecures ad injuriam faciendam Flacci animum impulerunt.

F. B. 86 Itaque eodem etiam M. Lurco, vir optimus, meus familiaris, convertit aculeum teſtimonii ſui. negavit, à privato pecuniam in provincia prætorem petere oportere. Cur tandem, M. Lurco, non oportet? eripere, extorquere, accipere contra leges non oportet: petere non oportere, numquam oſtendes, niſi docueris non licere. An legationes ſumere liberas, exigendi cauſa, ſicut & tu ipſe nuper, & multi viri boni ſæpe fecerunt, rectum eſt: quod ego non reprehendo; ſocios video queri. prætorem, [10] ſi hereditatem in provincia non reliquerit, non ſolùm reprehendendum, verùm etiam condemnandum putas? [11] Doti,

10. *Si hereditatem in provincia non reliquerit.*] Eſt iſtud in S. Vict. in Grut. in Palatinis octo, in omnibus denique editionibus avorum patrumque ævo natis. Lambinus primùm; quod inveniſſet librum in quo non compareret negativa, divinavit, *in provincia creverit*; quod omnibus ſtatim viſum fuit genuinum, etiam Gulielmio. Sed cedo mihi eum, quæſo, codicem, qui præferat *in provincia reliquerit*; deſcendam fortè in ſententiam aliorum. interim adhærebo vulgatæ, admodum meo judicio argutæ. *Grut.* In noſtris quoque omnibus *non reliquerit* ſcribitur. hoc eſt ſi, cum prætor eſt, illam hereditatem in provincia non reliquerit, non attigerit, quamdiu prætura fungitur, putas condemnandum. Si non reliquerit intactam & quaſi ad ſe non pertinentem; quia Prætor eſt. In tanto librorum conſenſu non auſus ſum ſane cum Manutio Lambinianam conjecturam, licet ingenioſam, recipere. *Grævius.*

11. *Doti*,

[11] Doti, inquit, Valeria pecuniam omnem ſuam dixerat.

XXXV. Nihil [b] iſtorum explicari poteſt, niſi oſtenderis, illam in [c] tutela Flacci non fuiſſe. ſi fuit, quæcumque ſine hoc auctore eſt dicta dos, nulla eſt. Sed tamen Lurconem, quamquam pro ſua dignitate moderatus eſt in teſtimonio dicendo religioni ſuæ, tamen iratum Flacco eſſe vidiſtis. neque enim occultavit cauſam iracundiæ ſuæ, neque [d] reticendam putavit. queſtus eſt, libertum ſuum, Flacco prætore, eſſe damnatum. ô conditiones miſeras adminiſtrandarum provinciarum! in quibus diligentia plena ſimultatum eſt, negligentia vituperationum: ubi ſeveritas perículoſa eſt: liberalitas ingrata: ſermo inſidioſus: aſſentatio perniciosa: frons omnium familiaris: multorum animus iratus: iracundiæ occultæ: blanditiæ apertæ: venientes prætores exſpectant, præſentibus inſerviunt, abeuntes deſerunt. Sed omittamus querelas, ne noſtrum conſilium in [e] prætermittendis provinciis laudare videamur.

b doti iſtor. *MSS. & edd. vett.*

87

c tutelam *MS.*

d retinendam *MS. & ed. pr.*

e omittendis *alii.*

88 Litteras miſit de villico P. Septimii, hominis ornati, qui villicus cædem fecerat. Septimium ardentem iracundiâ videre potuiſtis. In Lurconis libertum judicium ex edicto dedit. hoſtis eſt Lurco. Quid igitur? hominum gratioſorum ſplendidorumque libertis fuit Aſia tradenda? an ſimultates neſcio quas cum libertis veſtris Flaccus exercet? an vobis in veſtris veſtrorumque cauſis ſeveritas odio eſt: eandem laudatis, cùm de nobis judicatis?

P. CLXIII.

89 XXXVI. At iſte Andro, ſpoliatus bonis, ut dicitis, ad dicendum teſtimonium non venit. Quid, ſi veniat? [12] Deciſionis arbiter C. Cæcilius fuit. quo ſplendore vir? qua

11. *Doti, &c. omnem pecuniam ſuam dixerat,*] Sicut in Terent. Andria, *diem dicere nuptiis*, pro, conſtituere diem nuptiis celebrandis, ſic hic *doti pecuniam dicere*, eſt, pecuniam omnem ſuam doti conficiendæ impendere, aſſignare, pro dote ſuum omne patrimonium adferre ad maritum. *Gravius.*

12. *Deciſionis arbiter fuit.*] Arbiter hic non eſt, qui decidat litem & controverſiam inter Andronem & Flaccum, ut explicat Manutius, ſed teſtis transactionis, qui præſto fuit cum paciſcerentur tanquam teſtis. *Decidere* enim eſt tranſigere. Cicero pro Roſcio: *Ut cum Chryſogono tranſigeret atque decideret.* ubi ut & ad Verrinas plura notantur. *Deciſio* eſt pactio, transactio. In eadem Oratione: *Dicam deciſionem factam eſſe, quæ facta non eſt.* Pro *deciſionem* ſtatim dicit Tullius in hac Oratione *pactionem*: *Quis pactionem fieri, quis adeſſe iſtos coëgit?* Idem.

13. *Ob-*

qua fide? qua religione? [13] obſignator C. Sextilius
conis ſororis filius: homo & pudens & conſtans &
vis. Si vis erat, ſi fraus, ſi metus, ſi circumſcriptio
pactionem fieri, quis adeſſe iſtos coëgit? Quid, ſi
omnis pecunia huic adoleſcentulo, L. Flacco, reddita
[14] ſi petita? ſi redacta? ſi per hunc Antiochum,
num hujus adoleſcentis libertum, ſeni illi Flacco probati
mum? videmurne non ſolùm avaritiæ crimen effu
ſed etiam liberalitatis laudem aſſequi ſingularem? com
nem enim hereditatem, quæ æqualiter ad utrumque
veniſſet, conceſſit adoleſcenti, propinquo ſuo: nihil
attigit de Valerianis bonis. quod ſtatuerat facere, add
hujus pudore, & non ampliſſimis patrimonii copiis,
non ſolùm fecit, ſed etiam prolixè cumulatéque fecit
quo intelligi debet, eum contra leges pecunias non cepi
qui tam fuerit in hereditate concedenda liberalis.

90 At Falcidianum crimen [f] eſt ingens. talenta quin
ginta [g] ſe Flacco dicit dediſſe. Audiamus hominem. N
adeſt. Quomodo igitur [h] dicit? Epiſtolam mater
profert, & alteram ſoror; ſcriptum ad ſe dicunt
ab illo, tantam pecuniam Flacco datam. Ergo is,
ſi [15] aram tenens juraret, crederet nemo, per epiſtol

f eſt *deeſt in multis edd.*
g ſeſe *quæd. edd.*
h diceret *alii.*

13. *Obſignator.*] Non pecuniæ, ut vult Manutius, ſed pactionis
ſeu deciſionis. *Obſignator* eſt hic, qui aliter dicitur *ſignator.* Ci
ro XVI. ad Attic. in epiſtola ad Plancum: *Ut id, quod probavit
ſar, nobis teſtibus & obſignatoribus, qui & decretis, & reſponſis
ris interfueramus, videatur obtinere potuiſſe.* Sic *ſignatores teſtamen
rum* ſunt teſtes, arbitri, qui teſtamento ſubſcribunt nomini,
id ſuis ſignis obſignant. Sueton. Octav. 33. *Et cum de falſo teſta
mento ageretur, omneſque ſignatores lege Cornelia tenerentur.* Hos Ci
cero vocat lib. XII. ad Attic. 10. *Obſignatores teſtamentorum.* Græv.

14. *Si petita, ſi redacta, ſi per hunc Antiochum.*] Optime Panta
garhus, *Si petita, ſit redacta per hunc Antiochum,* &c. ſublata in
terrogationis nota, & deleto *ſi.* Urſinus. *Redacta* non in ſum
mam, ut explicat non nemo, ſed in arcam, ſeu loculos. Dein
idem ſcribit, ſe arbitrari legendum: *ſi numerata,* aut, *ſi demum
per hunc.* Peſſime. Ego puto ultimum *ſi* delendum eſſe, quod per
peram fuit ex præcedentibus iteratum; *Si redacta per hunc Antio
chum?* Aut *redacta,* in illis verbis, *Si per hunc Antiochum,* &c.
ſubaudiendum. Sed nulla vis eſt in hac repetitione τῦ *ſi* & *red
acta,* & illa non modo non convenit Tulliano genio; ſed nulli
eorum, qui non inepte loquuntur & ſcribunt. *Grævius.*

15. *Aram tenens juraret.*] Id eſt, nemo fidem adhiberet in ju
rando. Solenne jus jurandum fiebat ad aras Deorum. Unde pro
verbium; *Uſque ad aras ſum amicus,* id eſt, ita ut non violem fi
dem.

quod volet, injuratus probabit? At qui vir? quìm non amicus ſuis civibus? qui patrimonium ſatis lautum, quod hic nobiſcum conficere potuit, Græcorum conviviis maluit diſſipare. Quid attinuit relinquere hanc urbem? libertate tam præclara carere? adire periculum navigandi? quaſi bona comeſſe Romæ non liceret. nunc denique materculæ ſuæ feſtivus filius, aniculæ minimè ſuſpicioſæ, purgat ſe per epiſtolam, [16] ut eam pecuniam, quâcum trajecerat, non conſumpſiſſe ſed Flacco dediſſe videatur.

P. R.

91

XXXVII. At fructus iſti Trallianorum Globulo prætore venierunt: Falcidius emerat H-S nongentis millibus. Si dat tantam pecuniam Flacco, nempe idcirco dat, ut rata ſit emptio. emit igitur aliquid, quod certè multo pluris eſſet: [17] dat de lucro: nihil detrahit de vivo. minus igitur lucri facit.

Cur Albanum venire jubet? cur matri præterea blanditur? cur epiſtolis & ſororis & matris imbecillitatem aucupatur? poſtremo cur non audimus ipſum? Retinetur, credo, in provincia: mater negat. veniſſet, inquit, ſi eſſet denuntiatum. Tu certè coëgiſſes, ſi ullum firmamentum in illo teſte poſuiſſes. ſed hominem ab negotio abducere noluiſti. magnum erat ei certamen propoſitum; magna cum Græcis contentio: qui tamen, ut opinor, jacent victi. nam iſte unus totam Aſiam magnitudine poculorum bibendoque ſuperavit. Sed tamen quis tibi, Læli, de epiſtolis iſtis indicavit? mulieres [18] negant ſe ſcire qui ſis. ipſe igitur 92

dem. Hoc ergo eſt tale, ac ſi diceretur, ſi ſanctiſſime juraretur ac religioſiſſime. *Camer.* Quod hic *aram tenere* dicit Cicero, Virgilio eſt *aram tangere* Æneid, XII.

Tango aras, medioſque ignes, ac numina teſtor.

Et Ovid. I. de Arte:

Tange manu menſam, tangunt quo more precantes.

Juſtino XXIV. 2. *Sumere in manus altaria: ſumtis in manus altaribus, contingens ipſa ſimulacra, & pulvinaria Deorum inauditis ultimiſque execrationibus adjurat.* Vide quæ ibi notavit vir inſignis, Matthias Berneccerus. *Gravius.*

16. *Ut eam pecuniam, quâcum trajecerat &c.*] Auſus ſum recipere emendationem Palatini tertii, in quo prius fuerat, *qua contrajecerat*: omnibus enim pateſcit ejus veritas: à qua parum antea diſtabant ceteri Pall. item S. Victoris, aliorumque, *quàm contrajecerat.* ex quibus Gulielmius alioquin hanc noſtram divinarat. *Grut.*

17. *Dat de lucro.*] Bene explicat Cujacius tractatu IIX. ad Africanum. *Idem.*

18. *Negant ſe ſcire qui ſis. ipſe igitur ille tibi, ſe &c.*] Secutus ſum mſſ.

i hortatu MS.

igitur ille tibi, ſe ad matrem & ſororem ſcripſiſſe, narravit? an etiam ſcripſit [i]oratu tuo?

k alii Manlium.

l poſſent quid. MSS.

p. CLXIV.

93 At verò M. Æbutium, & conſtantiſſimum & pudentiſſimum hominem, Falcidii affinem, nihil interrogaſti, nihil ejus generum, pari fide præditum, C. [k]Manilium? qui profectò de tanta pecunia, ſi eſſet data, nihil audiſſe non [l]poſſet. His tu igitur epiſtolis, Deciano, recitatis, his mulierculis productis, illo abſente auctore laudato, tantum te crimen probaturum putaſti; præſertim cùm ipſe, non deducendo Falcidium, [19]judicium feceris, plus falſam epiſtolam habituram ponderis, quàm ipſius præſentis fictam vocem & ſimulatum dolorem?

94 Sed quid ego de epiſtolis Falcidii, aut de Androne Sextilio, aut de Deciani cenſu tamdiu [20]diſputo, poſtulo? de ſalute omnium noſtrûm, de fortunis civitatis, [21]de ſumma reipublicæ taceo? quam vos univerſam in hoc judicio veſtris humeris, veſtris, inquam, humeris, judices, ſuſtinetis

mſſ. noſtros, imò verò literas lectionis receptæ. tantummodo cum Gulielmio illud, *ſcire. quia? is ipſe? igitur &c.* nullius ſenſus, coëgi in alias voces. ſententia aperta eſt. *Grut.* Magis arridet, & ſententiæ hujus loci convenientior eſt ſcriptura primi Francii, ut & in ſuis Faërnus invenit: *Negant ſe ſcire. quis is eſt igitur? Ille tibi ſe ad matrem.* In ſecundo, & editione prima legitur: *Negant ſe ſcire. quis is ipſe? Igitur ille tibi.* In primo deſideratur *ipſe*, in ſecundo *igitur* male collocatum eſt. Hæc procul dubio fuit manus Tullii: *Negant ſe ſcire? Quis is eſt igitur? ille ipſe tibi ſe ad matrem & ſororem ſcripſiſſe narravit?* Nec male Mediolanenſis editio: *Negant ſe ſcire. Quid eſt igitur. Ille tibi ſe ad matrem.* Grævius.

19. *Judicium feceris.*] Id eſt, judicaveris, ut paullo poſt: *Gravia judicia pro reipublica dignitate, multa de conjuratorum ſcelere feciſtis.* Pro lege Manilia: *De quo homine vos, id quod maxime facit auctoritatem, tanta & tam præclara judicia feciſtis.* Sylvius. In primo Francii eſt *indicium feceris.* quod hic magis probem. Cum hoc ipſo indicaveris, ut ſuperius in hac oratione: *Sed tamen indicium fieri videtur, cum tabulæ illa ipſa, cujuſcemodi ſunt, proferuntur.* Sane *judicium facere de homine, aut re* recte dicitur, ſed ſimpliciter *judicium facere*, pro judicare non dixiſſe veteres videntur. *Græv.*

20. *Diſputo, poſtulo?*] Ita & Pall. noſtri. Lambinus edidit ex Memmiano, *diſputo & expoſtulo?* Grut. In Victorii editione non legitur *poſtulo.* Si conſentirent codices, ipſe quoque delerem. Sed habetur in omnibus, quos aut ego ipſe, aut alii conſuluerunt. *Grævius.*

21. *De ſumma reipublica taceo, quam vos.*] Pantagathus tollebat interrogationis notam, quæ ad verbum *facere* appoſita eſt, & ad *ſuſtinetis?* reponebat. *Urſinus.*

22. Ei

netis. videtis, in quo motu temporum, quanta in con-
verſione rerum ac perturbatione verſemur.

XXVIII. CUM ALIA multa certi homines, tum hoc
vel maximè moliuntur, ut veſtræ quoque mentes, veſtra
judicia, veſtræ ſententiæ, optimo cuique infeſtiſſimæ
atque inimiciſſimæ reperiantur. gravia judicia pro reipu-
blicæ dignitate, multa de conjuratorum ſcelere feciſtis. m everſam
non putant ſatis m converſam rempublicam, niſi in eandem alii.
impiorum pœnam optimè meritos cives detruſerint. Op- 95
preſſus eſt C. Antonius. eſto: habuit quandam ille infa-
miam ſuam: neque tamen ille ipſe, pro meo jure dico,
vobis judicibus damnatus eſſet: cujus damnatione ſepul-
crum L. Catilinæ, floribus ornatum, hominum audaciſ-
ſimorum, ac domeſticorum hoſtium conventu epuliſque
celebratum eſt: juſta Catilinæ facta ſunt. Nunc à Flacco
Lentuli pœnæ per vos expetuntur. Quam poteſtis P. Len-
tulo, qui vos in complexu liberorum conjugumque ve-
ſtrarum trucidatos, incendio patriæ ſepelire conatus eſt,
mactare victimam gratiorem, quam ſi L. Flacci ſanguine n vos quad.
illius nefarium in n nos omnes odium ſaturaveritis? edd.

Litemus igitur Lentulo, parentemus Cethego, revo- 96
cemus ejectos: nimiæ pietatis, & ſummi amoris in pa-
triam viciſſim nos pœnas, 22 ſi ita placet, ſufferamus. nos P. R.
jam ab indicibus nominamur: in nos crimina finguntur:
nobis pericula comparantur: quæ ſi per alios agerent; ſi
denique per populi nomen, civium imperitorum multitu-
dinem concitaſſent; æquiore animo ferre poſſemus. illud
verò ferri non poteſt, quòd per ſenatores, & per equites
Romanos, qui hæc omnia pro ſalute omnium, communi
conſilio, o una mente atque virtute geſſerunt, harum o alii delent una.
rerum auctores, duces, principes ſpoliari omnibus fortu-
nis, p atque civitate expelli poſſe arbitrantur. 23 Etenim p ac de MSS.
populi Romani perſpiciunt q eam mentem & volunta-
tem: omnibus rebus, quibus poteſt, populus Romanus q jam voluntat. Vict.
ſignificat, quid ſentiat: nulla varietas eſt inter homines
opinionis, nulla voluntatis, nulla ſermonis. Quare, ſi 97

quis

22. *Si ita placet.*] Veram lectionem puto: *ſi ita diis placet.* Hæc autem eſt κατ' εἰρωνείαν proverb. figura, ut apud Terentium. atque ita legitur etiam in Venetis exemplis. *Camer.*

23. *Etenim populi Rom. perſpiciunt eam mentem.*] Ita noſtri. Lambinus *eam* delet. Gullelmius mutat in *eandem.* Gruteri liber habet, *Etenim ſi perſpiciunt eam mentem.* Grut.

24. *Da-*

quis illuc me vocat? venio: populum Romanum diſceptatorem non modò non recuſo, ſed etiam depoſco. Vis abſit: ferrum ac lapides removeantur: operæ facessant: ſervitia ſileant. nemo erit tam injuſtus, qui me audiat, ſi modò liber & civis, quin potiùs de præmiis meis quàm de pœna cogitandum putet.

XXXIX. O Dii immortales! quid hoc miſerius? nos qui P. Lentulo ferrum & flammam de manibus extorſimus, imperitæ multitudinis judicio confidimus: lectiſſimorum civium & ampliſſimorum ſententias pertimeſcimus?

98 M'. Aquillium patres noſtri multis avaritiæ criminibus teſtimoniiſque convictum, quia cum fugitivis fortiter bellum geſſerat, judicio liberaverunt. Conſul ego nuper defendi C. Piſonem: qui quia conſul fortis conſtanſque fuerat, incolumis eſt reipublicæ conſervatus. defendi item conſul L. Murenam, conſulem deſignatum. nemo illorum judicum, clariſſimis viris accuſantibus, audiendum ſibi de ambitu putavit, cùm, bellum jam gerente Catilina, omnes, me auctore, duos conſules Kalendis Janu. ſcirent eſſe oportere. Innocens & bonus vir, & omnibus rebus ornatus, bis hoc anno, me defendente, abſolutus eſt A. Thermus. Quanta, reipublicæ cauſâ, lætitia populi Romani, quanta [i] gratulatio conſecuta eſt? Semper graves & ſapientes judices in rebus judicandis quid utilitas civitatis, quid communis ſalus, quid reipublicæ tempora poſcerent, cogitaverunt.

P. CLXV.

i gratulatione conſervatus eſt MSS. quid.

99 Cùm tabella vobis dabitur, judices, non de Flacco dabitur ſolùm: dabitur de ducibus auctoribuſque conſervandæ civitatis: [24] dabitur de omnibus bonis civibus: dabitur de vobiſmetipſis: dabitur de liberis veſtris, de vita, de patria, de ſalute communi. non judicatis in hac cauſa de exteris nationibus, non de ſociis: de vobis [r] ac veſtra republica judicatis.

r ac de alii.

100 XL. Quòd si provinciarum vos ratio magis movet, quàm veſtra: ego verò non modò non recuſo, ſed etiam poſtulo, ut provinciarum auctoritate moveamini. Etenim opponemus Aſiæ provinciæ primùm magnam partem ejuſdem

24. *Dabitur de omnibus bonis civibus.*] Varie legitur hic locus; quæ varietas nos in hanc ſententiam attraxit, ut putemus dictionem *civibus* abundare, & ſine ea legendum: *Dabitur de omnibus bonis.* & paulo poſt, ubi eſt, *ac veſtra republica*, alii habent *ac de*, alii *& de*, quod probamus. *Faërnus.*

25. O

Aſiam provinciam, quæ pro hujus periculis legatos laudatores miſit: deinde provinciam Galliam, provinciam Ciliciam, provinciam Hiſpaniam, provinciam Cretam. Græcis autem, Lydis, & Phrygibus, & Myſis obſiſtent Maſſilienſes, Rhodii, Lacedæmonii, Athenienſes, cuncta Achaja, Theſſalia, Bœotia. Septimio & Cælio, teſtibus, P. Servilius & t A. Metellus, hujus pudoris integritatiſque teſtes repugnabunt. Aſiaticæ juriſdictioni urbana juriſdictio reſpondebit. annui temporis criminationem omnis ætas L. Flacci & perpetua vita defendet.

Et, ſi prodeſſe L. Flacco, judices, debet, quòd ſe tribunum militum, quòd quæſtorem, quòd legatum imperatoribus clariſſimis, exercitibus ornatiſſimis, provinciis graviſſimis, dignum ſuis majoribus præſtitit: proſit, quòd hic, vobis videntibus, in periculis communibus omnium noſtrûm, ſua pericula cum meis conjunxit: proſint honeſtiſſimorum municipiorum coloniarumque laudationes: proſit etiam ſenatus populique Romani præclara & vera laudatio. 101

P. R.

40 O nox illa, quæ pænè æternas huic urbi tenebras attuliſti! cùm Galli ad bellum, Catilina ad urbem, conjurati ad ferrum & flammam vocabantur: cùm ego te, Flacce, cælum noctemque conteſtans, flens flentem v obteſtabar: cùm tuæ fidei optimæ & ſpectatiſſimæ ſalutem urbis & civium commendabam. Tu, x tum, Flacce, prætor, communis exitii nuntios cepiſti: tu incluſam in litteris reipublicæ peſtem deprehendiſti: tu periculorum indicia, tu ſalutis auxilia, ad me & ad ſenatum attuliſti. Quæ tibi tum gratiæ ſunt à me actæ? quæ ab ſenatu? quæ à bonis omnibus? quis tibi, quis C. y Pomtinio, fortiſſimo viro, quemquam bonum putaret umquam non ſalutem, verùm honorem ullum denegaturum? 42 O nonæ illæ Decembres, quæ, me conſule, fuiſtis! quem ego diem verè natalem hujus urbis, aut certè ſalutarem appellare poſſim. 102

t alii Q. aut M.

v conteſt MS.

x ita Grut. alii tu.

y alii Pontinio.

XLI. O NOX illa, quam iſte eſt dies conſecutus, fauſta huic urbi! miſerum me, metuo ne funeſta nobis. Qui tum 103

42. *O nonæ illæ Decembres.*] Quo die expoſitis in ſenatu, atque editis conjurationis indiciis, conſule Cicerone, quid fieri placeret, conſulente, ſenatus cenſuit, ut P. Lentulus, cum ſe præturâ abdicaſſet, itemque alii octo qui cum eo conjuraverant, in cuſtodiam traderentur. *P. Manut.*

[z] enim deeſt in MSS.

tum animus L. Flacci? (nihil dicam [z] enim de me) qui amor in patriam? quæ virtus? quæ gravitas extitit? Sed quid ea commemoro, quæ tum, cùm agebantur, uno conſenſu omnium, una voce populi Romani, imo orbis terræ teſtimonio, in cælum laudibus efferebantur? nunc vereor, ne non modò non proſint, verùm etiam aliquid obſint. Etenim multo acriorem improborum interdum memoriam eſſe ſentio, quàm bonorum. Ego te, ſi quid gravius acciderit, [26] ego te, inquam, Flacce, prodidero: mea dextera illa, mea fides, mea promiſſa, cùm te, ſi rempublicam conſervaremus, omnium bonorum præſi-
P. CLXVI. dio, quoad viveres, non modò munitum, ſed etiam ornatum fore pollicebar. putavi, ſperavi, etiam ſi honos noſter vobis vilior fuiſſet, ſalutem certè caram futuram.

104 At, L. Flaccum quidem, judices, ſi (quod dii immortales omen avertant!) gravis injuria afflixerit: numquam tamen proſpexiſſe veſtræ ſaluti, conſuluiſſe vobis, liberis, conjugibus, fortunis veſtris, pœnitebit. ſemper ita ſentiet, talem ſe animum & generis dignitati, & pietati ſuæ, & patriæ debuiſſe: vos ne pœniteat tali civi non pepercisse, per deos immortales! judices, providete. quotus enim quiſque eſt, qui hanc in republica ſectam ſequatur? qui vobis, qui veſtri ſimilibus placere cupiat? qui optimi atque ampliſſimi cujuſque hominis atque ordinis auctoritatem magni putet; cùm illam viam ſibi videant expeditiorem ad honores, & ad omnia, quæ concupiverunt?

XLII. Sed cetera ſint eorum: ſibi habeant potentiam, ſibi honores, ſibi ceterorum commodorum ſum-
105 mas facultates. Liceat iis, qui hæc ſalva eſſe voluerunt, ipſis eſſe ſalvis. nolite, judices, exiſtimare, eos, quibus integrum eſt, qui nondum ad honores acceſſerunt, non expe-

26. *Ego te, inquam, Flacce, prodidero.*] Melius iſtud fide mſſ. noſtrorum, quam prius vulgatum *perdidero*; quod & Manutio antea diſplicuerat. *Grut.* Sic ſane & Faërni libri, & Dreſdenſis, & Franc. ſecundus. *Prodidero* eſt, afflixero, perdidero. *Prodere* ſæpe eſt deſtituere Latinis, non juvare, cum poſſis, ut multis exemplis docet Gronovius III. Obſervat. cap. 20. qui autem deſtituit in periculo conſtitutum ſæpe perdit. Terent. Adelph. IV. 3. *Prodidiſti te, & illam miſeram & gnatum, quod quidem in te fuit.* Juſtin. XIX. 3. *Non ideo ſe in eam diem vixiſſe, quoniam velit vivere, ſed ut eos, quibus nefanda lues pepercerat, inter hoſtium exercitus relictos morte ſua proderet*, eſt perderet. *Gravius.*

27. Quid

exſpectare hujus exitum judicii. Si L. Flacco tantus amor in bonos omnes, tantum in rempublicam ſtudium, calamitati fuerit: quem poſthac tam amentem fore putatis, qui non illam viam vitæ, quam antè præcipitem & lubricam eſſe ducebat, huic planæ & ſtabili præponendam eſſe arbitretur? Quod ſi talium civium vos, judices, tædet; oſtendite: mutabunt ſententiam, qui potuerint: conſtituent, quid agant, quibus integrum eſt. nos, qui jam progreſſi ſumus, hunc exitum noſtræ temeritatis feremus. ſin hoc animo quàm plurimos eſſe vultis; declarabitis hoc judicio, [27] quid ſentiatis.

Huic, huic miſero puero, veſtro ac liberorum veſtro- 106
rum [a] ſupplici, judices, hoc [b] judicio, vivendi præcepta dabitis. cui ſi patrem conſervatis; qualis ipſe debeat eſſe civis, præſcribetis. ſin eripitis; oſtendetis, bonæ rationi, & conſtanti, & gravi nullum à vobis fructum eſſe propoſitum. qui vos, quoniam eſt id ætatis, ut ſenſum jam percipere poſſit ex mærore patrio, auxilium nondum patri ferre poſſit: orat, ne ſuum luctum, patris lacrymis, patris mœrorem, ſuo fletu augeatis. qui etiam me intuetur, me vultu appellat, meam quodammodo flens fidem implorat: ac repetit eam, quam ego patri ſuo quondam pro ſalute patriæ ſpoponderim, dignitatem. Miſeremini familiæ, judices, miſeremini fortiſſimi patris, miſeremini filii: [28] nomen clariſſimum & fortiſſimum, vel generis, vel vetuſtatis, vel hominis cauſâ, reipublicæ reſervate.

[a] Sulpici *ed. pr. & MS.* P. B.

[b] judicio *in iiſd. deeſt.*

27. *Quid ſentiatis. Huic, huic &c.*] Sic Pal. ſec. ſext. Grut. editioneſque exoletæ. nam ceteri non habent illud *quid ſentiatis*, aut ſequentia, uſque ad *vivendi præcepta.* quæ tamen heic prorſus requiruntur. Victoriana editio iſthæc omnia habet, ac præterea, *ſentiatis. præclara illa hac oratio quidem, ſi huic, huic &c.* ineptè. *Grut.*

28. *Nomen clariſſimum.*] *Hominem clariſſimum* amicus meus legit conjectura ductus. *Urſinus.*

P.CLXVII.

M. TULLII CICERONIS

PRO

P. SULLA

ORATIO SEPTIMA ET VICESIMA.

ARGUMENTUM.

Marco Lepido, & L. Tull. Volcatio Coſſ. P. Sulla & P. Autroni Coſſ. deſignati, à L. Torquato competitore de ambitu accuſati, l gibus pœnas dederunt. Eorum in locum facti ſunt Conſules, ipſe Torqu tus & L. Cotta. Hoc judicium mox conſecuta prima Catilinæ conjurati qua Conſulibus & pleriſque Senatoribus conjurati perniciem machinaba tur. Altera conjuratio in Ciceronis Conſulatu emerſit. Hac oppreſſa f ctum eſt Senatusconſultum, ut de conjuratis quæreretur. L. Torquati lius adoleſcens P. Sullam accuſavit, quod in utraque Catilinæ conjur tione fuiſſet. Eum de priore conjuratione Q. Hortenſius, qui tum pr ſens aderat, quum de ea quæreretur, de poſteriore Cicero, qui eam i patefecit oppreſſitque, hac oratione defendit. Prius tamen quam ad ca ſam accedat, refellit quædam in ſe ab adverſario in accuſatione dicta. eum accuſator multum invectus, eum primum levem atque inconſtant eſſe dixit, quod quum patefecerit atque oppreſſerit conjurationem, qu quum P. Autronium defendere noluerit, ſed in eum teſtimonium dix rit, P. Sullam conjurationis reum defendat. deinde eum regnare, qu in quos teſtimonia dixiſſet, damnati eſſent: Sulla autem, quem defe dit; ſperet ſe abſolutum iri. poſtremo peregrinum Regem eum appellavit. Negat Cicero Sullam in conjuratis fuiſſe, quem ſi Q. Hortenſius defendit, ſi omnes viri boni defenſum volunt, qui alium nullum ex conjuratis defenderunt, ſibi licere dicit, ut defendat. Autronium autem, quia conjuraverat, deſeruit. Se nec peregrinum, nec Regem eſſe oſtendit. Caſtigat Torquatum, quod conjuratorum pœnam mortemque lugeat: eumque hortatur ut maledicere deſinat, ne ſe cogat reſpondere. Nec iraſcendum eſſe iis qui amicos defendant, oſtendit. L. Caſſium Allobrogibus, quos in conjurationis ſocietatem ſollicitabat, cum aliis conjuratis P. Sullam nominaſſe Torquatus dixit. Id negat Cicero: ſed eum, quum Allobroges de Sulla quæſiſſent, reſpondiſſe ſe neſcire. Probat falſum Cicero, quod dixerat Torquatus, eum in tabulas publicas aliter retuliſſe atque indicatum ſit. C. Cornelii filius dixit, Sullam emiſſe gladiatores ad cædem & tumultum faciendum. Oſtendit Cicero Sullam eos emiſſe, propterea quod ab eo Fauſtus Sulla ita petiverit litteris, ad munus gladiatorium debitum patri præſtandum. P. Cincium in Hiſpaniam ulteriorem à P. Sulla miſſum, ut eam turbaret: ab eodem Sulla impulſos Pompejanos, ut ad

hanc

hanc conjurationem accederent: L. Cæcilium Trib. pleb. voluiſſe legem ferre, qua P. Sulla fratris judicium de ambitu reſcinderet, Torquatus dixit. Hæc omnia Cicero refutat, negatque ſignificaſſe ſe in epiſtola ad Cn. Pompejum, Sullam in priore conjuratione fuiſſe, quod adverſarius objecerat. Concludens Cicero Deos obteſtatur, Sullam ex conjuratione non fuiſſe. Affectus mirandum in modum movet. Genus cauſæ judiciale. Status conjecturalis. Hæc autem cauſa L. Murena & D. Junio Sullano Coſſ. non multis menſibus poſt Conſulatum Ciceronis acta eſt. P. Sullam in priore conjuratione fuiſſe, Suetonius ſcribit in Cæſare Dictatore. Idem ſignificat T. Livius libro centeſimo primo. Eum Salluſtius nominat cum iis, qui fuerunt in poſteriore. Sylvius. [Habita A. V. C. DCXCI.]

I. MAXIME vellem, judices, ut P. Sulla & antea dignitatis ſuæ ſplendorem [a] obtinere, & poſt calamitatem acceptam, modeſtiæ fructum aliquem potuiſſet percipere. ſed, quoniam ita tulit caſus infeſtus, ut ampliſſimo in honore cùm communi ambitionis invidia, [1] tum ſingulari Autronii odio everteretur, & in his priſtinæ fortunæ reliquiis miſeris & afflictis, tamen haberet quoſdam, quorum animos ne ſupplicio quidem ſuo ſatiare poſſet: quamquam ex hujus incommodis magnam animo moleſtiam capio, tamen in ceteris malis facilè patior oblatum mihi tempus, in quo boni viri lenitatem meam miſericordiamque, notam omnibus quondam, nunc, quaſi intermiſſam, agnoſcerent: improbi ac perditi cives, [b] redomiti atque victi, præcipitante republica, [2] vehementem me fuiſſe atque fortem; conſervatâ, mitem ac [3] miſericordem faterentur.

1 a *obtineret MS.*

b *ita MSS. alii* edomiti.

Et,

1. *TUm ſingulari Antronii odio.*] *Autronii* ſcribendum hìc & infra, ex auctoritate veterum librorum & Numiſmatum. *Urſin.*

2. *Vehemens.*] Eſt ſeverus, & opponitur *miti*, ut *fortis*, *miſericordi*. Merito tùm vehemens fuit Cicerò. Nam *adhibenda eſt reipublicæ cauſſâ ſeveritas, ſine qua adminiſtrari civitas nulla poteſt.* ut Cicero ait 1. de Offic. Et revera, *id eſt viri magni, rebus agitatis, punire ſontes, multitudinem conſervare.* Ut ejuſdem verbis ex eodem libro utar. *Gravius.*

3. *Miſericordem.*] Eſt & hoc viri inſignis, tempore lenem eſſe ac mitem, quibus maxime hominum animi conciliantur, & omnium benevolentia. Miſericordia vero quanti ſit facienda, docet egregie Caſſiodorus, qui primum ei inter virtutes locum tribuit. Var. 11. ep. 9. *Benigni Principis ad clementiæ commodum tranſilire inter terminos æquitatis, quando ſola eſt miſericordia, cui omnes virtutes cedere honorabiliter non recuſant.* Idem.

2 [4] Et, quoniam L. Torquatus, meus familiaris ac neceſſarius, judices, exiſtimavit, ſi noſtram in accuſatione ſua neceſſitatem familiaritatemque violaſſet; aliquid ſe de auctoritate meæ defenſionis poſſe detrahere: cum hujus periculi propulſatione conjungam defenſionem officii mei. quo quidem genere non uterer orationis, judices, hoc tempore, ſi mea ſolùm [c] intereſſet. multis enim mihi locis & data facultas eſt, & ſæpe dabitur de mea laude dicendi. ſed, ut ille, judices, quantum [5] de mea auctoritate deripuiſſet, tantùm ſe de hujus [6] præſidiis deminuturum: ſic hoc ego ſentio, ſi mei facti rationem vobis conſtantiamque hujus officii ac defenſionis probavero; cauſam quoque me P. Sullæ probaturum.

c intereſſet *non habet Pith.*

P. B.

3 Ac primùm abs te illud, L. Torquate, quæro, cur me à ceteris clariſſimis viris, ac principibus civitatis, in hoc officio,

4. *Et quoniam L. Torquatus.*] Propoſitio eſt, quam procemio ſubjungit Ariſtoteles, ut ait Quintil. lib. III. *Sylvius.* Sumpſit hunc locum ex oratione Demoſthenis pro Cteſiphonte, in qua ſcriptum eſt: Εἰ μὲν οὖν περὶ ὧν ἐδίωκε μόνον κατηγόρηκεν Αἰσχίνης, κἀγὼ περὶ αὐτοῦ τοῦ προβουλεύματος εὐθὺς ἂν ἀπελογούμην, ἐπειδὴ δ' οὐκ ἐλάττω λόγον τἄλλα διεξιὼν ἀνήλωκε, καὶ τὰ πλεῖστα κατεψεύσατό μου, ἀναγκαῖον εἶναι νομίζω, καὶ δίκαιον ἅμα, βραχέα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, περὶ τούτων πρῶτον εἰπεῖν. *Quod ſi Æſchines ea ſolum, quæ in accuſatione perſcripſit, tractaſſet, ego quoque de ipſo Senatusconſulto ſtatim reſpondiſſem. Quoniam autem ceteris recenſendis non pauciora verba fecit; & in me pleraque mentitus eſt, ſimul & neceſſarium & juſtum eſſe puto, ut paucis, Athenienſes, de his primum dicam.* Urſin

5. *De mea auctoritate deripuiſſet.*] Sic eſt legendum, & ita habet codex unus Memmianus manuſcr. *deripere* autem idem valet, quod illud, ſupra poſitum, *detrahere.* Nam *diripere*, quod eſt in vulgatis, locum hic non habet. *Lambinus.* Sic *derepta cutis* apud Ovid. VI. Metam. pro quo male in nonnullis libris legitur *direpta.* Vide de hac voce magni viri & amici mei, cum ſupereſſet, Nicolai Heinſii notas ad I. Ovid. Amor. el. 5. & 14. Eodem modo confunduntur in libris *deſtringere* ac *diſtringere.* ut multis obſervavit erudite ampliſſimus Vir Gisbert. Cuperus Obſerv. IV. 5. *Græv.*

6. *Præſidiis deminuturum: ſic hoc ego ſentio.*] Non potui excludere ſcripturam Pall. noſtrorum novem, item olim cuſorum. nam ſequioris ævi editiones, *diminuturum ſperavit: ſic &c.* cujus vocis in aliis illis nullum veſtigium. ſolum erat ad oram quinti, *ſcilicet, ſenſit.* octavi, *exiſtimat.* S. Victoris habebat in contextu *putavit*, ſi non fallit manus Gulielmii, qui tamen nihil annotavit præterea, quàm illud *ſperavit* abfuiſſe etiam libro Busbequii noſtri. *Grut.*

officio, atque in defenſionis jure ſecernas. quid enim eſt, quamobrem abs te Q. Hortenſii factum, clariſſimi [d] viri atque ornatiſſimi [e] civis, non reprehendatur, reprehendatur meum? nam ſi initum eſt conſilium à P. Sulla inflammandæ civitatis, hujus exſtinguendi imperii, delendæ urbis: mihi majorem hæ res dolorem, quàm Q. Hortenſio, mihi majus odium afferre debent. meum denique gravius [f] eſſe judicium, qui adjuvandus in his cauſis, qui oppugnandus, qui defendendus, [g] qui deſerendus eſſe videatur? Ita, inquit.

d viri *delet Grav.*
e viri *Idem.*
f eſſet *MS.*
g qui deſer. *deeſt in MS.*

II. TU ENIM inveſtigaſti, tu patefeciſti conjurationem. 4 Quod cùm dicit, non attendit, eum, qui patefecerit, hoc curaſſe, ut id omnes viderent, quod antea fuiſſet occultum. Quare iſta conjuratio, ſi patefacta per me eſt, tam [h] patet Hortenſio, quàm mihi. quem cùm videas hoc honore, auctoritate, virtute, conſilio præditum, non dubitaſſe, quin innocentem P. Sullam defenderet: quæro, cur, qui aditus ad cauſam Hortenſio patuerit, mihi interclusus eſſe debuerit. quæro illud etiam, ſi me, qui defendo, reprehendendum putas eſſe, quid tandem de his exiſtimes ſummis viris & clariſſimis civibus, quorum ſtudio & dignitate [7] celebrari hoc judicium, ornari cauſam, defendi hujus innocentiam vides? non enim una eſt ratio defenſionis ea, quæ poſita eſt in oratione. omnes, qui adſunt, qui laborant, qui ſalvum volunt, pro ſua parte atque auctoritate defendunt.

h paret *Gul. à MS.*

An verò, in quibus ſubſelliis hæc ornamenta ac lumina reipublicæ viderem, in his me apparere nollem, quo- 5 rum ego [i] opera illum in locum, atque in hanc celſiſſimam ſedem dignitatis atque honoris, multis meis ac magnis laboribus & periculis, adſcendiſſem? Atque, ut intelligas, Torquate, quem accuſes, ſi te id offendit, quod ego, qui hoc genere quæſtionis defenderim neminem, non deſim P. Sullæ; recordare de ceteris, quos adeſſe huic vides. intelliges & de hoc & de ceteris judicium meum & horum par atque unum fuiſſe.

i auxilio *MS.* ope *alius MS.*
P. CLXVIII.

Quis

7. *Celebrari hoc judicium, ornari cauſam, defendi hujus innocentiam vides.*] Nec heic volui excludere ſcripturam Palatini, numero quidem noni, ſed bonitate primi. antea edebatur compoſitione admodum dura, *judicium, & ornari, cauſam defendi hujus innocentis vid.* & vero copula *&*, nullo comparet in ms. aut vetuſtius cuſis. *Grut.*

 8. *Ser-*

6 Quis noſtrûm adfuit Varguntejo? nemo: ne hic quidem Q. Hortenſius, præſertim qui illum ſolus antea de ambitu defendiſſet. non enim jam ſe ullo officio cum illo conjunctum arbitrabatur, cùm ille, tanto ſcelere commiſſo, omnium officiorum ſocietatem diremiſſet. Quis noſtrûm [8] Ser. Sullam? quis P.? [9] quis M. Leccam? quis Cornelium, defendendum putavit? quis his horum adfuit? nemo. quid ita? quia ceteris in cauſis etiam nocentes viri boni, [10] ſi neceſſarii ſunt, deſerendos eſſe non putant. in hoc crimine non ſolum levitatis eſt culpa, verùm etiam quædam contagio ſceleris, ſi defendas eum, [11] quem ob-
7 ſtrictum eſſe patriæ parricidio ſuſpicere. Quid Autronio? nonne ſodales, non collegæ ſui, non veteres amici, quorum ille copia quondam abundarat, non hi omnes, qui ſunt in republica principes, defuerunt? immò etiam teſtimonio plerique læſerunt? Statuerant, tantum illud eſſe male-

8. *Servium Sullam: quis P? quis M. Leccam? &c.*] Revoco lectionem omnium mſſ. Pall. item S. Vict. Grut. & Busb. atque editionum veterum. poſt impreſſi ridiculè nobis immiſerant *quis P. Lentulum.* qui numquam accuſatus fuit, ſed deprehenſus ſtatimque interemptus. nimirum nominantur à Salluſtio inter conjuratos Serv. & P. Sullæ, Servii filii, hos indicat Tullius noſter. *Grut.*

9. *Quis M. Leccam.*] Per M. Porcium Leccam Senatorem, conjurationis principes intempeſta nocte rurſus convocatos, Salluſt. ſcribit. De conſilio conjurationis in domo ejus habito poſtea Cicero dicet. *Sylvius.* M. Lecca ſcribitur in pleriſque editionibus. Sed rectius Manutiana, *M. Lecam.* Sic enim in antiquo denario legitur: *P. Leca.* Græv.

10. *Si neceſſarii ſunt deſerendos eſſe non putant.*] Gemma hujus lectionis, nata è Palatino illo nono. alii enim noſtri, *ſi neceſſ. ſunt defendendos eſſe non putant;* contra mentem auctoris: itaque Critici correctores vulgatis alterum adhuc interſeruerant negativum, *non defendendos eſſe non putant.* quam ineptè quilibet jam animadvertit. *Gruter.* Non rejicio ſcripturam, quam in Palatino invenit Gruterus, huic loco admodum accommodatam: nec tamen ſpreverim, quod præ ſe ferunt Francii ſecundus, & editio prima, qui libri ſemper conſentiunt, *ſi neceſſarii ſunt, defendendos eſſe putant.* Grævius.

11. *Quem obſtrictum eſſe patriæ parricidio ſuſpicere.*] Ita eſſe in Tuingico codice nuper prodidit in promulſide ſua meus Zinzerlingus, annotaratque è Suffridi ſchedis ad librum ſuum Gulielmius. quod ipſum nunc confirmamus auctoritate Pal. noni. itaque viderint alii deinceps, quomodo vulgatam tueri poſſint, cui aberat vox *parricidio.* volente alioquin Gulielmio. *Grut.*

12. *Non*

maleficium, quod [12] non modò non occultari per ſe, ſed etiam aperiri illuſtrarique deberet.

III. Quamobrem quid eſt, quòd mirere, ſi cum iiſdem me in hac cauſa vides adeſſe, cum quibus in ceteris intelligis [k] abfuiſſe? niſi verò me unum vis ferum, præter ceteros, [l] me aſperum, me inhumanum exiſtimari: me ſingulari immanitate & crudelitate præditum.

k afuiſſe *Lamb. Grav.*
l me aſp. *non eſt in MS.*

Hanc mihi tu ſi, propter res meas geſtas, imponis in omni vita mea perſonam, Torquate, vehementer erras. 8
me natura miſericordem, patria ſeverum: crudelem nec patria nec natura eſſe voluit. denique iſtam ipſam perſonam vehementem & acrem, quam mihi [m] tum tempus & reſpublica impoſuit, jam voluntas & natura ipſa detraxit. illa enim ad breve tempus ſeveritatem poſtulavit: hæc in omni vita miſericordiam lenitatemque deſiderat.

P. B.
m tu *MS.*

Quare nihil eſt, quòd ex tanto comitatu virorum am- 9
pliſſimorum me unum abſtrahas. [13] ſimplex officium, atque una eſt bonorum omnium cauſa. nihil erit, quod admirere poſthac, ſi in ea parte, in qua hos animadverteris, me videbis. nulla eſt enim in republica cauſa mea propria. tempus agendi fuit [n] magis mihi proprium, quàm ceteris: doloris verò, & timoris, & periculi fuit illa cauſa communis. neque enim princeps [o] tunc ad ſalutem [p] eſſe potuiſſem, ſi eſſe alii comites noluiſſent. Quare neceſſe eſt, quod mihi conſuli præcipuum fuit præter alios, id jam privato cum ceteris eſſe commune. Neque ego hoc [14] partiendæ invidiæ, ſed communicandæ laudis cauſa loquor.

n magis impropr. *MS.*
o tam *Lamb.*
p aliis eſſe *Idem.*

12. *Non modò non occultari.*] Idem nonus, *non modò occultari.* & ſic ſæpe locutos auctores, diu eſt quod oſtenderunt critici. verum parcius deinde laudabo nonum noſtrum; ne ſi lectioni ejus nimium incumbam, finem nunquam ponam huic operi. hoc tantum obiter dicam, ex eo codice ſexcentis vocibus nunc meliorem, nunc leviorem fieri poſſe Tullium noſtrum. reperi autem inter libros Bibliothecæ Othonis Henrici Electoris Palatini; memoriæ ſempiternæ Principis, vel ea de cauſa, quod ipſe auſpicium fecit adornandæ librariæ hoc ævo toto orbe terrarum famoſiſſimæ. *Grut.*

13. *Simplex officium.*] Id eſt, unum ab omnibus obſervatum, ut videlicet nemo civis bonus quenquam ex conjuratis defenderit. P. Sullam & Hortenſius & multi viri clariſſimi defendant, quod eum in conjuratione ſciant non fuiſſe. *Sylvius.*

14. *Partienda invidia.*] Sententia eſt, quod dicam in opprimenda conjuratione me fuiſſe principem, & omnes bonos cives fuiſſe comites, id non dico, ut mecum invidiam ſubeant, ſed ut cum his gloriam communicem. *Idem.*

quor. Oneris mei partem nemini impertio, gloriæ bonis omnibus.

10 [q] In Autronium [15] teſtimonium dixiſti, inquit: Sullam [r] defendis. Hoc totum ejuſmodi eſt, judices, ut, ſi ego ſim inconſtans ac levis, nec teſtimonio fidem tribui convenerit, nec defenſioni auctoritatem. ſin eſt in me ratio reipublicæ, religio privati officii, ſtudium retinendæ voluntatis bonorum: nihil minùs accuſator debet dicere, quàm à me defendi Sullam, teſtimonio læſum eſſe Autronium. videor enim non ſolùm ſtudium ad defendendas cauſas, verùm opinionis aliquid & auctoritatis, afferre: qua & moderatè ego utar, judices, & omnino non uterer, ſi ille me non coëgiſſet.

q Jam in MS.

r defendas MS.

11 IV. Duæ conjurationes abs te, Torquate, conſtituuntur: una, [16] quæ Lepido, & Volcatio, conſulibus, patre tuo conſule deſignato, facta eſſe dicitur: altera, quæ me conſule. Harum in utraque Sullam dicis fuiſſe. Patris tui, fortiſſimi viri, atque optimi conſulis, ſcis, me conſiliis non interfuiſſe: ſcis, me, cùm mihi ſummus tecum uſus eſſet, tamen illorum expertem temporum & ſermonum fuiſſe: credo, quòd nondum penitus in republica verſabar, quòd nondum ad propoſitum mihi finem honoris perveneram, quòd [ſ] mea me ambitio & forenſis labor ab omni illa cogitatione abſtrahebat.

P. CLXIX.

ſ *alii* mea amb. *aut* me amb.

12 [t] Quis ergo intererat veſtris conſiliis? omnes hi, quos vides huic adeſſe, & in primis Q. Hortenſius: qui cùm propter honorem ac dignitatem, atque animum eximium in rempublicam, tum propter [v] ſummam familiaritatem, ſummumque [x] amorem in patrem tuum, tum communibus, tum præcipuis patris tui periculis commovebatur. Ergo iſtius conjurationis crimen defenſum ab eo eſt, qui interfuit, qui cognovit, qui particeps & conſilii veſtri fuit, & timoris. cujus in hoc crimine propulſando cum eſſet copioſiſſima atque ornatiſſima oratio, tamen non minus

t Qui e. intererant MS.

v ſuam fam. MS.

x honorem MS.

15. *Teſtimonium dixiſti.*] Id dicendi genus ut frequens eſt, ita *ferre teſtimonium* niſi vulgò non dicitur. Quamvis id dixerit Calliſtratus Juriſc. lib. Digeſt. 22. de Teſtibus: *An is*, inquit, *inimicus ſit, adverſus quem teſtimonium fert?* Sylvius.

16. *Quæ Lepido & Volcatio* Coss.] Excludere non potui hanc ſcripturam ſubnixam fide editionum veterum omnium, Palatinorum novem, denique libris S. Vict. Busb. Grut. poſterius publicari *Lepido & L. Tullo* Coss. non malè, ſed unde id natum? *Grut.*

17. For-

minus inerat auctoritatis in ea, quàm facultatis. Illius igitur conjurationis, quæ facta contra vos, delata ad vos, à vobis prolata eſſe dicitur, ego teſtis eſſe non potui. non modò enim nihil comperi, ſed vix ad aures meas iſtius ſuſpicionis fama pervenit.

Qui vobiſcum in conſilio fuerunt, qui vobiſcum illa 13
cognorunt, quibus ipſis periculum tum conflari putabatur, qui Autronio non adfuerunt, qui in illum teſtimonia
gravia dixerunt, hunc defendunt, huic adſunt, in [y] hujus y hoc MS.
periculo declarant, ſe non crimine conjurationis, ne adeſſent ceteris, ſed hominum maleficio, deterritos eſſe. Mei conſulatus autem tempus, & crimen maximæ conjurationis à me defendetur. Atque inter nos partitio non eſt
[17] fortuitò, judices, nec temere facta: ſed, cùm videre- P. B.
mus, eorum criminum nos patronos adhiberi, quorum teſtes eſſe poſſemus, uterque noſtrûm id ſibi ſuſcipiendum putavit, de quo aliquid ſcire ipſe atque exiſtimare potuiſſet.

V. Et, quoniam de criminibus ſuperioris conjura- 14
tionis Hortenſium diligenter audiſtis, de hac conjuratione, quæ, me conſule, facta eſt, hoc primùm attendite. Multa, cùm eſſem conſul, de ſummis reipublicæ periculis audivi, multa quæſivi, multa cognovi. nullus unquam de Sulla nuntius ad me, nullum indicium, nullæ litteræ
pervenerunt, nulla [z] ſuſpicio. Multùm hæc vox fortaſſe z denique ſuſp. MS.
deberet valere ejus hominis, qui conſul inſidias reipublicæ conſilio inveſtigaſſet, veritate aperuiſſet, magnitudine
animi [a] vindicaſſet, cùm ipſe nihil audiſſe de P. Sulla, ni- a indicaſſet MS.
hil ſuſpicatum eſſe diceret. ſed ego nondum utor hac voce ad

17. *Fortuito.*] Id eſt, caſu, &, ut vulgo dicunt, ex caſu fortunæ. ut libro de legibus 1. *Itaque ad hominum commoditates & uſus tantam rerum ubertatem natura largita eſt, ut ea quæ gignuntur, donata conſulto nobis, non fortuito nata videantur.* Et libro de Divinatione ſecundo: *Quarum omnium cauſas ſi à Chryſippo quærerem, ipſe ille Divinationis auctor nunquam illa dicet facta fortuito, naturalemque rationem omnium reddet.* Et lib. epiſtolarum Familiarium v. *Tibi perſuadeas vehementer velim, non me repentina aliqua voluntate aut fortuito ad tuam amplitudinem meis officiis amplectendam incidiſſe.* Sed ut *ſortito* & *ſortitu* dici alio loco ſcripſimus, ita *fortuitu* quoque Cicero ſæpe dicit, ut in lib. de Offic. 1. *Ne quid temere aut fortuitu, inconſulte negligenterque agamus.* Et libro de Divinatione II. *Nihil eſt tam contrarium rationi & conſtantia, quam fortuna: ut mihi ne in Deum quidem cadere videatur, ut ſciat quid caſu & fortuitu futurum ſit.* Sylvius.

ad hunc defendendum: ad purgandum me potiùs utor: mirari Torquatus deſinat, me, qui Autronio [b] abfuerim, Sullam defendere.

b afuerim *Lamb. Grut.*

15 Quæ enim Autronii fuit cauſa? quæ Sullæ eſt? ille ambitus judicium tollere ac diſturbare primùm conflato voluit gladiatorum ac fugitivorum tumultu: deinde, id quod vidimus omnes, [18] lapidatione atque concurſu. Sulla, ſi ſibi ſuus pudor ac dignitas non prodeſſet, nullum auxilium requiſivit. Ille damnatus ita ſe gerebat, non ſolùm conſiliis & ſermonibus, verùm etiam adſpectu atque vultu, ut inimicus eſſe ampliſſimis ordinibus, infeſtus bonis omnibus, hoſtis patriæ videretur. hic ſe ita fractum illa calamitate atque afflictum putavit, ut nihil ſibi ex priſtina dignitate ſupereſſe arbitraretur, niſi quod modeſtia retinuiſſet.

16 Hac verò in conjuratione, quid tam conjunctum, quàm ille cum Catilina, cum Lentulo? quæ tanta ſocietas ullis inter ſe rerum optimarum, quanta ei cum illis, ſceleris, libidinis, audaciæ? quod flagitium Lentulus non cum Autronio concepit? quod ſine eodem illo Catilina facinus admiſit? cùm interim Sulla cum eiſdem illis non modò noctem ſolitudinemque non quæreret, ſed ne mediocri quidem ſermone & congreſſu conjungeretur.

P. CLXX.

17 Illum Allobroges, maximarum rerum veriſſimi indices, illum multorum litteræ ac nuntii coarguerunt: Sullam interea nemo inſimulavit, nemo nominavit. Poſtremò, ejecto,

18. *Lapidatione.*] Id eſt, lapidum jaculatione. Ut in lib. de Oratore II. *Habueras enim tu omnia in cauſa ſuperiora: vim, fugam, lapidationem, crudelitatem Tribunitiam in Cæpionis gravi miſerabilique caſu in judicium vocabas.* Eſt autem *lapidare*, lapidibus pugnare; quod etiam lapidationem facere Cicero dicit pro P. Seſtio: *Iiſdem Conſulibus arma in templo Caſtoris palam portabantur, gradus ejuſdem templi tollebantur, armati homines forum & conciones tenebant, cædes lapidationeſque fiebant.* Quo in loco lapidationem pro trucidatione lapidibus facta dicere videtur, ut in libro epiſtolarum ad Quintum Fratrem ſecundo: *Is quum graviter de Clodianis incendiis, trucidationibus, lapidationibus queſtus eſſet, ſententiam dixit. Facere lapidationem ſaxis*, idem dixit pro Domo ſua: *Inde ſaxis facta lapidatio eſt. Lapidare hominem*, ut arbitror, non dicitur. T. Livius lapidare pro eo quod eſt lapidibus pluere, ſæpe dicit. ut lib. XXVII. *Novendiale ſacrum fuit, quia Vejis de cælo lapidaverat.* Idem quoque lib. XXIX. *Lapidatum eſſet* imperſonale dixit: *Novendiale ſacrum, quod de cælo lapidatum eſſet, factum.* Idem quoque dicit, lapidibus pluere. *Sylvius.*

19. Ille

lo, ſive emiſſo jam ex urbe Catilina, [19] ille arma miſit, cornua, [20] tubas, falces, ſigna, legiones: ille relictus intus, exſpectatus foris, Lentuli pœna compreſſus, convertit ſe aliquando ad timorem, numquam ad ſanitatem. Hic contrà ita quievit, ut eo tempore omni Neapoli fuerit, ubi neque homines fuiſſe putantur hujus affines ſuſpicionis; & locus eſt ipſe non tam ad inflammandos calamitoſorum animos, quàm ad conſolandos accommodatus.

VI. PROPTER hanc igitur tantam diſſimilitudinem hominum atque cauſarum, diſſimilem me in utroque præbui. Veniebat enim ad me, & ſæpe veniebat, Autronius, multis cum lacrymis, ſupplex, ut ſe defenderem: 18
& ſe meum condiſcipulum in pueritia, familiarem in adoleſcentia, collegam in quæſtura commemorabat fuiſſe: multa mea in ſe, nonnulla etiam ſua in me proferebat officia. quibus ego rebus, judices, ita flectebar animo atque frangebar, ut etiam ex memoria, quas mihi [c] ipſi fecerat inſidias, deponerem: ut jam immiſſum eſſe ab eo C. Cornelium, qui me in [d] ſedibus meis, in conſpectu uxoris meæ ac liberorum meorum trucidaret, oblivíſcerer. quæ ſi de uno me cogitaſſet: qua mollitiâ ſum animi ac lenitate, numquam mehercule illius lacrymis ac precibus reſtitiſſem.

c ipſe *alii.*

d ædibus *Lamb.*

19 Sed, cùm mihi patriæ, cùm veſtrorum periculorum, cùm hujus urbis, cùm illorum delubrorum atque templorum, cùm puerorum infantium, cùm matronarum ac virginum veniebat in mentem; & cùm illæ infeſtæ ac funeſtæ faces, univerſumque totius urbis incendium, cùm tela, cùm cædes, cùm civium cruor, cùm cinis patriæ verſari ante oculos, atque animum memoria refricare cœperat: tum denique ei reſiſtebam, neque ſolum illi hoſti ac parricidæ, ſed his etiam propinquis illius Marcellis, patri & filio, quorum alter apud me parentis gravitatem, alter filii ſuavitatem obtinebat: neque me arbitrabar ſine ſummo

P.R.

19. *Ille arma miſit, cornua, tubas, falces, ſigna, legiones.*] Ant. Auguſtinus, deleta interpunctionis nota legit *ſigna legionis:* quod aut nihil magis, aut minus etiam ſervit: nam poſt enumerationem inſtrumentorum, milites denique ipſos ſubjungit. deinde omnes ſunt numero multitudinis ad aggerandum ſcelus. *Urſin.*

20. *Tubas, falceis, ſigna, legiones.*] Pal. nonus, *faſces.* probabili emendatione, ſed forſan minus vera. nam *Falcariorum* meminit noſter I. Catilin. cap. IV. pr. ſed quid ſi *falceis* comprehendantur nomine armorum, quod præceſſit. *Grut.*

21. *Mar-*

ſummo ſcelere poſſe, quod maleficium in aliis vindicaſ-ſem, idem in illorum ſocio, cum ſcirem, defendere.

20 Atque idem ego neque P. Sullam ſupplicem ferre, ne-que eoſdem [21] Marcellos pro hujus periculis lacryman-tes adſpicere, neque hujus M. Meſſallæ, hominis neceſ-ſarii, preces ſuſtinere potui. neque enim eſt cauſa adver-ſata naturæ: nec homo, nec res miſericordiæ [e] meæ re-pugnavit. nuſquam nomen, nuſquam veſtigium fuerat: nullum crimen, nullum indicium, [f] nulla ſuſpicio. [g] Suſ-cepi cauſam, Torquate, ſuſcepi, & feci libenter, ut me, quem boni conſtantem ſemper, ut ſpero, exiſtimaſſent, eundem ne improbi quidem crudelem dicerent.

e meæ *delet Pith.*
f null. ſuſp. *alii non habent.*
g Suſc. cauſ. Torq. *non ſunt in Pith.*

21 VII. Hîc ait ſe ille, judices, regnum meum ferre non poſſe. Quod tandem, Torquate, regnum? conſulatus, credo, mei: in quo ego imperavi nihil, ſed contrà patri-bus conſcriptis & bonis omnibus parui. quo in magiſtra-tu non inſtitutum eſt à me, judices, regnum, [22] ſed non permiſſum. [h] An tum, in tanto imperio, tanta poteſtate, non dicis fuiſſe regem; nunc privatum regnare dicis? quo tandem nomine? Quòd, in quos teſtimonia dixiſti, in-quit, damnati ſunt: quem defendis, ſperat ſe abſolutum iri. Hîc tibi ego de teſtimoniis meis hoc [i] reſpondeo: ſi fal-ſum dixerim, te in eos dixiſſe. ſin verum; non eſſe hoc regnare, [23] cùm verum juratus dicas, probare.

h Quem tum *alii.*
i reſpondebo *MS.*
P. CLXXI.

De-

21. *Marcellos pro hujus periculis lacrymantes adſpicere, neque.*] La-cunam explevi ex membranis Erfurd. tanto promptius quod to-tidem apicibus exſtarent in Palat. nono. meminit & hujus loci noſter Gulielmius ad Truculentum Plautinam cap. 5. *Grut.*

22. *Sed non permiſſum.*] Regnaſſet enim Catilina niſi conatus ejus repreſſi eſſent. *In tanto imperio*, id eſt, in Conſulatu. Eſt autem argumentum ex remotione. Nam ſi rex Cicero fuit, fuit Conſul, aut privatus: Non fuit quum erat Conſul, nec tum etiam quum erat privatus: Rex igitur non fuit. *Sylvius.* Meliores Pall. non habent negativam: adeo ut veroſimile ſit reſtituendum quod eſt in Pal. nono, *ſed repreſſum.* Gruterus. Procul dubio veriſſime Palatinus ille optimus, ex quo plura loca reſtituit Gruterus. Nam *non permittere regnum* pro impedire, ne quis regnet vix ferent aures Latinæ. Sed *reprimere regnum* optime & Latiniſſime dicitur. In Francii primo deſideratur quoque particula negandi, quamvis à manu recentiore ſit addita. *Gravius.*

23. *Cum verum juratus dicas, probare.*] Eſt à Pal. nono, & ita intelligebat vulgatum illud *juratos* Gulielmius, ſcriptum ſcilicet ratione ſcribendi antiqua. ineptè igitur Lambinus, *cùm verum dicas, juratis probare.* Gruter. Vereor ut à ſciolo hic inculcatum ſit τὸ *probare*, qui unde depravate ſcriptum *juratos* penderet non

vide-

De hujus ſpe tantum dico, nullas à me opes P. Sullam, 22
nullam potentiam, nihil denique, præter fidem defenſionis, exſpectare. Niſi tu, inquit, cauſam recepiſſes, numquam mihi reſtitiſſet: ſed, indicta cauſa, profugiſſet. Si jam hoc tibi concedam, Q. Hortenſium, tanta gravitate hominem, ſi hos tales viros non ſuo ſtare judicio, ſed meo: ſi hoc tibi dem, quod credi non poteſt, niſi ego huic adfuiſſem, hos adfuturos non fuiſſe: uter tandem rex eſt, isne, qui innocentes homines non reſiſtunt, an is, qui calamitoſos non deſerit? [k] At hîc etiam, id quod tibi neceſſe minimè fuit, facetus eſſe voluiſti, cùm Tarquinium, & Numam, & me, tertium peregrinum regem, eſſe dixiſti. Mitto jam de rege quærere: illud quæro, peregrinum cur me eſſe dixeris. nam, ſi ita ſum, non tam eſt admirandum, regem eſſe me, quia, ut tu vis, etiam peregrini reges Romæ fuerunt, quàm conſulem Romæ fuiſſe peregrinum.

Hoc [l] dico, inquit, te eſſe ex municipio. Fateor, & 23
addo etiam, ex eo municipio, unde iterum jam ſalus huic urbi imperioque miſſa eſt. Sed ſcire ex te pervelim, quamobrem, qui ex municipiis veniant, peregrini tibi eſſe videantur. nemo enim iſtuc M. illi Catoni ſeni, cùm plurimos haberet inimicos, nemo [24] T. Coruncanio, nemo [25] Curio, nemo huic ipſi noſtro C. Mario, cùm ei multi inviderent, objecit umquam. Equidem vehementer

ter

k An *ed. pr.* & *MSS.*

l dico *deeſt in MS.*

videbat. Et ſane quò pertineret non inveniebatur, itaque ad ſententiam efficiendam addiderunt *probare*. Sed cum vera lectio ſit ex codice Palatino eruta, delendum erat τὸ *probare*. quod ſi deleveris, videbis integrum & plenum locum: *Si falſum dixerim, ſe in eos dixiſſe, ſin verum, non eſſe hoc regnare, cum verum juratus dicas.* Si *probare* retineas, ſubaudiendum *te probare verum dixiſſe juratos*: quod valde abſurdum. Sine libris tamen nihil auſus ſum refingere. Sed quicunque hunc locum mecum perpenderit, cognoſcet me verum dixiſſe. *Gravius.*

24. *T. Coruncanio.*] Scribendum *T. Coruncanio* ex hiſtoria. *Urſin.*

25. *Curioni.*] *M. Curio*, legendum. ſermo enim eſt de veteribus, quos virtus potius quàm patria nobilitaverit. nec inter eos referri Curio quiſquam poteſt. at M. Curius, cui Dentato cognomen fuit, quia cum dentibus natus eſt, Coruncanii æqualis, honoribus, & rebus geſtis clarus fuit. ter enim conſulatum eſt adeptus: de Samnitibus, de Sabinis, de Lucanis, de Pyrrho rege triumphavit. hi omnes à Cicerone nominati, ex municipiis in urbem venerunt; honoreſque ſummos, quamquam plebeji generis, adepti ſunt. *P. Manut.*

26. Ne

m tum *Pith.* ter lætor, eum eſſe me, in quem m tu, cùm cuperes,
lam contumeliam jacere potueris, quæ non ad maxi
partem civium conveniret.

VIII. SED TAMEN te à me, pro magnis cauſis no
neceſſitudinis, monendum eſſe etiam atque etiam p
non poſſunt omnes eſſe patricii. ſi verum quæris, ne
rant quidem: nec ſe æquales tui, propter iſtam cauſ
P.B. 24 abs te anteiri putant. Ac, ſi tibi nos peregrini videm
quorum jam & nomen & honos inveteravit & huic u
& hominum famæ ac ſermonibus: quàm tibi illos co
petitores tuos, peregrinos videri neceſſe erit, qui jam
tota Italia delecti tecum de honore & de omni digni
te contendunt? quorum cave tu quemquam peregrin
appelles, [26] ne peregrinorum ſuffragiis obruare. qui ſi
tulerint nervos, & induſtriam: mihi crede, excutient
bi iſtam verborum jactationem, & te ex ſomno ſæpe ex
tabunt; nec patientur, ſe abs te, niſi virtute vincentu
honore ſuperari.

25 n Ac, ſi, judices, ceteris patriciis me & vos peregr
n At *alii.* nos videri oporteret, [27] à Torquato tamen hoc vitiu
ſileretur. eſt enim ipſe, à materno genere, municipalis h
o Eſcul. *MS.* neſtiſſimi ac nobiliſſimi generis, ſed tamen o Aſcula
Aut igitur doceat, Picentes ſolos non eſſe peregrinos, a
p non ante p. *alii.* gaudeat ſuo generi me meum p ante non ponere. Qua
q nec *MS.* q neque me peregrinum poſthæc dixeris, ne graviùs reſ
tere: neque regem, ne derideare. niſi fortè regium ti
videtur, ita vivere, ut non modò homini nemini, ſed n
cupiditati quidem ulli ſervias: contemnere omnes libid
nes: non auri, non argenti, non ceterarum rerum ind
gere: in ſenatu ſentire liberè: populi utilitati magis conſ
lere, quàm voluntati: nemini cedere, multis obſiſter
ſi hoc putas eſſe regium; me regem eſſe confiteor. ſin
potentia mea, ſi dominatio, ſi denique aliquod dictu
arrogans, aut ſuperbum movet: quin tu id potius profer
quàm verbi invidiam contumeliamque maledicti.

26 IX. EGO TANTIS à me beneficiis in republica po
ti

26. *Ne peregrinorum ſuffragiis obruare.*] Id eſt, ne pauca habe
pro te ſuffragia, & ideo contra te plurima. Ut Act. in Verr. I
Obruitur enim aratorum teſtimoniis. Sylvius.

27. *A Torquato tamen hoc vitium ſileretur.*] Gulielmius inclin
legere, *convitium*, quod ipſum quoque in mentem venit Rub
nio lib. I. Elector. cap. 3. ſed neceſſarium non eſt ut quid mut
mus. *Grut.*

28. *Lin*

; ſi nullum aliud mihi præmium à [r] ſenatu, populoque Romano niſi honeſtum otium poſtularem, quis non concederet? ſibi haberent honores, ſibi imperia, ſibi provincias, ſibi triumphos, ſibi alia præclaræ laudis inſignia: P.CLXXII. mihi liceret ejus urbis, quam conſervaſſem, conſpectu, tranquillo animo & quieto frui? Quid, ſi hoc non poſtulo? ſi ille labor meus priſtinus, ſi ſollicitudo, ſi officia, ſi operæ, ſi vigiliæ deſerviunt amicis, præſtò ſunt omnibus? ſi neque amici in foro requirunt ſtudium meum, neque reſpublica in curia? ſi me non modò [ſ] rerum geſtarum vacatio, ſed neque honoris, neque ætatis excuſatio [t] vendicat à labore? ſi voluntas mea, ſi induſtria, ſi domus, ſi animus, ſi aures patent omnibus? ſi mihi ne ad ea quidem, quæ pro ſalute omnium geſſi, recordanda & cogitanda quidquam relinquitur temporis? tamen [v] hoc regnum appellabitur? cujus vicarius qui velit eſſe, inveniri nemo poteſt. [28] longè abeſt regni ſuſpicio.

[r] S.P.Q.R. *Grav.*
[ſ] non rer. *Pith.*
[t] vindicat *Manut.*
[v] ne hoc *alii.*

27 Si quæris, qui ſint Romæ regnum occupare conati, ut ne replices annalium memoriam, ex domeſticis imaginibus invenies. Res enim geſtæ, credo, meæ me nimis extulerunt, ac mihi neſcio quos ſpiritus attulerunt. quibus de rebus tam claris, tam immortalibus, judices, hoc poſſum dicere, me, qui è ſummis eripuerim periculis urbem hanc, & vitam omnium civium; ſatis adeptum fore, ſi ex hoc tanto in omnes mortales beneficio nullum in me periculum [x] redundarit.

[x] *alii* redundabit.

28 Etenim, in qua civitate res tantas geſſerim, memini, & in qua urbe [y] verſer, intelligo. plenum forum eſt eorum hominum, quos ego à veſtris cervicibus depuli, judices, à meis non removi. niſi verò paucos fuiſſe arbitramini, qui conari, aut ſperare poſſent, ſe tantum imperium poſſe delere. Horum ego faces eripere de manibus, & gladios extorquere potui, ſicut feci: voluntates verò conſceleratas ac nefarias nec ſanare potui, nec tollere. Quare non ſum neſcius, quanto periculo vivam in tanta multitudine improborum, cùm mihi uni cum omnibus improbis æternum videam bellum eſſe ſuſceptum. P.B.

[y] verſer *alii non habent.*

X. Quòd

28. *Longè abeſt à me regni ſuſpicio.*] Lambinus fruſtra laboravit in conſtituenda ſententia, diſtinctione alia, verbiſque interpoſitis. veterem ſcripturam repoſui veramque è Turingicis & Pal. nono. *Grut.* Reliqui rem, ut accepi: ſed unde in hanc citationem addat Gruterus *à me*, veſtigare nequeo. *Grenov.*

29. At

29 X. Quòd ſi illis meis præſidiis fortè invides: &c ſi ea tibi regia videntur; [1] quòd omnes boni omnium ge rum atque ordinum ſuam ſalutem cum mea conj gunt: conſolare te, quòd omnium mentes improbo mihi uni maximè ſunt infenſæ & adverſæ. qui me ſolùm idcirco oderunt, quòd eorum conatus impios, furorem [a] conſceleratum repreſſi: ſed eò etiam mag quòd nihil jam ſe ſimile, me vivo, conari poſſe arbitr

30 tur. [29] At verò quid ego miror, ſi quid ab improbis de improbè dicitur; cùm L. Torquatus, primùm ipſe fundamentis adoleſcentiæ jactis, ea ſpe propoſita ampli mæ dignitatis, deinde L. Torquati, fortiſſimi conſu conſtantiſſimi ſenatoris, ſemper optimi civis, filius, int dum efferatur immoderatione verborum? qui cùm [30] ſu preſſa voce de ſcelere P. Lentuli, de audacia conjura rum omnium dixiſſet, tantummodò ut vos, qui ea pro tis, exaudire poſſetis: de ſupplicio P. Lentuli, de carc re, magna & queribunda voce dicebat.

31 In quo primùm illud erat abſurdum, quòd, cùm e [31] quæ leviter dixerat, vobis probare volebat: eos aute qui circum judicium ſtabant, audire nolebat: non inte gebat, ea, quæ clarè diceret, ita illos audituros, quib ſe venditabat, ut vos quoque audiretis; qui id non prob tis. Deinde alterum jam oratoris vitium, non videre, qu quæque cauſa poſtulet. Nihil eſt enim tam alienum ab e qui alterum conjurationis accuſet, quàm videri conjurat rum pœnam mortemque lugere. [32] Quod cum is tribu pleb

1 quod *non eſt in Pith.*

a non ſcel. *MSS.*

29. *At vero quid ego miror.*] Pantagathus legit *mirer?* Urſin

30. *Suppreſſa voce.*] Id eſt, ſubmiſſa. Nam *preſſa voce*, & *ſuppr ſa*, & *preſſè*, & *leniter* loqui dicimus: *Submiſſa*, aut *parva*, quod vulgus dicit baſſa voce, non dicimus. uti contra, *magna clara voce* dicere, aut clare loqui dicimus, non *alta voce*. Sylvi

31. *Quæ leviter dixerat.*] Videtur legendum *leniter*, pro *levit* ita enim in 1. de Officiis locutus eſt: Imitatio preſſe loquentiu & leniter. *Urſinus.*

32. *Quod cum is Trib. pl. facit.*] Opinor delendum adverbi *cùm*, & pro eo, vel *tamen*, vel aliud ſimile reponendum; qu Lambinus in ſcriptis codicibus ſe reperiſſe teſtatur. Pantagat legebat, *Quod Curius Tr. pl. facit.* Idem. *Quod cum is &c.*] Mu hic quædam Lambinus, ſed libris noſtris invitis. ii tamen in ill *non mirum eſt*, mirè diſſentiunt. nam Pal. pr. quart. quint. ſept. o *neque hoc mirum eſt.* ſec. ſext. S. Vict. Busb. Grut. *re .... mir eſt.* tert. *minimè quidem mirum eſt.* quod & in nono, ſed ſi *quidem.* quod mihi ſaniſſimum videtur: quamvis Gulielmius pl

ebis facit, qui unus videtur ex illis ad lugendos conjura-
relictus, non mirum eſt. difficile eſt enim tacere, cùm b hujuſmodi MS.
eas. te, ſi quid [b] ejuſmodi facis, non modò talem ado-
centem, ſed in ea cauſa, in qua te vindicem conjuratio- P. CLXXIII.
velis eſſe, vehementer [c] admiror. Sed reprehendo ta- 32
en illud maximè, quòd, iſto ingenio & prudentia præ- c miror alii.
itus, [33] cauſam reipublicæ non tenes, qui arbitrere, ple-
i Romanæ res eas non probari, quas, me conſule, omnes
oni pro ſalute communi geſſerunt.

XI. Et quem tu horum, qui adſunt, quibus te contra ipſorum voluntatem venditabas, aut tam ſceleratum ſtatuis fuiſſe, ut hæc omnia perire voluerit, aut tam miſerum, ut & ſe perire cuperet, & nihil haberet, quod ſalvum eſſe vellet? An verò clariſſimum virum generis veſtri, ac nominis, nemo reprehendit, qui filium ſuum vita privavit, ut in ceteris firmaret imperium: tu rempublicam reprehendis, quæ domeſticos hoſtes, ne ab iis ipſa necaretur, necavit?

Itaque attende jam, Torquate, quàm [d] ego defugiam 33
auctoritatem conſulatus mei. maxima voce, ut omnes d ego non alii.
exaudire poſſint, dico, ſemperque dicam: adeſtote omnes
animis, qui adeſtis corporibus, quorum ego frequentia magnopere lætor: erigite mentes aureſque veſtras, & me de invidioſis rebus, ut ille putat, dicentem attendite. Ego conſul, cùm exercitus perditorum civium, clandeſtinò ſcelere conflatus, crudeliſſimum & luctuoſiſſimum exitium patriæ comparaſſet: cùm [34] ad occaſum interitumque reipublicæ Catilina in caſtris; in his autem templis atque tectis dux Lentulus eſſet conſtitutus: meis conſiliis, meis laboribus, mei capitis periculis, [35] ſine tumultu, ſine dele-

plectatur *nec rectum eſt*, quod reſtat in editione proxima primæ. *Grut.*

33. *Cauſam reipublica non tenes.*] Ignoras quid poſtulet reipublicæ ratio & utilitas. Cicero III. de Legibus 10. *Senator cauſam populi teneto.* vide quæ notavi ad orat. pro lege Manil. 2. *Grævius.*

34. *Ad occaſum interitumque.*] Auctore Donato in Commentariis in librum Æn. I. *Caſus parva rei eſt, vel perſona inferioris: occaſus magna rei, vel perſona ſuperioris. Nam ſolem lunamque occidere, & viros præclaros occidiſſe dicimus.* Virgil. *Hoc equidem occaſum Trojæ, triſteſque ruinas Solabar, fatis contraria fata rependens.* Sylvius.

35. *Sine tumultu.*] *Bellum Gallicum aut Italicum appellari tumultum, quod in eo timor multus eſſet*, ſcribit Cicero in Philip. VIII. Quibus in bellis ne ſacerdotibus quidem aut ſexagenariis vacatio erat: *Quum igitur bellum hujuſmodi impendebat, tumultum eſſe decerne-*

 bat

delectu, ſine armis, ſine exercitu, [36] quinque hominib comprehenſis atque confoſſis, incenſione urbem, [37] internicione cives, vaſtitate Italiam, interitu rempublica liberavi: ego vitam omnium civium, ſtatum orbis terræ urbem hanc denique, ſedem omnium noſtrûm, arce regum ac nationum exterarum, lumen gentium, domi- P. B. cilium imperii, quinque hominum amentium ac perdi-
34 torum pœnâ redemi. An me exiſtimaſti hæc e injuratu in judicio non eſſe dicturum, quæ juratus in maxima concione dixiſſem?

e juratum MS. & ed. pr.

XII. Atque etiam illud addam, nequi fort incipiat improbus ſubitò te amare, Torquate, & ali quid ſperare de te: atque, ut idem omnes exaudiant clariſſima voce dicam. Harum omnium rerum, qua ego in conſulatu pro ſalute communi ſuſcepi & geſſi, [38] L. ille Torquatus, cùm eſſet [39] meus contubernali

[40] i

bat Senatui, ut vacationes tollerentur. Id ſignificat Cicero in Philip V. quum cenſet M. Antonium qui Brutum Mutinæ obſidebat, hoſtem patriæ judicandum: *Quamobrem*, inquit, *Patres conſcripti*, *Legatorum mentionem nullam cenſeo faciendam. Rem adminiſtrandam arbitror, ſine ulla mora & confeſtim gerendam cenſeo. Tumultum decerni, juſtitium indici, ſaga ſumi dico oportere, delectum haberi, ſublatis vacationibus in urbe & in Italia præter Galliam totam. Sine tumultu* igitur eſt, tumultu non decreto à Senatu. *Sylvius.*

36. *Quinque hominibus comprehenſis atque confoſſis.*] Neſcio an ultima vox pura. meliores enim Pall. *atque confeſſis.* quod minu fuerit invidioſum. Et ità certè ſcripſit Cicero; ut demum de ſupplicio loquatur periodo ſequenti. *Grut.*

37. *Internicione cives.*] Sic Mediol. Victor. & aliæ editione Sed uterque Franc. Dreſd. editio prima: *interemtione cives.* Proxime his accedit, quod in aliis libris ſe inveniſſe nonnulli teſtantur *interitione cives*, quod ex *interemtione* eſt corruptum. Vox minus trita fuit interpolata hic æque ac in oratione pro lege Manilia: *Teſtis eſt Gallia, per quam legionibus noſtris in Hiſpaniam iter Gallorum internecione patefactum eſt.* ubi itidem quidam codices, *internicione.* ut à *redimo redemtio*, ab *eximo exemtio* apud Varronem, ſic *ab interimo interemtio.* Grævius.

38. *L. ille Torquatus cum eſſet.*] Totum hunc locum fœde (u apparet) depravatum ita reſtituit Pantagathus: *L. iſte Torquatu cum eſſet meus contubernalis in conſulatu atque in prætura fuiſſet: cùm princeps, cum ſignifer eſſet juventutis, auctor, adjutor, particeps extitit: parens*, &c. Urſinus.

39. *Meus contubernalis in conſulatu.*] Ita tunc mos erat: ut adoleſcentes quotidiano convictu & ſermone clarorum virorum, adminiſtrandæ reipublicæ ſcientiam perciperent. Sic L. Gellius C. Carbonis in conſulatu contubernalis fuit: ut in Bruto. Sic M.

Co-

[40] in conſulatu, atque etiam in prætura fuiſſet, auctor, adjutor, particeps exſtitit: cùm princeps, cum auctor, cum ſignifer eſſet juventutis, parens ejus, homo amantiſſimus patriæ, maximi animi, ſummi conſilii, ſingularis conſtantiæ, cùm eſſet æger, tamen omnibus rebus illis interfuit: numquam eſt à me digreſſus: ſtudio, conſilio, auctoritate unus adjuvit plurimùm, cùm infirmitatem corporis animi virtute ſuperaret.

Videſne, ut eripiam te ex improborum ſubita gratia, & reconciliem bonis omnibus? qui te & diligunt, & retinent, retinebuntque ſemper: nec, ſi à me fortè deſciveris, idcirco te à ſe, & à republica, & à tua dignitate deſcere patientur. Sed jam redeo ad cauſam; atque hoc vos, judices, teſtor: mihi de memetipſo tam multa dicendi neceſſitas quædam impoſita eſt ab illo. Nam, ſi Torquatus Sullam ſolùm accuſaſſet: ego quoque hoc tempore nihil aliud agerem, niſi eum, qui accuſatus eſſet, defenderem: ſed cùm ille tota illa oratione in me eſſet invectus, & cùm initio, ut dixi, defenſionem meam auctoritate ſpoliare voluiſſet: etiam ſi dolor meus reſpondere non cogeret, tamen ipſa cauſa hanc à me orationem flagitaſſet. 35

XIII. ALLOBROGIBUS nominatum Sullam eſſe dicis. [41] Quis negat? ſed lege indicium; & vide, quemadmodum 36

Cœlius Q. Pompejo proconſuli contubernalis in Africam eſt profectus: ut in orat. pro ipſo. *P. Manut.*

40. *In conſulatu, atque etiam in prætura fuiſſet auctor.*] Coactus ſum obtemperare ſcripturæ Pal. noni, deletis intermediis, *cum ſignifer eſſet juventutis.* aliter hæc conſtituit Lambinus, ſed ex conjectura Henrici Stephani. *Grut.* Cujuſnam rei auctor & adjutor & particeps fuit in prætura Ciceronis Torquatus? Sic enim hæc accipienda ſunt, ſi interpungas ut interpunxit Gruterus. Verum diſtinctionum notæ ita ſunt collocandæ: *cum eſſet meus contubernalis in conſulatu, atque etiam in prætura fuiſſet; auctor, adjutor, particeps exſtitit*, (nimirum in Conſulatu, in comprimenda conjuratione Catilinæ) *cum princeps, cum ſignifer eſſet juventutis.* Perperam repetitum eſt in nono Palatino τὸ *auctor*, ut perperam in aliis libris vitio librariorum repetitum eſt, *cum ſignifer eſſet juventutis.* Non eſt autem *juventutis* militum, ut Sylvius explicat, quamvis *juvenes* pro militibus ſæpe poni non ignorem, ſed equeſtris ordinis. Sic *princeps juventutis* dicebatur, qui primus erat ex equitibus lectus à Cenſoribus, & in albo primo loco ſcriptus. *Græv.*

41. *Quis negat Sullæ indicium?*] Faërnus exiſtimabat gloſſema eſſe duo poſtrema verba: itaque delebat, *Sullæ indicium*, interrogationis nota ad verbum *Sullæ* adſcripta. Mihi Faërni conjectura placet, tametſi vulgata etiam lectio defendi aliquo modo poſſit: nam

P. CLXXIV. modum nominatus ſit. L. Caſſium dixerunt comme
raſſe, cum ceteris Autronium ſecum facere. Quæro, nu
Sullam dixerit Caſſius? [42] nuſquam. ſeſe ajunt quæſiſſe
Caſſio, quid Sulla ſentiret. Videte diligentiam Gallor
qui vitam hominum naturamque non noſſent, ac t
tum audiſſent, eos pari calamitate eſſe; quæſiveru
[43] eſſentne eadem voluntate? Quid tum? Caſſius ſi reſp
diſſet idem ſentire, & ſecum facere Sullam, tamen m
non videretur in hunc id criminoſum eſſe debere. Quid it
quia qui barbaros homines ad bellum impelleret, non
bebat minuere illorum ſuſpicionem, & purgare eos,
quibus illi aliquid ſuſpicarentur.

37 Non reſpondit [f] tamen unà facere Sullam. Etenim e
[f] tum MS. abſurdum, cùm ceteros ſua ſponte nominaſſet, ment
nem Sullæ facere nullam, niſi admonitum & interro
tum. niſi fortè veriſimile eſt, P. Sullæ nomen in memo
Caſſio non fuiſſe. ſi nobilitas hominis, ſi afflicta fortun
ſi reliquiæ priſtinæ dignitatis, non tam illuſtres fuiſſe
tamen Autronii commemoratio memoriam Sullæ retu
ſet. etiam, ut arbitror, cùm auctoritates principum co
jurationis ad incitandos animos Allobrogum collige
Caſſius, & cùm ſciret exteras nationes maximè nobilit
te moveri, non priùs Autronium, quàm Sullam nom
naſſet.

38 Jam verò illud probari minimè poteſt, Gallos, Aut

nam hìc *indicium* ſumitur pro nominatione Sullæ facta ab All
brogibus in indicio conjuratorum. Sed non qualiſcunque no
natio indicis, eſt indicium conjurati, ut ipſe infra late oſtend
quod Allobroges de eo quæſierint à Caſſio, Caſſium reſpondi
ſe neſcire, non tamen inter conjuratos indicatum, aut nomi
tum, neque ab illis, neque ab hoc. *Urſin.* *Quis negat? ſed l
indicium; & vide &c.*] Correxi eleganter è Turingicis, acce
batque prorſus proximè Pal. nonus. ne emendationem hanc ſi
adſcriberet Gulielmius, imputandum Zinzerlingo noſtro, qui p
dem ipſam oſtentavit in Promulſide ſua. *Grut.*

42. *Nuſquam. ſeſe &c.*] Ex Pal. nono & Turingico conſti
etiam hujus periodi ſententiam; cum antea falsò & obſcurè le
retur: *numquam ſeſe &c. calamitate qui fuerant, eſſe in eadem vol
tate.* Idem.

43. *Eſſentne eadem voluntate.*] Adſcribendum eſſe verbum *arb
trabantur*, aliudve quod ejuſdem ſignificationis puto, ad hanc ſe
tentiam. Videte diligentiam Gallorum, qui Autronium & S
lam nunquam viderant; de iis tantum audiverant: eos autem a
bitrabantur in eadem voluntate eſſe, propterea quod fuerant p
calamitate, id eſt, ſimul de ambitu damnati. *Sylvius.*

44. Cu

io nominato, putaſſe, propter calamitatis ſimilitudinem, i aliquid de Sulla eſſe quærendum: Caſſio, ſi hic eſſet eodem ſcelere, ne cùm appellaſſet quidem Autronium, jus [g] in mentem venire potuiſſe. Sed tamen quid reſpon- g nomen in MSS. de Sulla Caſſius? Se neſcire certum. Non [h] purgat, in- h pugnat MS. uit. Dixi antea: ne ſi argueret quidem tum denique, cùm ſſet interrogatus, id mihi criminoſum videretur.

Sed ego in [i] judiciis, & in quæſtionibus non hoc quæren- 39 P. B. um arbitror, num purgetur aliquis: ſed num arguatur. tenim cùm negat ſe ſcire Caſſius, utrùm ſublevat Sullam, i indiciis Lamb. n ſatis probat ſe neſcire? Sublevat apud Gallos. Quid ita? e indicent? Quid? ſi periculum eſſe putaſſet, ne ulli um- quam indicarent, de ſeipſo confeſſus eſſet? neſcivit. Cre- o, judices, [44] celatum eſſe Caſſium de Sulla uno. nam de ceteris certè ſciebat: & ea domi ejus pleraque conflata eſſe conſtabat. Qui negare noluit eſſe in eo numero Sul- lam, quo plus ſpei Gallis daret: dicere autem falſum non auſus eſt; neſcire dixit. Atqui hoc perſpicuum eſt, cùm is, qui de omnibus ſcierit, de Sulla ſe ſcire negarit; ean- dem vim eſſe negationis hujus, quàm ſi extra conjuratio- nem hunc eſſe, ſe ſcire dixiſſet. nam, cujus ſcientiam de omnibus conſtat fuiſſe, ejus ignoratio de aliquo, pur- gatio debet videri. Sed jam non quæro, purgetne Caſſius Sullam: illud mihi tantùm ſatis eſt, contra Sullam nihil eſſe indicio.

XIV. Excluſus hac criminatione Torquatus rurſus 40 in me irruit, me accuſat. [45] ait me aliter, ac dictum eſt, in tabulas publicas retuliſſe. O dii immortales! (vobis enim tribuam, quæ veſtra ſunt: nec verò poſſum [k] meo tantum k meo delet Grav. ingenio dare, ut tot res, [l] tantas, tam varias, tam repen- l tantas MS. tinas, in illa turbulentiſſima tempeſtate reipublicæ, mea ſponte [m] diſpexerim) vos profectò animum meum tum m deſpex. MSS. & edd. vett. conſervandæ patriæ cupiditate incendiſtis: vos me ab omni-

44. *Celatum eſſe Caſſium.*] Ab aliis conjuratis, aut à Catilina. *Celare*, ut ait Cicero in lib. de Officiis III. *eſt, quum quid tu ſcias, id ignorare emolumenti tui cauſa velis eos, quorum interſit id ſcire.* Sylvius.

45. *Ait me aliter ac dictum eſt.*] Fortaſſe legendum, *ait me aliter atque indicatum eſt*: ut infra novem poſt verſibus: *aliter indicata hæc eſſe diceret*. nihil tamen mutare auſus ſum: & in hoc *dictum eſt*, ſubintelligo, ab indicibus. ſic enim infra loquitur, *qui omnia indicum dicta, interrogata, reſponſa perſcriberet*: omnino, *indicatum eſt*, magis placet, *Lambinus*.

 46. *Ven-*

omnibus ceteris cogitationibus ad unam ſalutem reipubli-
cæ ⁿ convertiſtis: vos denique in tantis tenebris erroris
& ᵒ inſcientiæ clariſſimum lumen prætuliſtis menti meæ.

41 Vidi ego hoc, judices, niſi recenti memoria ſenatus,
auctoritatem hujus indicii monumentis publicis teſtatus eſ-
ſem, fore, ut aliquando non Torquatus, neque Torqua-
ti quiſpiam ſimilis (nam id me multum fefellit) ſed ut ali-
quis patrimonio naufragus, inimicus otii, bonorum hoſtis,
aliter indicata hæc eſſe diceret, quò facilius, [46] vento ali-
quo in optimum quemque excitato, poſſet in malis reipu-
blicæ portum ſuorum malorum aliquem invenire. itaque
introductis in ſenatum indicibus, conſtitui ſenatores, qui
omnia ᵖ indicum dicta, interrogata, reſponſa perſcribe-
42 rent. At quos viros? non ſolùm ſumma virtute & fide,
cujus generis in ſenatu facultas maxima: ſed etiam quos
ſciebam memoria, ſcientia, conſuetudine, & celerita-
te ſcribendi, facillimè, quæ dicerentur, perſequi poſ-
ſe: C. Coſconium, qui ᵠ tunc erat prætor: M. Meſſal-
lam, qui tum præturam petebat: P. Nigidium, App.
Claudium. credo eſſe neminem, [47] qui his hominibus

ⁿ *ita Græv. alii* contuliſtis.
ᵒ inſcitiæ *vett. edd.*
P.CLXXV.
ᵖ indicii *Pith.*
ᵠ tum *MSS.*

48 ad

46. *Vento aliquo in optimum quemque excitato.*] Ventum in ali-
quem excitare, eſt alicui negotium faceſſere, periculum creare,
adverſam fortunam excitare. *Sylvius.* Sententia eſt, quo facilius
bonis, qui recte de republica ſentirent, eamque ſalvam eſſe vel-
lent, in invidiam & diſcrimen adductis, tumultus, ſeditio, &
bellum civile oriretur, ubi rapiendi & inopiam ſublevandi a-
liorum opibus, aut ſaltem legum & judicum pœnas à ſuis capi-
tibus & fortunis avertendi facultas eſſet. His enim opus eſt bel-
lis civilibus, ut ait Cæſar apud Suetonium. His bellum civile ma-
lorum portus eſt. Illo enim durante non poſſunt in jus vocari à
creditoribus. Hos homines, & eorum voluntatem ac deſideria
pulchre deſcripſit Ariſtoteles v. Polit. 6. *Fiunt in republica muta-
tiones, cum homines per luxum ſua prodigunt atque conſumunt.* (hi ſunt
quos naufragos patrimonio dixit Cicero:) *tales enim res novas quæ-
runt: & aut ipſi dominationem affectant, aut ad eam alios vocant.* Hæc
non tam copioſe proſecutus eſſem, niſi alios hic ceſpitaſſe vi-
diſſem. *Grævius.*

47. *Qui his hominibus ad verè referendum, aut etiam ſcribendum,
aut fidem putet, aut ingenium defuiſſe.*] Repræſentavi quod erat in
Pal. nono & Turingico, excepto quod iis aberat, *aut etiam ſcri-
bendum*, quod nec in ullo mſſ. noſtrorum aut aliorum. Lambi-
nus de ſuo heic multa auctori largitus eſt. at vulgata præferebat,
*qui his omnibus aut verè referendis, aut etiam ſcribendis putet inge-
nium defuiſſe.* atque hoc ſtatim loco deficit Palatinus noſter no-
nus. *Grut.*

48. Aut

48 ad verè referendum, aut etiam ſcribendum, aut fidem
putet, aut ingenium defuiſſe.

XV. Quid deinde? quid feci? cùm ſcirem, ita
indicium in tabulas publicas relatum, ut illæ tabulæ priva-
ta tamen cuſtodia, more majorum, continerentur: non
occultavi, non continui domi, ſed deſcribi ab omnibus
ſtatim librariis, dividi paſſim, & r pervulgari atque edi r divulg. MS.
populo Romano imperavi. diviſi toti Italiæ, ſ emiſi in ſ alii diviſi.
omnes provincias: ejus indicii, è quo ſalus oblata eſſet
omnibus, expertem eſſe neminem volui.

Itaque dico, locum in orbe terrarum eſſe nullum, quo 43
in loco t populi Romani nomen ſit, quin eodem perſcri- t reip. nom. MS.
ptum hoc indicium pervenerit. In quo ego v tam ſubito, v tamen MSS.
& exiguo, & turbido tempore multa divinitus, ita ut dixi,
non mea ſponte, providi: primùm, ne qui poſſet tantum
aut de reipublicæ 49 aut de alicujus periculo meminiſſe,
quantum vellet: deinde, ne cui liceret umquam repre-
hendere illud indicium, aut temerè creditum criminari:
poſtremò, ne quid jam à me, ne quid ex meis commen-
tariis quæreretur: ne aut oblivio mea, aut memoria vide- B. B.
retur nimia: ne denique aut negligentia, turpis; aut dili-
gentia, crudelis putaretur.

Sed tamen abs te, Torquate, quæro, cùm indicatus 44
tuus inimicus eſſet, & eſſet ejus rei frequens ſenatus, &
recens memoria teſtis: tibi, meo familiari & contuber-
nali, priùs etiam edituri x fuerint indicium ſcribæ mei, ſi x ind. fuer. MSS.
voluiſſes, quàm in codicem retuliſſent: cùm videres ali-
ter fieri, cur tacuiſti? paſſus es? non mecum, aut cum
familiari meo queſtus es? aut, quoniam tam facilè invehe-
ris in amicos, iracundiùs, y aut vehementiùs expoſtulaſti? y ac MS.
Tu, cùm tua vox numquam ſit audita: cùm, indicio le-
cto, deſcripto, divulgato, quieveris, tacueris, repentè
tantam rem enuntiare audeas? & in eum locum z te dedu- z cum te Pith.
cas, ut antè, quàm me commutati indicii coargueris, te
ſummæ negligentiæ, tuo a judicio, convictum eſſe fa- a indicio Grav. & alii.
teare?

XVI. Mihi

48. *Aut vere referendis, aut etiam ſcribendis.*] Pantagathus legebat auctoribus manuſc. libris, *aut referendis fidem, aut recte ſcribendis*, &c. ſed in alio antiquo libro videtur rectius ſcriptum eſſe: *Qui his omnibus vere referendis aut memoriam putet, aut ingenium defuiſſe.* Urſin.

49. *Aut de alicujus periculo meminiſſet quantum vellet.*] Pantagathus poſt verbum *vellet* addebat, *ſed quantum eſſet in re.* Idem.

 50. *Niſi*

45 [1] XVI. MIHI cujuſquam ſalus tanti fuiſſet, ut meam negligerem? per me ego veritatem patefactam contaminarem aliquo mendacio? quemquam denique ego juvarem, à quo & crudeles inſidias in rempublicam factas, & in me potiſſimùm conſulem b conſtitutas, putarem? Quòd ſi jam eſſem oblitus ſeveritatis & conſtantiæ meæ, tamne amens eram, ut, cùm litteræ poſteritatis cauſa repertæ ſint, quæ ſubſidio oblivioni eſſe poſſent, ego recentem putarem memoriam cuncti ſenatus commentario meo poſſe ſuperari?

b conſtit. à MSS. addidit Grut.

46 Fero ego te, Torquate, jamdudum, fero: & nonnumquam animum incitatum ad ulciſcendam orationem tuam, revoco ipſe, & reflecto. permitto aliquid iracundiæ tuæ; do adoleſcentiæ; cedo amicitiæ, tribuo parenti. ſed, [50] niſi tibi aliquem modum tute conſtitueris: coges oblitum me noſtræ amicitiæ, habere rationem meæ dignitatis. [51] Nemo umquam me tenuiſſima ſuſpicione perſtrinxit, [52] quem non præverterim. Sed mihi hoc credas velim. non iis libentiſſimè ſoleo reſpondere, quos mihi videor facillimè poſſe ſuperare.

P. CLXXVI.

47 Tu, quoniam minimè ignoras conſuetudinem dicendi meam, noli hac nova lenitate abuti mea: noli aculeos orationis meæ, qui reconditi ſunt, excuſſos arbitrari: noli id putare omnino à me eſſe c amiſſum, ſi quid eſt tibi remiſſum atque conceſſum. cùm illæ valent apud me excuſa-

c omiſſum Gul.

50. *Niſi tibi aliquem modum tute conſtitueris.*] Longè ſic melius Turing. quàm vulgata *vitæ.* prodidit & iſtam correctionem è mſſ. Rubenius noſter Electorum cap. 3. *Grut.* Rubenius notat tantum de libro ſcripto. Et quum Gruterus unum Turingicum præſcribat, credi vult, utique vulgatam in Palat. libris exſtare. Unde vide an non illud *Tute tibi* oppido ſit Ennianum, & potius appareat Ciceronem ſcripſiſſe, *aliquem modum iræ*, quod pater margini ſuo adſcripſerat. *Gronov.*

51. *Nemo unquam me tenuiſſima ſuſpicione perſtrinxit, quem non præverterim.*] Quidam legunt, *perverterim:* ſed non ſatis recte, nam non eſſet neque boni, neque prudentis, eum qui ſe tenuiſſima ſuſpicione perſtrinxiſſet, pervertere, id eſt, penitus evertere. prævertere autem bonus & cautus vir non modo poteſt, ſed etiam debet: de quo honeſte gloriatur Cicero. *Urſin.*

52. *Quem non præverterim.*] Non debet iſtud mutari cum Lambino. *prævertit* qui occupat, inopinantemque antevenit evertitque. Turingicus heic etiam auctior voce, *ac perfregerim.* fortè *peregerim.* Rubenius eruit è ſuis, *non pertulerim, ac perfregerim.* quod primum mutat in *perculerim.* Grut.

53. Quem

uſtiones injuriæ tuæ, iratus animus tuus, ætas, amicitia noſtra: tum nondum ſtatuo, te virium ſatis habere, ut ego tecum luctari & congredi debeam. quòd ſi eſſes uſu atque ætate robuſtior: eſſem idem, qui ſoleo, cùm ſum laceſſitus. nunc tecum ſic agam, tuliſſe ut potius injuriam, 53 quàm retuliſſe gratiam videar.

48 XVII. Neque verò, quid mihi iraſcare, intelligere poſſum. ſi, quòd eum defendo, quem tu accuſas; [d] cur tibi quoque ipſe non ſuccenſeo, qui accuſes eum, quem ego defendo? Inimicum, inquis, accuſo meum. Et amicum ego defendo [e] meum. Non debes tamen quemquam in conjurationis quæſtione defendere. Immò nemo magis eum, de quo nihil eſt, [f] umquam ſuſpicatus, quàm is, qui de aliis multa [g] cogitavit. Cur dixiſti teſtimonium in alios? Quia coactus. Cur damnati ſunt? Quia creditum eſt. Regnum eſt, dicere in quem velis, 54 ac defendere quem velis. Immò ſervitus eſt, non dicere in quem velis, [h] ac defendere quem velis. Ac, ſi conſiderare cœperis, utrùm magis mihi hoc neceſſe fuerit facere, an iſtud tibi; intelliges, honeſtiùs te inimicitiarum modum ſtatuere potuiſſe, quàm me humanitatis.

d quid *MSS. & ed. pr.*
e meum *abeſt à MS.*
f unq. *addidit Grut. è MS.*
g cognovit *Lamb.*
h *Lamb.* nec.

49 [i] At verò cùm honos agebatur ampliſſimus familiæ veſtræ, hoc eſt, conſulatus parentis tui, ſapientiſſimus vir fami-

i An *MSS. & edd. quad.*

53. *Quam retuliſſe gratiam.*] Lambinus vere in eo fuit, ut expungeret *gratiam*, minus gratioſe. nam in eo lepos totius ſententiæ. *Gruterus.* *Referre gratiam* ulciſci. Senec. I. de Clem. 7. *Timent præterea contemtum, & non retuliſſe lædentibus gratiam infirmitas videtur non clementia.* Id. ep. 47. *Stare ante limen Calliſti dominum ſuum vidi, & eum qui illi impegerat titulum, qui inter rejicula mancipia produxerat, aliis intrantibus excludi. Retulit illi gratiam ſervus, &c. ipſe non judicavit ſua domo dignum.* Eſt enim gratia vox *μέσον* quia eſt bona & mala gratia. Terent. Phorm. IV. 3. *Cur non inquam Phormio vides inter vos, ſi hæc potius cum bona ut componantur gratia, quam cum mala?* Cicero II. ad Attic. 8. *Sciat Hieroſolymitanus traductor ad plebem, quam bonam meis putiſſimis orationibus gratiam retulerit.* Hic ponitur pro mala gratia. Senec. ep. 82. *Hoc certe juſtitia convenit ſuum cuique reddere, beneficio gratiam, injuria talionem, aut certe malam gratiam.* Apul. VI. Metam. *Tuis quidem lacrymoſis precibus commoveor, & opitulari cupio: ſed cognata mea malam gratiam ſubire nequeo.* Græv.

54. *Ac defendere quem velis.*] Videtur legendum, *ac non defendere*, &c. vel pro *ac*, ſcribendum *nec*, ut habet Lambinus, paulo poſt, *Familiariſſimis ſuis non ſuccenſuit pater tuus*, vel delendum *non* vel tollenda nota interrogationis poſt verbum *laudarent.* Urſin.

familiariſſimis ſuis non ſuccenſuit pater tuus, cùm Sullam & defenderent, & laudarent. Intelligebat, hanc nobis à majoribus eſſe traditam diſciplinam, ut nullius amicitiâ ad

P.B. propulſanda pericula impediremur. Et erat huic judicio longè diſſimilis illa contentio. tum, afflicto P. Sulla, conſulatus vobis pariebatur, ſicuti partus eſt: honoris erat certamen: ereptum repetere vos clamitabatis, ut victi in campo, in foro vinceretis. tum qui contra vos pro hujus ſalute pugnabant, amiciſſimi veſtri, quibus non iraſcebamini, conſulatum vobis eripiebant, honori veſtro repugnabant, & tamen id inviolata veſtra amicitia, integro officio, vetere exemplo atque inſtituto optimi cujuſque faciebant.

50 XVIII. Ego verò quibus ornamentis adverſor tuis? aut cui dignitati veſtræ repugno? Quid eſt, quod jam ab eo [k] expetas? honor ad patrem, inſignia honoris ad te delata ſunt. Tu ornatus [l] exuviis hujus, venis ad eum lacerandum, quem interemiſti: ego jacentem, & ſpoliatum defendo & protego. Atque hîc tu & reprehendis me, quia defendam, & iraſceris. Ego autem non modò tibi non iraſcor, ſed [m] ne reprehendo quidem factum tuum. Te enim exiſtimo tibi ſtatuiſſe, quid faciendum putares, & ſatis idoneum officii [n] judicem [o] poſuiſſe.

k expectas MS.
l ærumnis venis. edd. vett.
m neque MS.
n tui jud. MS.
o poſuit te Lamb.

51 At accuſat C. Cornelii filius, idemque valere debet, ac ſi pater indicaret. O patrem Cornelium ſapientem! qui, quod præmii ſolet eſſe [p] in indicio, reliquerit: quod turpitudinis in confeſſione, id per accuſationem filii ſuſceperit. Sed quid eſt tandem, quod indicat per iſtum puerum Cornelius? Si eſt cauſa mihi ignota, cum Hortenſio communicata: reſpondeat Hortenſius. ſin tu ais [55] illum comitatum Autronii & Catilinæ, cùm in campo, conſularibus comitiis, quæ à me habita ſunt, cædem facere voluerunt: Autronium tum in campo vidimus: &, quid dixi vidiſſe nos? ego vidi. vos enim tum, judices, nihil laborabatis, neque ſuſpicabamini. ego tectus præſidio firmo amicorum, Catilinæ tum & Autronii copias & conatum repreſſi.

p in delet Grav.

52 P.CLXXVII. Num quis eſt igitur, qui tum dicat in campum adſpiraſſe Sullam? Atqui ſi tum ſe cum Catilina ſocietate ſceleris conjunxerat, cur ab eo diſcedebat? cur cum Autronio non erat? cur in pari cauſa non paria ſigna reperiuntur criminis?

55. *Illum comitatum Autronii & Catilinæ.*] Sic muta: *Illo comitati Autronius & Catilina*: nihil vitii ſupererit. alioqui non explicabitur ſententia. *P. Manut.*

56. In-

…nis? Sed quoniam Cornelius ipſe etiam nunc de indi-…ndo dubitat, ut dicitis, [56] informat ad hoc adumbra-…r indicium, filium: quid tandem de illa nocte dicit, …m [57] inter falcarios [58] ad M. Leccam nocte ea, quæ con-…uta eſt poſterum diem nonarum Novemb. me conſule, …tilinæ denuntiatione convenit? quæ nox omnium tem-…orum conjurationis acerrima fuit atque acerbiſſima. Tum …atilinæ dies exeundi, tum ceteris manendi conditio, tum …ſcriptio totam per urbem cædis, atque incendiorum …nſtituta eſt: tunc tuus pater, Corneli, id quod tandem …iquando confitetur, illam ſibi officioſam provinciam q de-…popoſcit: ut, cùm prima luce conſulem ſalutatum veni-…et, intromiſſus meo more, & jure amicitiæ, me in meo …ectulo trucidaret.

q depoſcit *Pith.*

XIX. Hoc tempore, cùm arderet acerrimè con- 53
…juratio: cùm Catilina egrederetur ad exercitum; Lentu-…lus in urbe relinqueretur: Caſſius incendiis, Cethegus cæ-…di præponeretur: Autronio, ut occuparet Etruriam, præ-…ſcriberetur: cùm omnia ordinarentur, inſtituerentur, pa-raren-

56. *Informat ad hoc adumbratum indicium filium.*] Id eſt, inſtruit ad hanc rem, ad hanc cauſam, veriſimile, coloratum, &, ut vulgo dicunt, palliatum indicium. *Sylvius.* Pith. & Franc. prim. *informat ad hoc adumbratum indicium filii.* & ſic vetuſtiores editiones. quod perperam interpolarunt recentiores. *adhoc* ἀρχαϊκῶς ſcribitur pro *adhuc*. *Informat adumbratum indicium filii*, hoc eſt in filii illo ficto indicio inſtruendo & componendo adhuc laborat. Utrumque vocabulum *adumbratus* & *informo* eſt à pictorum arte petitum. *Adumbratio* eſt σκιαγραφία, cum lineæ modo extremæ umbræ, quam corpore in ſole faciunt, circumſcribuntur, ut Quintilianus ait. Unde Cicero I. de Nat. Deorum: *Cedo mihi iſtorum adumbratorum Deorum lineamenta atque formas.* Hinc *adumbratus* & *expreſſus* opponuntur. Ut in Tuſcul. III. *Gloria eſt ſolida quadam res expreſſa, non adumbrata.* Sic & *deformare* & *informare* eſt lineis in tabula formare & adumbrare ruditer ejus rei effigiem, quam expreſſuri & accurate deſcripturi aut facturi ſumus. Cicero I. de Orat. *At ego in ſummo oratore fingendo talem informabo, qualis fortaſſe nemo fuit.* Et I. ad Attic. I. *Petitorum hæc eſt adhuc informata cogitatio.* hoc eſt candidati tantum apud animos ſuos hæc formarunt conſilia, quæ num ſucceſſura ſint incertum eſt. *Gravius.*

57. *Inter Falcarios.*] Vicus hoc nomine Romæ fuit, ita dictus, quòd ibi erant falcarii: ut Priſcianus interpretatur. Orat. I. in Catil. *Dico te priori nocte veniſſe inter Falcarios in M. Læcæ domum.* P. Manut.

58. *Ad M. Læcam.*] Quidam pro *ad*, reponunt *apud*. Sed vulgata lectio ferri poteſt: nam *convenire ad aliquem*, id eſt, ad domum alicujus, Latine dici poteſt. *Urſin.*

59. Num

rarentur : ubi fuit Sulla, Corneli? num Romæ? Imm
longè abſuit. [59] num in iis regionibus, quò ſe Catilina i
ferebat? multo etiam longiùs. num in agro Camerti,
ceno, Gallico: quas oras maximè quaſi morbus quid
illius furoris pervaſerat? nihil verò minus. fuit enim,
jam antè dixi, Neapoli: fuit [1] in ea parte Italiæ, quæ ma-
ximè ea ſuſpicione caruit.

1 in deeſt in MSS.

54 Quid ergo indicat, aut quid affert, aut ipſe Corneli
aut vos, qui ab eo hæc mandata defertis? Gladiator
emptos eſſe, Fauſti ſimulatione, ad cædem ac tumultu
Ita prorſus: interpoſiti ſunt gladiatores, quos teſtamen
patris videmus deberi. [60] Arrepta eſt familia: quæ ſi eſſ
prætermiſſa, poſſet alia familia Fauſti munus præbere.
Utinam quidem hæc ipſa [61] non modò iniquorum invidiæ,
ſed

P. B.

59. *Num in iis regionibus, quò ſe Catilina inferebat.*] Vulgo *referebat*, ſed contra mſſ. noſtros omnes, in quibus tamen hærebat illud receptum *legionibus*; pro quo malui alterum; inventum alioquin in libris aliorum pluteariis. *Grut.* *Inferebat* omnes mei etiam confirmant. Sed *regionibus* nec in manu exarato, nec in edito ullo ante Victorii editionem legitur. Illa ſola, eamque ſecuta Gruteriana *regionibus* præ ſe fert. Si ex Mediceo codice probo. Sin ex conjectura, non laudo. Nam legiones, ſi ſic ſcripſit, Cicero intelligit, quas Catilina coëgerat, de quibus Salluſtius : *Catilina ex omni copia, quam ipſe adduxerat, & Mallius habuerat, duas legiones inſtituit.* Inſolentior quidem dicendi eſt ratio, *quo ſe Catilina inferebat*; ſed ſive *regionibus*, ſive *legionibus* legas, inſolentiam non minues. *Grævius.*

60. *Arrepta eſt familia.*] Rectius omnino Veneti: *At empta eſt familia.* Camerar. Objectio accuſatoris, repente gladiatores illos eſſe emptos, ad cædem ſcilicet ac tumultum. Solutio: At ii ſi empti non eſſent, alios emere potuit, quibus Fauſti munus præberet. Eſt autem brevi cum objectione brevis item conjuncta ſolutio: ut objectionis infirmitatem ſolutionis brevitas oſtendat. infertur enim ſolutio per prænomen, *qua*. nam cum dici poſſet: *At ea ſi eſſet prætermiſſa*: dicitur, *Qua ſi eſſet prætermiſſa.* Sic pro Archia: *At domicilium Romæ non habuit is, qui, tot annis ante civitatem datam, ſedem omnium rerum ac fortunarum ſuarum Romæ collocavit.* *Familia* ſervos hic deſignat. ſervi autem gladiatores, ideoque emuntur. *Arrepta*, properationem Sullæ ementis oſtendit: quod infra quoque confirmatur iis verbis : *Properatum vehementer eſt, cum longe tempus muneris abeſſet.* Ex quo miror, cum nec obſcuritatis, nec vitii ſententia quidquam habeat, cur nonnullis, locum mutare, & pro, *Arrepta*, reponere, *At empta*, in mentem venerit. *P. Manut.*

61. *Non modo inimicorum invidiæ, ſed & æquorum expectationi.*] Significat hanc gladiatorum familiam ejuſmodi fuiſſe, ut ab ea nihil metuendum fuerit, quum ipſa vix credatur poſſe æquorum expe-

...d & æquorum exſpectationi ſatisfacere poſſet! Properatum vehementer, cùm longè tempus muneris abeſſet. Quaſi verò tempus dandi muneris non valde appropinquaret. Nec-opinante Fauſto, cùm is neque ſciret neque vellet, familia eſt comparata.

55 At litteræ ſunt Fauſti, per quas ille precibus à P. Sulla petit, ut emat gladiatores, & ut hos ipſos emat: neque ſolùm ad Sullam miſſæ, ſed ad L. Cæſarem, Q. Pompejum, C. Memmium: quorum de ſententia tota res geſta eſt. At præfuit familiæ ſ Cornelius. Jam ſi in comparanda familia ſuſpicio eſt nulla: quòd præfuit, nihil ad rem pertinet. Sed tamen munere ſervili obtulit ſe ad ferramenta proſpicienda: præfuit verò numquam: eaque res per t Balbum, Fauſti libertum, omni tempore adminiſtrata eſt.

ſ Cornel. *Manut. & Lamb. delent.*

t *ita Gul. alii* Bellum.

56 XX. [62] AT ENIM Cincius eſt ab hoc in ulteriorem Hiſpaniam miſſus, ut eam provinciam perturbaret. Primùm Cincius, judices, L. Julio, C. Figulo, conſulibus, profectus eſt aliquanto ante furorem Catilinæ, & ante ſuſpicionem hujus conjurationis: deinde eſt profectus non tum primùm, ſed cùm in iiſdem locis aliquanto antè eadem de cauſa aliquot annos fuiſſet. ac profectus eſt non modò ob cauſam, ſed etiam neceſſariam cauſam, [63] magna ratione cum Mauritaniæ rege contracta. Tum autem, illo profecto, Sulla procurante ejus rem & gerente, plurimis & pulcherrimis P. Cincii prædiis venditis, æs alienum ejuſdem diſſolutum eſt: ut, quæ cauſa ceteros ad facinus impulit, cupiditas retinendæ poſſeſſionis, ea Cincio non fuerit præliis v deminutis.

v *alii* dimin.

P.CLXXVIII.

57 Jam verò illud quàm incredibile? quàm abſurdum? qui Romæ cædem facere, qui hanc urbem inflammare vellet, eum

expectationi ſatisfacere, quum depugnabit in ludis funebribus, quos Fauſtus in honorem patris faciet. Mos enim erat, ut in honorem virorum clariſſimorum funebres ludi celebrarentur, iiſque gladiatores adhiberentur. Ut Scipionem ad vota diis ſolvenda, munuſque gladiatorium, quod mortis cauſa patris patrui paraverat, anno poſt eorum mortem ſexto rediiſſe Carthaginem, Tit. Livius lib. XXVIII. ſcribit. *Sylv.*

62. *At enim Cincius.*] Noſtrûm quidam *Siccius*, quod & in Turingico: & Suffridus Petrejus eundem putat, quem bello Africo Hirtius, ſive quis alius eſt, nominat. *Grut.*

63. *Magna ratione &c.*] Subintellige *pecuniaria.* malè enim ii codd. ſcripti, qui ſufficiunt, *magna ratione pecunia*; neque ea vox reperta in mſſ. melioribus. *Idem.*

64. *Sine*

eum familiariſſimum ſuum dimittere ab ſe, & mandare ultimas terras? x utrùm quò faciliùs Romæ ea, quæ con batur, efficeret, ſi in Hiſpania turbatum y eſſet? At ha ipſa per ſe 64 ſine ulla conjunctione agebantur. An in tan tis rebus, tam novis conſiliis, tam periculoſis, tam turbu lentis, hominem amantiſſimum ſui, familiariſſimum, con junctiſſimum officiis, uſu, conſuetudine, dimittendum eſſe arbitraretur? z veriſimile non eſt, ut, quem in ſe cundis rebus, quem in otio ſecum ſemper habuiſſet, hun in adverſis, & in eo tumultu, quem ipſe comparabat, a ſe dimitteret.

x vinum *Pith.*
y iſſet *Idem.*
z *Lamb. delet tres ſeqq. voces.*

58 Ipſe autem Cincius (non enim mihi deſerenda eſt cauſ amici veteris atque hoſpitis) is homo eſt, aut ea familia ac diſciplina, ut hoc credi poſſit, eum bellum a reipublic facere voluiſſe? ut, cujus pater, cùm ceteri deficerent fi nitimi ac vicini, ſingulari exſtiterit in rempublicam no ſtram officio & fide, is ſibi nefarium bellum contra pa triam ſuſcipiendum putaret? cujus æs alienum videmus judices, non libidine, ſed negotii gerendi ſtudio eſſe con tractum: qui ita Romæ debuit, ut in provinciis, & i regnis maximæ ei pecuniæ deberentur: quas cùm peteret non commiſit, ut ſui procuratores quidquam oneris, ab ſente ſe, ſuſtinerent: venire omnes ſuas poſſeſſiones, & patrimonio ſe ornatiſſimo ſpoliari maluit, quàm ullam mo ram cuiquam fieri creditorum ſuorum.

a Pop.Romano *Gul.*

59 A quo quidem genere, judices, ego numquam timui cùm in illa reipublicæ tempeſtate verſarer. illud erat genus hominum horribile & pertimeſcendum, qui tanto amo re ſuas poſſeſſiones amplexi tenebant, ut ab his membra di-

64. *Sine ulla conjunctione agebantur.*] Quid ſibi hæc velint, *ſin ulla conjunctione*, non video. quid ſi legendum dicamus, *ſine ull coitione?* quid ſi, *ſine ulla concitatione?* Lambinus. Dreſd. *At ipſ per ſe ſine ulla conjunctione agebantur.* Mediolan. ed. *At ipſa per ſine ulla conjunctione agebatur.* Si fuiſſet tum quidam tumultus a bellum in Hiſpania, facile Mediolanenſis editionis lectionem am plecterer, cujus hæc poſſit eſſe ſententia. Ipſa per ſe Hiſpania ſi ne inſtinctu Cincii agebatur, ſive agitabatur ad rebellandum novas res moliendas. Sed non tam dure & obſcure Cicero ſcr bit, ne dicam in Hiſpania, Sertorio diu ante interfecto, fuiſſ omnia tranquilla. Locus eſt corruptus. Nulla idonea ſententi ex editis poteſt elici. Nam ſi *hæc ipſa* capias de iis quæ molieb tur Sulla in urbe, ut arguebant ejus inimici, quid ſibi volun *per ſe agebantur ſine conjunctione*, ſive ſubaudias Cincii, ſive Hiſp niæ? *Gravius.*

65. Pom-

divelli citiùs ac diſtrahi poſſe diceres. Cincius numquam ſibi cognationem cum prædiis eſſe exiſtimavit ſuis. itaque ſe non modò ex ſuſpicione tanti ſceleris, verum etiam ex omni hominum ſermone, non armis, ſed patrimonio ſuo vindicavit. P. B.

60 XXI. Jam verò, quòd [b] ſubjicit, [65] Pompejanos eſſe à Sulla impulſos, ut ad iſtam conjurationem, & ad hoc nefarium facinus accederent: id cujuſmodi ſit, intelligere non poſſum. An tibi Pompejani conjuraſſe videntur? quis hoc umquam dixit? aut quæ fuit iſtius rei vel minima ſuſpicio? disjunxit, inquit, eos à colonis, ut, hoc [c] diſcidio ac diſſenſione facta, oppidum in ſua poteſtate poſſet & Pompejanos habere. Primùm, omnis Pompejanorum colonorumque diſſenſio, delata ad patronos eſt, cùm jam inveteraſſet, ac multos annos eſſet exagitata: deinde ita à patronis res cognita eſt, ut nulla in re à ceterorum ſententiis Sulla diſſenſerit: poſtremò coloni ipſi ſic intelligunt, non Pompejanos à Sulla magis, quàm ſeſe eſſe defenſos.

b objicit *MSS.*

c diſſidio *alii.*

61 Atque hoc, judices, ex hac frequentia colonorum, honeſtiſſimorum hominum, intelligere poteſtis: qui adſunt, laborant: hunc patronum, defenſorem, cuſtodem illius coloniæ, [66] ſi in omni fortuna, atque [d] omni honore incolumem habere non potuerunt, in hoc tamen caſu, quo afflictus jacet, per vos tutari conſervareque cupiunt. Adſunt pari ſtudio Pompejani, qui ab illis etiam in crimen vocantur: [67] qui ita de ambulatione, & de ſuffragiis ſuis cum colo-

d in omni *alii.*

65. *Pompejanos.*] Pompeji oppidum fuit in Campania, prope Neapolim. Ii à populo Romano devicti, parte agri multati ſunt. Eò à Triumviris, in quibus P. Sulla erat, colonia deducta eſt. Inter Pompejanos & Colonos exorta ſeditio eſt, quod nollent Pompejani Colonis tantum jus ſuffragii ferendi ac magiſtratus gerendi eſſe, quantum ſibi. Hanc ſeditionem à Sulla excitatam dixit Torquatus, ut Pompejanos in ſua poteſtate haberet, iiſque ad hanc conjurationem uteretur. *Sylvius.*

66. *Si in omni fortuna, atque omni honore.*] Nam de ambitu condemnatus eſt. *Idem.* Pith. uterque Franc. Dreſd. Pith. ed. prima: *Si in omni fortuna atque in omni honore.* Cur poſteriores particulam hanc ſpreverint neſcio. Iidem libri ſtatim, ut & Mediolan. *per vos tutari conſervarique cupiunt*, quam lectionem ſi recipiamus, *tutor* paſſive ponitur, quod Priſcianus lib. VIII. affirmat, qui ait *tuor* & *tutor* tam active, quam paſſive ſumi. vid. Voſſii de Analogia lib. III. cap. 6. *Grævius.*

67. *Qui ita de ambulatione & de ſuffragiis.*] Antea legebamus, *ambitione*; non fide mſſ. aut veterum editionum, ſed Critici alicujus.

colonis diſſenſerunt, ut idem de communi ſalute ſentire
62 Ac ne e hæc quidem P. Sullæ mihi videtur ſilentio præt
eunda f eſſe virtus, quòd, cùm ab hoc illa colonia ded
ũcta ſit, & cùm commoda colonorum à fortunis Pompe
norum reipublicæ fortuna g dijunxerit, ita carus utriſq
eſt atque jucundus, ut non alteros h demoviſſe, ſed utro
que conſtituiſſe videatur.

XXII. At enim & gladiatores & omnis iſta vis ro
gationis Cæciliæ cauſa comparabantur. atque i in hoc lo
co in L. Cæcilium, k pudentiſſimum atque ornatiſſimu
virum, vehementer invectus eſt: cujus ego de virtute
conſtantia, judices, tantum dico; talem hunc in iſta ro
gatione, quam promulgavit, non de tollenda ſed de le
vanda calamitate 68 fratris ſui, fuiſſe, ut l conſultum e
voluerit fratri: tamen m cum republica pugnare noluer
promulgarit impulſus amore fraterno, deſtiterit fratris au
ctoritate deductus.

63 Atque in ea re per L. Cæcilium Sulla accuſatur, 69 in qu
re eſt uterque laudandus. 70 primùm Cæcilius, * qui
pro

e hoc MS.
f eſſe *abeſt à MS.*
g diviſerit *alii.*
h dimoviſſe *alii.*
P. CLXXIX.
i in *deeſt in MSS.*
k prudent. *alii.*
l conſulere vol. *alii.*
m eum *quad. edd.*

cujus. Certè alteram ſcripturam inveni in omnibus Pall. reperit
que in Busb. & S. Vict. Gulielmius, ut etiam in Memmiano Lam
binus; qui tamen quærit, quidnam heic ſibi velit? Gulielmiu
interpretatur *porticum*; ut in ipſo Cicerone ſæpe aliàs. & Catullo
In Magni ſimul ambulatione. De porticu ergo diſſenſere cum coloni
Pompejani. qua de cauſa paullò poſt Turingicum libenter ſecu
ſumus, Palatinoſque omnes; in quibus *reip. fortuna*, non *popu
Rom.* quod ne quidem in antiquitus cuſis. accipiendaque reſpub
Pompejorum, diſtracta disjunctione veterum novorumque inco
larum. fuiſſe autem hominum iſtud genus naturâ turbidum, hau
riamus etiam ex Tacito lib. XIV. Annal. cap. 13. *Grut.*

68. *Fratris ſui.*] P. Sullæ. Sulla Cæcilii frater fuit; vel qui
ex eadem matre nati ſunt. Servius in libro Commentariorum i
Æneida Virgilii, ex Varrone ſcribit, *Fratres germanos appellari eo
qui ſint ex eadem matre, quamvis ex eodem patre non ſint:* ut fuſi
pro A. Cluentio ſcribimus. Vel quia alter alterius ſororem in ma
trimonium habuit. Ut Cicero pro Domo ſua, & de Reſponſis A
ruſpicum, Q. Metellum, P. Clodii fratrem appellat. quod ſoror
ejus maritus fuerit. *Sylvius.*

69. *In qua re eſt uterque laudandus; primum Cæcilius, qui id pro
mulgarit, in quo res judicatas videbatur voluiſſe reſcindere; ut ſtatu
retur: Sulla recte reſpondit: ſtatus enim.*] Locum aperte corruptum
ita Pantagathus reſtituebat: *In qua re eſt utique laudandus per eum
Cæcilius, qui ſi promulgarit, in quo res judicatas videbatur volu
reſcindere, ut reſtitueretur Sulla, recte reprehendis; ſtatus enim.* &c
Urſin.

70. *Primùm Cæcilius &c.*] Malui locum notare aſteriſco; quia
id

promulgarit, in quo res judicatas videbatur voluiſſe reſcindere, [71] ut ſtatueretur: Sulla rectè reprehendit. Status enim reipublicæ maximè judicatis rebus continetur. neque ego tantum fraterno amori dandum arbitror, ut quiſquam ſalute ſuorum conſulat, communem relinquat. Nihil de judicio ferebat. Sed pœnam ambitus [n] eam ferebat, quæ nuper erat nuper ſuperioribus legibus conſtituta. itaque hac rogatione, non judicum ſententiam, ſed legis vitium corrigebat. Nemo judicium reprehendit, cùm de pœna queritur, ſed legem. damnatio enim eſt judicum, quæ manebat: pœna, legis, quæ levabatur. Noli igitur animos eorum ordinum, quæ præſunt judiciis ſumma cum gravitate & dignitate, alienare à cauſa. nemo labefactare judicium eſt conatus. nihil eſt ejuſmodi promulgatum. Semper Cæcilius in calamitate fratris ſui, judicum poteſtatem [o] perpetuandam, legis acerbitatem mitigandam putavit. 64

n auferebat *Lamb.*

o perpetuam quandam leg. *MS.*

XXIII. Sed quid ego de hoc plura diſputem? Dicerem fortaſſe, & facilè & libenter dicerem. Si paullò etiam longiùs, quàm finis quotidiani officii poſtulat, pietas & fraternus amor L. Cæcilium [p] protuliſſet; implorarem ſenſus veſtros: uniuſcujuſque indulgentiam in ſuos teſtarer: peterem errato veniam L. Cæcilii ex intimis veſtris cogitationibus, atque ex humanitate communi. Lex dies fuit propoſita paucos: ferri cœpta [q] numquam: [r] poſita eſt in ſenatu, [72] populum Romanum latuit. cùm in . . . Capi- 65

p propuliſſet *Gul.* P. B.

q nunq. eſt *alii.*

r depoſita *Gul.*

admittere Memmiani codicis ſcripturam Lambini conjectura ferruminatam. Erat viri probi ſeorſim exhibere codicis mſ. lectionem, & ſic deinde ſubjicere divinationem ſuam. Noſtri Palatini octo nihil variant, niſi quod ſept. *Cæcilium.* Henr. Stephanus laudat è mſ. *Primum Cæcilius qui id primum promulgavit, quo fratris caſum levare poſſet: quem quia res judicatas &c.* quod ſanè admiſiſſem, ſi tale quid offendiſſem in noſtris, aut ulla veteri editione. interim uno ſtare libro, & tali quidem, qui nunquam forte fuit in rerum natura, non eſt noſtrûm. vix oculis meis credo, nedum ut linguæ alienæ. *Gruter.*

71. *Ut ſtatueretur: Sulla reprehendit.*] Pro *ſtatueretur* habet ſcriptus liber *tueretur:* à qua ſcriptura, quod nimis recedit amici mei conjectura, eo mihi minus placet, qui putat legendum eſſe, *in fratre tum Sulla, qui de ſe reprehenderit.* paulo poſt, *Ut quiſquam ſaluti ſuorum conſulat*, legit Ant. Auguſtinus pro, *de ſalute.* Urſin.

72. *Populum Romanum latuit.*] Quomodo populum Romanum latuit, cum fuit propoſita, ſive ut paullo ante loquitur, promulgata: *In iſta rogatione, quam promulgavit.* Quid enim eſt proponere aut promulgare legem, quam in tabella deſcriptam in publico loco affigere, & legendam per trinundinum omnibus exhibere,

 ut

Capitolium nos ſenatum convocaſſemus, nihil eſt actum prius: & id [f] mandato Sullæ Q. Metellus [t] prætor ſe loqui dixit, Sullam illam [v] rogationem de ſe nolle ferri. Ex illo tempore L. Cæcilius multa de republica egit: agrariæ legi, quæ tota à me reprehenſa & abjecta eſt, 73 interceſſorem fore profeſſus eſt: improbis largitionibus reſtitit: ſenatus auctoritatem numquam impedivit: ita ſe geſſit in tribunatu, ut, onere depoſito domeſtici officii, nihil poſtea niſi de reipublicæ commodis cogitarit.

f mandatu *Grav.*
t pater *MSS.*
v cognitionem *Pith.*

66 Atque in ipſa rogatione, ne per vim quid ageretur, quis [x] tamen noſtrûm Sullam aut Cæcilium verebatur? nonne [y] omnis ille terror, omnis ſeditionis timor atque opinio, ex Autronii improbitate pendebat? ejus voces, ejus minæ ferebantur: ejus adſpectus, concurſatio, ſtipatio, greges hominum perditorum, 74 metum nobis ſeditioneſque affe-

x tandem veſtrûm *Lamb.*
y omn. i. terr. *abeſt à quibuſd. edd.*

ut cives poſſent examinare & perpendere, num trinundino elapſo, roganda ſit lex promulgata, nec ne? Præterea Cicero non ſcripſiſſet: *Populum Romanum latuit*, ſed more Latino, uti in aliis locis dixit, ut vidimus in Catilinariis, *populo Romano latuit*. Locus eſt valde contaminatus, quod & MSS. & veteres arguunt editiones. Franc. ſecundus & editio prima: *Nunquam poſita eſt in ſenatu: relaturi cum in Capitolium nos ſenatum convocaſſemus.* Pith. *poſita eſt in ſenatu, r. lati cum in Capitolium.* Mediolanenſis editio: *ferri capta: nunquam poſita eſt in ſenatu. rogatio lata eſt. cum in Capitolium nos ſenatum convocaſſemus.* Victor. editio: *ferri capta, nunquam poſita eſt in ſenatu, populum Romanum latuit.* Cum diu de hoc loco cogitaſſem, animadverti hæc verba, *poſita eſt in ſenatu, populum Romanum latuit*, eſſe ſpuria, & ſuppoſititia, ut non tantum ſententia & Romani ſermonis integritas flagitat: (Quid enim eſt *ponere*, aut *deponere legem in ſenatu?* quomodo potuit populo Romano latere quod propoſitum eſt?) ſed & veteres, uti vidimus, libri, in quibus *pop. Rom. latuit* non legitur. Videntur autem irrepſiſſe, cum oſcitantia librarii repetita eſſet vox *poſita* ex præcedente verſu: *lex dies fuit poſita paucos*, ſic enim pro *propoſita* legitur in Pithœano, & itidem repetita vox *ſenatum* ex ſequente verſu. Forte margini fuit adſcriptum *rogatio*, quod eſt in Mediolanenſi. Spero omnes, qui judicio valent, mihi, ubi hæc verba ineptiſſima recte conſideraverint, aſſenſuros. Delere tamen nondum auſus ſum, quia *poſita eſt in ſenatu* in omnibus codicibus legitur. Si vel unus melioris notæ illa non agnoviſſet, uti nonnulli non agnoſcunt ſequentia *populum Romanum latuit*, ea deleviſſem. Nunc & hic pannus purpuræ Tullianæ, ut multi alii, adſutus eſt ferendus. *Gravius.*

73. *Interceſſorem fore profeſſus eſt.*] Veneti & alii, *perpeſſus eſt.* Camerar.

74. *Metum nobis ſeditioneſque afferebant.*] Non bene vir doctus malit: *metum nobis ſeditionis afferebant*, contra libros veteres. Eſt

et

afferebant. Itaque P. Sulla, hoc importuniſſimo tum, ho-
noris tum etiam calamitatis, ſocio atque comite, & ſe-
cundas fortunas amittere coactus eſt, & in adverſis ſine ul-
lo remedio atque allevamento permanere.

XXIV. HIC TU epiſtolam meam ſæpe recitas, quam 67
ego ad Cn. Pompejum de meis rebus geſtis, & de ſumma
reipublicæ miſi; & ex ea crimen aliquod in P. Sullam quæ-
ris: z &, ſi furorem incredibilem biennio antè conceptum,
erupiſſe in meo conſulatu ſcripſi, me hoc demonſtraſſe di-
cis, Sullam in illa fuiſſe ſuperiore conjuratione. Scilicet is
ſum, qui exiſtimem, Cn. Piſonem, & Catilinam, & Var-
guntejum, & Autronium nihil ſcelerate, nihil audacter
ipſos per ſeſe ſine P. Sulla facere potuiſſe. P. CLXXX.

z ubi ſi *aut* quia *MSS.*

De quo etiam ſiquis dubitaſſet antea, num, id quod tu 68
arguis, cogitaſſet, interfecto patre tuo, conſule, 75 deſcen-
dere Kalendis Januariis cum lictoribus: ſuſtuliſti hanc ſuſpi-
cionem, cùm dixiſti, hunc, ut Catilinam conſulem effi-
ceret, contra patrem tuum 76 operas & manum compa-
raſſe. Quod ſi tibi ego a confiteor, tu mihi concedas ne-
ceſſe eſt, hunc, cùm Catilinæ ſuffragaretur, nihil de ſuo
conſulatu, quem judicio amiſerat, per vim recuperando
cogitaviſſe. neque enim iſtorum facinorum tantorum tam
atrocium crimen, judices, P. Sullæ perſona b ſuſcipit. Jam 69
enim faciam, criminibus omnibus ferè diſſolutis, contrà,
atque in ceteris cauſis fieri ſolet, ut nunc denique de vita
homi-

a confitebor *alii.*

b ſuſcepit *MS.*

ἓν διὰ δυοῖν, *metum ſeditioneſque* pro *metum ſeditionis.* ut apud Juſti-
num lib. II. *Lana iis ac veſtium uſus ignotus.* hoc eſt lanearum ve-
ſtium. *Gravius.*

75. *Deſcendere.*] In forum. Sic enim loquebantur, quia nobilio-
res in collibus habitabant. tale illud Phil. XIV. *Scitis enim, per hos
dies creberrimum fuiſſe ſermonem, me per idus Quinct. qui dies hodie
eſt, cum faſcibus deſcenſurum.* Et ad Attic. lib. IV. *Cum ſacra via
deſcenderem.* P. Manut.

76. *Operas.*] Ut *ſervitia & miniſteria in numero tantum plurali
pro ſervis & miniſtris dici*, Valla libro IV. ſcribit, ita apud Cice-
ronem ſæpe invenire licet *operas* dici pro operariis, quos condu-
cere ſolebant, qui vim aliquam moliebantur. Ut in Vatinium
teſtem: *An erit hac optio & poteſtas tua, ut quum Clodianas operas
& facinoroſorum hominum manum videris, Milonem dicas gladiatoribus
& beſtiariis obſediſſe rempublicam.* Et pro Domo ſua: *Conſulari ho-
mini P. Clodius everſa republica civitatem adimere potuit, concilio ad-
vocato, conductu operis non ſolum egentium, ſed etiam ſervorum.* Et
pro P. Seſtio: *Qui adeſſe nobiliſſimos adoleſcentes, honeſtiſſimos equi-
tes Romanos deprecatores ſalutis meæ juſſerit, eoſque operarum ſuarum
gladiis & lapidibus objecerit.* Sylvius.

hominis ac de moribus dicam. Etenim de principio ſtuduit animus occurrere magnitudini criminis, ſatisfacere exſpectationi hominum; [77] de me aliquid ipſo, qui accuſatus eram, dicere. nuncjam revocandi eſtis eò, quò vos ipſa cauſa, etiam tacente me, [78] cogit animos menteſque convertere.

XXV. Omnibus in rebus, judices, quæ graviores majoreſque ſunt, quid quiſque voluerit, cogitarit, admiſerit, non ex crimine, ſed ex moribus ejus, qui arguitur, eſt ponderandum. Neque enim poteſt quiſquam noſtrûm ſubitò fingi, neque cujuſquam repentè vita mutari, aut na-
70 tura converti. Circumſpicite paulliſper mentibus veſtris, ut alia omittamus, hoſce ipſos homines, qui huic affines ſceleri fuerunt. Catilina contra rempublicam conjuravit. Cujus aures umquam hoc reſpuerunt, [c] conatum eſſe, hominem [d] uſque à pueritia non ſolùm intemperantia & ſcelere, ſed etiam conſuetudine & ſtudio in omni flagitio, ſtupro, cæde [e] verſatum? quis eum contra patriam pugnantem periiſſe miratur, quem ſemper omnes ad civile latrocinium natum putaverunt? Quis Lentuli ſocietates cum indicibus, quis inſaniam libidinum, quis perverſam atque impiam religionem recordatur, qui illum [79] aut nefariè cogitaſſe, aut ſtultè ſperaſſe miretur? Quis de C. Cethego, atque ejus in Hiſpaniam profectione, ac de vulnere Q. Metelli Pii cogitat, cui non ad illius pœnam carcer ædificatus eſſe videatur? omitto ceteros, [f] ne ſit infinitum.

c contaminatum *alii.*
d uſque *non eſt in Pith.*
e graſſatum *MS.*
P. B.
f ne cui *MS.*

71 Tantum à vobis peto, ut taciti de omnibus, quos conjuraſſe cognitum eſt, cogitetis. intelligetis, unumquemque illorum priùs à ſua vita, quàm noſtra ſuſpicione eſſe damnatum. Ipſum illum Autronium (quoniam ejus nomen

77. *De me aliquid ipſo, qui accuſatus eram.*] Gratia Zinzerlingo qui propius inſpexit codicem Turingicum, hancque inde eruit ſcripturam minimè tenebroſam. prius enim habebamus, *aliquid, & de ipſo qui accuſatus eſt*; cùm interim nihilo melius mſſ. noſtri, *aliquid. de ipſo qui accuſatus erat.* in quo mirè ſe torſit Gulielmius, dum indulget conjecturis. *Grut.*

78. *Cogit animos menteſque convertere.*] Clauſula iſthæc eſt ab Erfurd. prius enim vulgati, *cogit, animis*, ceteris excluſis. *Idem.*

79. *Aut nefariè cogitaſſe, aut ſtultè ſperaſſe miretur?*] Ita venuſtiſſimè Turingicus, Nefariè cogitarat patriæ everſionem, ſtultè ſperarat regnum &c. vulgata *aut nefariè aut ſtultè cogitaſſe miretur!* Idem.

80. Non

[mea] finitimum maximè eſt hujus periculo & crimini) [80] non ſua hæc vita convincit? ſemper audax, petulans, libidinoſus. [81] quem in ſtuprorum defenſionibus non ſolum verbis uti improbiſſimis ſolitum eſſe ſcimus, verùm etiam pugnis & calcibus: quem [82] exturbare homines è poſſeſſionibus, cædem facere vicinorum, ſpoliare fana ſociorum, [83] vi conatum & armis diſturbare judicia, in bonis rebus omnes contemnere, in malis pugnare contra bonos, non reipublicæ cedere, non fortunæ ipſi ſuccumbere. hujus ſi cauſa non manifeſtiſſimis rebus teneretur, tamen eum mores ipſius ac vita convincerent.

XXVI. [84] AGEDUM, conferte nunc cum [g] illius vita vitam P. Sullæ, vobis populoque Romano notiſſimam, judices, & eam ante oculos veſtros proponite. 72
Ecquod hujus factum aut commiſſum, non dicam audacius, ſed quod cuiquam paullò minus conſideratum videretur [h]? factum quæro. verbum ecquod umquam ex ore hujus excidit, unde quiſquam poſſet offendi? At verò in illa gravi L. Sullæ victoria, turbulentaque, quis P. Sulla mi-

g illis vitam P. Sullæ. *Grav. & alii.*

h *in aliis aliter ponitur nota interr.*

80. *Non ſua conſuetudo ac vita convincit.*] Alii, *non ſua hac vita convincit:* ſed Venetæ ſcripturæ aſſentior, *non ſua anteacta vita convincit.* Camerar. *Non ſua hac vita convincit.*] Vulgata, *non ſua conſuetudo ac vita convincit.* malè, certè contra editionem anni ccccLXXXIII. & Pall. octo. quos ſi liberet excutere; multa tollerem adhuc ſphalmata. nunc iſtud moneo tantùm: ne arbitrentur homines, Ciceroni nihil jam amplius addi, nihil auferri poſſe. imò nullo auctore hodiernam in diem utimur vitioſiore. *Grut.*

81. *Quem in ſtuprorum defenſionibus.*] *Deterſionibus* Pantagathus. *Urſin.*

82. *Exturbare homines.*] Id eſt, vi ejicere. Ut Actione in Verrem IV. *Num etiam patriis Heraclium bonis exturbare oportuit?* Et pro A. Cluentio: *Lectum illum genialem, quem biennio ante filia ſua nubenti ſtraverat, in eadem domo ſibi ornari & ſterni, expulſa atque exturbata filia, jubet.* Et pro L. Murena, *exturbare à civitate* dixit, pro eo quod dicunt facere civem, multari exilio: *Magnum eſt*, inquit, *te comparare ea, quibus poſſis hominem è civitate, præſertim non inopem, neque infirmum exturbare.* Sylvius.

83. *Vi conatum & armis.*] Lambinus delet vocem *conatum*, pro qua in manuſcripto eſt, *conatu.* Urſin.

84. *Agedum, conferte.*] Haud aliter Pal. pr. Lambinus enim *Agitedum*, præter libros. ſicque Propertius: *En agedum, dominæ mentem convertite noſtræ &c.* quamquam velim mihi ignoſcat lector, ſi deinceps rarius annotem mutationes ejus temerarias. ubi ab eo recedo; ſciat fieri fide membranarum veterum. nam hiſce immorari, nullum video operæ pretium. *Grut.*

 85. *Mul-*

mitior? quis miſericordior inventus eſt? quàm [85] multo-
rum hic vitam eſt à L. Sulla deprecatus? [quam multi ſunt
ſummi homines, & ornatiſſimi, & noſtri, & equeſtris
ordinis, quorum pro ſalute ſe hic Sullæ obligavit?] quos
ego nominarem: neque enim ipſi nolunt, & huic animo
P. CLXXXI. gratiſſimo adſunt: ſed quia majus eſt beneficium, quàm
poſſe debet civis civi dare, ideò à vobis peto, ut, quod
potuit, tempori tribuatis: quod fecit, ipſi.

73 Quid reliquam conſtantiam vitæ commemorem? digni-
tatem? liberalitatem? moderationem in privatis rebus?
ſplendorem in publicis, quæ ita à fortuna deformata ſunt,
ut tamen à natura [i] inchoata compareant. Quæ domus?
quæ celebratio quotidiana? quæ familiaris dignitas? quæ
ſtudia amicorum, quæ ex quoque ordine multitudo? Hæc
diu [k] multumque, & multo labore quæſita, una eripuit
hora. Accepit P. Sulla, judices, vehemens vulnus, &
mortiferum: verumtamen ejuſmodi, quod [l] videretur
ejus vita & natura accipere potuiſſe. Honeſtatis & di-
gnitatis habuiſſe nimis magnam judicatus eſt cupiditatem:
quam ſi nemo alius habuit in conſulatu petendo, cupidior
judicatus eſt hic fuiſſe, quàm ceteri. ſin etiam in aliis non-
nullis fuit iſte conſulatus amor: fortuna [m] in hoc fuit for-
taſſe gravior, quàm in ceteris.

i coacta *MS.*

k multum *alii.*

l videtur *alii.*

m etiam hoc *MS.*

74 Poſtea verò quis P. Sullam, niſi mærentem, demiſſum,
afflictumque vidit? quis umquam eſt ſuſpicatus, hunc ma-
gis odio, quàm pudore hominum adſpectum lucemque
vitare? Qui [n] cùm multa haberet invitamenta urbis &
fori, propter ſumma ſtudia amicorum, quæ tamen ei ſola
in malis reſtiterunt: abſuit ab oculis veſtris; &, cùm lege
retineretur, ipſe ſe exſilio pænè multavit. [86] In hoc vos
pudore

n dum *quad. edd.*

85. *Multorum hic vitam.*] A. Gellius cap. 16. libri ſexti, ſcribens de ſignificatione verbi *deprecor*, hoc in loco legit, *quam multorum.* quæ lectio magis placet, ut continuetur interrogatio. *Sylvius.*

86. *In hoc vos pudore judicii.*] Cum illum puderet hujus judicii quo damnatus erat. Sic poteſt exponi, ſed puto tamen Tullium ſcripſiſſe, *In hoc vos pudore, judices, & in hac vita.* Loquitur de eodem pudore, de quo paullo ante: *Quis umquam eſt ſuſpicatus, hunc magis odio, quam pudore hominum adſpectum lucemque vitare?* Et paullo poſt: *Non vadit, non, inquam, cadit in hos mores, in hunc pudorem, non in hanc vitam.* Dein: *Ubi erit igitur illud fortiſſimum præſidium pudoris. quo in loco nobis vita anteacta proderit?* Quoties autem judices compellet Cicero, in primis in hac parte, ubi miſericordiam ſtudet commovere, quis non videt? Sed eodem

…lore judicii, & in hac vita, tanto ſceleri locum fuiſſe …aditis?

…XXVII. Adspicite ipſum: contuemini os: [87] con…te crimen cum vita: vitam, ab initio ad hoc tempus …plicatam, cum crimine recognoſcite. Mitto rempubli…am, quæ fuit ſemper Sullæ cariſſima: hoſne amicos, ta…s viros, tam cupidos ſui, per quos res ejus ſecundæ quon…dam erant ornatæ, nunc ſublevantur adverſæ, crudeliſſi…mè perire voluit, ut cum Lentulo, & Catilina, & Cethe…go fœdiſſimam vitam, ac miſerrimam, [88] turpiſſima mor…te propoſita, degeret? Non ° cadit, non, inquam, ca…dit in hos mores, non in hunc pudorem, non in hanc vitam, non in hunc hominem iſta ſuſpicio. nova quædam illa immanitas exorta eſt: incredibilis fuit ac ſingularis furor: ex multis ab adoleſcentia collectis perditorum hominum vitiis repentè tanta iſta importunitas inauditi ſceleris exarſit. 75

P. B.

° cadit non *alii non habent.*

Nolite, judices, arbitrari, hominum illum impetum & conatum fuiſſe. neque enim ulla gens tam barbara, aut tam immanis umquam fuit, in qua non modò tot, ſed unus tam crudelis hoſtis patriæ ſit inventus. belluæ ᵖ quædam illæ ex portentis immanes ac feræ, forma hominum indutæ, exſtiterunt. perſpicite etiam atque etiam, judices. nihil enim eſt, quod in hac cauſa dici poſſit vehementiùs. penitus introſpicite Catilinæ, Autronii, Cethegi, Lentuli, ceterorumque mentes. quas vos in his libidines, 76

ᵖ quidam *Pith.*

dem plane modo, ut hic, inferius: *In hunc igitur gregem vos hunc P. Sullam, judices, ex his & quæ ſequuntur.* Grævius.

87. *Conferte crimen cum vita: vitam ab initio ad hoc tempus explicatam cum crimine recognoſcite &c.*] Expreſſi ad verbum Erfurdici codicis ſcripturam, cum quo hactenus conſentiunt Pall. quod habeant *cum crimine rec.* Vulgati heic mutili. *Grut.*

88. *Turpiſſima morte propoſita.*] Si deprehenderetur. Turpis autem mors dicitur ea, quam improbi homines dant legibus. Alioqui turpis mors ea eſt, quæ luitur ſuſpendio. Id *informe letum* Virgilius appellat, lib. XII. de Amata uxore Latini, quæ ipſa ſe ſuſpendit, *Et modum informis leti trabe nectit ab alta.* Auctore Servio *in libris Pontificalibus cautum fuerat, ut qui laqueo finiviſſet vitam, is inſepultus abjiceretur.* Unde ait, *informis leti*, quaſi mortis infamiſſimæ. Illam eſſe cauſam arbitror, quod animam ſpiritum eſſe crederent, quem conſtrictis laqueo faucibus exhalari non poſſe, sed in pectore ſuffocari putabant. Hoc etiam mortis genere, id eſt, ſuſpendio deprehenſi conjurati in carcere ſtrangulati ſunt. *Sylvius.*

 89. Pe-

dines, quæ flagitia, quas turpitudines, quantas audacias, quàm incredibiles furores, quas notas ſcelerum, quæ indicia parricidiorum, quantos acervos facinorum reperietis? ex magnis, & diuturnis, & jam deſperatis reipublicæ morbis iſta repentè vis erupit, ut, ea confecta & ejecta, convaleſcere aliquando & ſanari civitas poſſit. Neque enim eſt quiſquam, qui arbitretur, illis incluſis in republica [89] peſtibus, diutius [q] hæc ſtare potuiſſe. itaque eos non ad perficiendum ſcelus, ſed ad luendas reipublicæ pœnas Furiæ quædam incitaverunt.

[q] *alii* hoc imperi.

77 XXVIII. In hunc igitur gregem vos nunc P. Sullam, judices, ex his, qui cum hoc vivunt, atque vixerunt, honeſtiſſimorum hominum gregibus, rejicietis? ex hoc hominum numero, ex hac familiari dignitate, in impiorum partem, atque in parricidarum cœtum ac numerum transferetis? Ubi erit igitur illud fortiſſimum præſidium pudoris? quo in loco nobis vita antè acta proderit? quod ad tempus exiſtimationis partæ fructus reſervabitur, ſi in extremo diſcrimine ac dimicatione fortunæ [r] deſerit? ſi non aderit? ſi nihil adjuvabit?

P. CLXXXII.

[r] deſeret *aut* deſeruerit *alii*.

78 Quæſtiones nobis ſervorum, ac tormenta accuſator minitatur: in quibus quamquam nihil periculi ſuſpicamur, tamen illa tormenta gubernat dolor, moderatur natura cujuſque tum animi, tum corporis; [90] regit quæſitor, flectit libido, corrumpit ſpes, infirmat metus, ut in tot rerum anguſtiis nihil veritati loci relinquatur. Vita P. Sullæ [91] torqueatur:

89. *Peſtibus.*] In numero plurali dixit, ut de Reſponſis Aruſpicum: *Cum his furiis & facibus, cum his, inquam, exitioſis prodigiis, ac pene hujus imperii peſtibus, bellum mihi inexpiabile dico eſſe ſuſceptum.* Et pro P. Seſtio: *Luce palam à nefariis peſtibus in deorum hominumque conſpectu eſſet occiſus.* Hanc vocem apud Ciceronem ſæpe licet invenire. *Sylvius.*

90. *Regit quæſitor.*] Gulielmius heic capit *quæſitorem* pro tortore: cui accedere non poſſum. puto enim eum intelligi qui tormentis præſidet. in quo quantum fuerit momenti pluribus oſtendi exemplis ad Tacitum lib. VI. Annal. cap. 47. f. *Grut.*

91. *Torqueatur.*] Pro, examinetur: cum hoc verbo congruit, quod ſequitur; *Ex ea quæratur:* & illud infra, *ſi à vobis vita perpetua vox ea, quæ graviſſima dent eſſe, audietur.* nam, *vox*, ad tormenta reſpicit, in quibus emittitur. alioqui cur hic voci locus eſſet? Hoc ideo dixi, ne quem eorum conjectura moveat, qui legendum putabant: *Vita P. Sullæ, Torquate, exquiratur.* Sed verbum, *torqueatur*, ſi mutetur, pulcherrima ſententia depravabitur. *P. Manut.*

92. Num

ex ea quæratur, [92] num quæ occultetur libido, num lateat facinus, num quæ crudelitas, num quæ au-[da]cia. nihil erroris erit in cauſa, nec obſcuritatis, judices, [a v]obis vitæ perpetuæ vox ea, quæ graviſſima debet eſſe, [d]icetur.

[N]ullum in hac cauſa teſtem timemus: nihil quemquam [ſci]re, nihil vidiſſe, nihil audiſſe arbitramur. [93] Sed tamen, [ſi n]ihil vos P. Sullæ fortuna movet, judices, veſtra moveat. [Veſt]ra enim, qui cum ſumma elegantia f atque integritate [vi]xiſtis, hoc maximè intereſt, non ex libidine, aut ſimul-[tat]e, aut levitate teſtium cauſas honeſtorum hominum pon-[der]ari, ſed in magnis diſquiſitionibus, repentiniſque peri-[cul]is vitam uniuſcujuſque eſſe teſtem. Quam vos, judices, [no]lite armis ſuis ſpoliatam atque nudatam objicere invi-[di]æ, dedere ſuſpicioni. munite communem arcem bono-[ru]m, obſtruite perfugia improborum. valeat ad pœnam, [e]t ad ſalutem plurimùm, quam ſolam videtis ipſam ex vi [ſu]a naturaque facillimè perſpici: ſubitò flecti fingique non poſſe. 79

f vix. atque integr. *Grav.*

XXIX. Quid t verò hæc auctoritas (ſemper enim de ea dicendum eſt: quamquam à me timidè modicèque di-cetur) v quid, inquam, hæc auctoritas noſtra? qui à cete-ris conjurationis cauſis abſtinuimus, P. Sullam defendimus: nihil hunc tandem juvabit? [94] Grave eſt hoc dictum for-taſſe, judices, ſi appetimus aliquid: ſi, cùm ceteri de no-bis ſilent, non etiam noſmetipſi tacemus, grave. ſed, ſi læ-dimur, ſi accuſamur, ſi in invidiam vocamur: [95] profe-ctò conceditis, judices, ut nobis libertatem retinere li-ceat, ſi minùs liceat, dignitatem. 80

t vero? *Lamb.* P. B.

v quid? *Idem.*

Accuſati ſunt uno nomine conſulares: ut jam videatur 81
hono-

92. *Num qua occultetur libido.*] Ex præceptis Grammaticorum dicendum eſſet: *Num qua occultetur libido, num qua crudelitas, num qua audacia.* Sylvius.

93. *Sed tamen ſi nihil vos P. Sulla fortuna movet, judices.*] Pro *fortuna* Pantagathus corrigebat *acta vita*, nimis à vulgata recedens ſcriptura. *Urſin.*

94. *Grave eſt hoc dictum fortaſſe, judices, grave, ſi appetimus &c.*] Sex voces priores hodie demum adſpiciunt lucem, productæ è tenebris codicis Turingici, non ſine pleniſſima graviſſimi affectus iteratione. *Grut.*

95. *Profecto conceditis, judices.*] Videtur legendum *concedetis.* Urſin. Celeberr. Grævius recepit Urſini conjecturam, quam probat primus Francii.

honoris ampliſſimi nomen plus invidiæ, quàm dignita[...] afferre. Affuerunt, inquit, Catilinæ, illumque laudar[...] Nulla tum patebat, nulla erat cognita conjuratio: def[...] debant amicum, aderant ſupplici, vitæ ejus turpitudine[...] in ſummis ejus periculis non inſequebantur. Quin etiam p[...] rens tuus, Torquate, conſul reo de pecuniis repetun[...]

x atque MS. Catilinæ fuit advocatus: Improbo homini, x at ſupplic[...] Fortaſſe audaci: At aliquando amico. Cui cùm adfuit p[...] delatam ad eum primam illam conjurationem; indica[...] ſe audiſſe aliquid, non crediſiſſe. At idem non adfuit al[...]

y Sed MS. in judicio, cùm adeſſent ceteri. y Si poſtea cognorat i[...] aliquid, quod in conſulatu ignoraſſet: ignoſcendum eſt [...] qui poſtea nihil audierunt. [96] ſin illa res de pecuniis re[pe]tundis, prima valuit: non inveterata, quàm recens, d[e]buit eſſe gravior. Sed, ſi tuus parens etiam in illa ſuſpici[o]ne periculi ſui, tamen humanitate adductus advocatione[m] hominis improbiſſimi ſella curuli, atque ornamentis & ſu[is] & conſulatus honeſtavit: quid eſt, quamobrem conſula[res], qui Catilinæ adfuerunt, reprehendantur?

82 At iidem iis, qui ante hunc cauſam de conjuratione dixerunt, non adfuerunt. Tanto ſcelere adſtrictis hominibus, ſtatuerunt nihil à ſe adjumenti, nihil opis, nihil auxilii ferri oportere. Atque, ut de eorum conſtantia atque ani-

P.CLXXXIII. mo in rempublicam dicam, quorum tacita gravitas & fides de unoquoque loquitur, neque cujuſquam ornamenta orationis deſiderat: poteſt quiſquam dicere unquam meliores, fortiores, conſtantiores conſulares fuiſſe, quàm iis temporibus, & periculis, quibus pænè oppreſſa eſt reſpublica? Quis non de communi ſalute apertiſſimè, quis non fortiſſimè, quis non conſtantiſſimè ſentit? Neque ego

z Sed MS. præcipuè de conſularibus diſputo. z nam hæc & hominum ornatiſſimorum, qui prætores fuerunt, & univerſi ſenatus communis eſt laus: ut conſtet, poſt hominum memoriam numquam in illo ordine plus virtutis, plus amoris in rempublicam, plus gravitatis fuiſſe. Sed quia ſunt deſcripti conſulares, de his tantùm mihi dicendum putavi, quod ſatis eſſet, [97] atteſtantem memoriam omnium, neminem

96. *Sin illa res de pecuniis repetundis &c.*] Pleriſque MSS. noſtris abſunt, *de pecuniis repetundis*. reperi tamen in Pal. pr. & editionem principe. *Grut.*

97. *Atteſtantem memoriam omnium.*] Verè. neque aliter Pall. aut S. Vict. B. ſatis, inquit, erit me dicere de Conſularibus, cùm tamen

neminem eſſe ex illo honoris gradu, qui non omni ſtudio, mente, auctoritate, incubuerit ad rempublicam conſervandam.

XXX. SED QUID? ego, qui Catilinam non laudavi, 83
qui reo Catilinæ conſul non adfui, qui teſtimonium de conjuratione dixi in alios, adeone vobis alienus à ſanitate, adeò oblitus conſtantiæ meæ, adeò immemor rerum à me geſtarum eſſe videor, ut, cùm conſul bellum geſſerim cum conjuratis, nunc eorum ducem [a] conſervare cupiam, & in animum inducam, cujus nuper ferrum retuderim, flammamque reſtinxerim, ejuſdem nunc cauſam vitamque defendere? Si medius fidius, judices, non me ipſa reſpublica, meis laboribus & periculis conſervata, ad gravitatem animi & conſtantiam ſua dignitate revocaret; tamen hoc naturâ eſt inſitum, ut, quem timueris, quicum de vita fortuniſque contenderis, cujus ex inſidiis evaſeris, hunc ſemper oderis. Sed, cùm agatur honos meus ampliſſimus, gloria rerum geſtarum ſingularis: cùm, quoties quiſquam eſt in hoc ſcelere convictus, toties renovetur memoria per me inventæ ſalutis: ego ſim tam demens; ego committam, ut ea, quæ pro ſalute omnium geſſi, caſu magis & felicitate à me quàm virtute & conſilio geſta eſſe videantur?

a ſervare Grav.

P. B.

Quid ergo? hoc tibi ſumis, dicet fortaſſe quiſpiam, ut, 84
quia tu defenderis, innocens judicetur? Ego verò, judices, non modò nihil aſſumo, in quo quiſpiam repugnet: ſed etiam ſi quid ab omnibus conceditur, id reddo ac remitto. non in ea republica verſor, non iis temporibus caput meum obtuli pro patria periculis omnibus, non aut ita ſunt exſtincti, quos vici, aut ita grati, quos ſervavi, ut ego mihi plus appetere coner, quàm quantum omnes inimici invidique patiantur.

Grave eſſe videretur, eum, qui inveſtigarit conjuratio- 85
nem,

tamen atteſter interim memoriam omnium, de voluntate ceterorum. malit tamen Gulielmius *anteſtantem*. prius impreſſi *atteſtante memoria*. Grut. Sic quidem etiam Dreſd. & Pith. Sed unde pendent iſti caſus *atteſtantem memoriam*? Si Cicero de ſe loquitur, & implorat omnium memoriam, dicendum fuiſſet, *atteſtanti memoriam omnium*, ut conveniat cum ceteris, *de his tantum mihi dicendum putavi, atteſtanti memoriam omnium*. Itaque cum non ferat conſtructio ſcripturam, quam ſecutus eſt Gruterus, ſequor ego Francii ſecundi, editionis primæ & multarum aliarum editionum lectionem, *atteſtante memoria omnium*, quæ liquida eſt. *Grav.*

98. *De*

nem, qui patefecerit, qui oppreſſerit, cui ſenatus ſin laribus verbis gratias egerit, cui uni togato ſupplicatione decreverit, dicere in judicio: non defenderem, ſi con raſſet. non dico id, quod grave eſt: dico illud, quod his cauſis conjurationis non auctoritati aſſumam, ſed p dori meo: Ego ille conjurationis inveſtigator atque tor, certè non defenderem Sullam, ſi conjuraſſe arbit rer. Ego, judices, de tantis omnium periculis cùm qu rerem omnia, multa audirem, non crederem omnia, verem omnia: dico hoc, quod initio dixi, nullius indici nullius ſuſpicione, nullis litteris, [98] de re P. Sullæ rem lam ad me eſſe delatam.

86 XXXI. QUAMOBREM vos, dii patrii ac penat qui huic urbi, atque huic imperio præſidetis, qui hoc im perium, qui hanc libertatem, populumque Romanu qui hæc tecta atque templa, me conſule, veſtro num ne auxilioque ſervaſtis, teſtor, integro me animo, libero, P. Sullæ cauſam defendere: nullum à me ſcien facinus occultari, nullum ſcelus ſuſceptum contra ſalute P.CLXXXIV. omnium defendi ac tegi. nihil de hoc conſul comper nihil ſuſpicatus ſum, nihil audivi.

87 Itaque [b] idem ego ille, qui vehemens in alios, qui in exorabilis in ceteros eſſe viſus ſum, perſolvi patriæ quo debui: reliqua jam à me meæ perpetuæ conſuetudini na tura

b ego idem *Lamb.*

98. *De re P. Sulla, rem ullam.*] Hic locus per ſe non videtu mendo vacare. auget ſuſpicionem vetus codex, in quo ſcriptu eſt, *de reatu P. Sulla.* quidam doctus arbitratur legendum eſſe *de conjuratione P. Sulla.* quod ego probarem, ſi tam longe no abeſſet ab antiqua ſcriptura. Ego putabam, &, *re*, in vulga libris, &, *reatu*, in antiquis, eſſe delendum, ut adventitium atque ita ſimpliciter legendum, *de P. Sulla.* quo modo habe nonnulli libri vulg. Verumtamen movet me veteris codicis ſcri ptura: quam cum attentius conſideravi, adducor, ut putem le gendum, *de conjuratu P. Sulla.* idem autem valet, *conjuratus*, quo *conjuratio*: quemadmodum *comperendinatus*, idem, quod *comperen dinatio*: *contemtus*, quod *contemtio*: & ſimilia. Atque eo magis hanc meam conjecturam amplector, quod ſit mihi veriſimile, Naugerium, & ſimiles, qui ſine libris manuſcr. Ciceroni manu admoverunt, aut, cum eos adhibuiſſent, eorum auctoritate ſæpe aſpernati ſunt, hac voce, tamquam minus uſitata, offe ſos, ſi forte eam adhuc integram in aliquibus libris antiquis re pererunt: aut voce, *reatu*, jure improbata, ſi forte libri vetere jam ante ab aliquibus indoctis contaminati eſſent, ita, ut nunc habemus, repoſuiſſe, *de re P. Sulla.* Quæ ſcriptura mihi nullo modo probatur. *Lambin.*

…que debentur. tam ſum miſericors, judices, quàm …: tam mitis, quam qui leniſſimus. In quo vehemens … vobiſcum, nihil feci, niſi coactus: reipublicæ præci-…nti ſubveni: patriam demerſam extuli: miſericordia …ium adducti, tunc fuimus tam vehementes, quàm ne-…ſſe fuit. ſalus eſſet omnium amiſſa una nocte, niſi eſſet …veritas illa ſuſcepta. Sed ut ad ſceleratorum pœnam amo-… reipublicæ ſum adductus: ſic ad ſalutem innocentium …oluntate deducor.

Nihil video eſſe in hoc P. Sulla, judices, odio dignum, 88 …iſericordia digna multa. Neque enim nunc propulſandæ …alamitatis ſuæ cauſa ſupplex ad vos, judices, confugit: …d nequa generi ac nomini ſuo nota nefariæ turpitudinis …uratur. Nam ipſe quidem, ſi erit veſtro judicio liberatus, quæ habet ornamenta, quæ ſolatia reliquæ vitæ, quibus …etari & perfrui poſſit? domus erit, credo, exornata: …perientur majorum imagines: ipſe ornatum ac veſtitum …ecuperabit. omnia, judices, hæc amiſſa ſunt: omnia ge-…neris, nominis, honoris inſignia atque ornamenta unius judicii calamitate occiderunt. ſed ne exſtinctor patriæ, ne proditor, ne hoſtis appelletur, ne hanc labem tanti c ge-…neris in familia relinquat, id laborat, 99 id metuit; ne de-…nique hic miſer conjurati & conſcelerati & proditoris fi-…lius nominetur: huic puero, qui eſt ei vita ſua multò ca-…rior, metuit, cui honoris integros fructus non ſit traditu-…rus, ne æternam memoriam dedecoris relinquat.

c ſceleris *H. Steph.*

Hic vos orat, judices, parvus, ut ſe aliquando, ſi non 89 integra fortuna, at afflicta, patri ſuo gratulari ſinatis. huic miſero notiora ſunt judiciorum itinera, & fori, quàm d campi & diſciplinarum. Non jam de vita P. Sullæ, judi-…ces, ſed de ſepultura contenditur. vita erepta eſt ſuperiore judicio: nunc, ne corpus ejiciatur, laboramus. Quid enim eſt huic reliqui, quod eum in vita hac teneat? aut quid eſt, quamobrem hæc cuiquam vita videatur?

d ſcholæ *Lamb. alii non habent* campi &. P. R.

XXXII. [1] Nuper is homo fuit in civitate P. Sulla, ut nemo

99. *Id metuit; ne denique hic miſer, conjurati & conſcelerati & proditoris filius nominetur: huic puero, qui eſt ei vita ſua multò carior, metuit; cui honoris &c.*] Heic viginti nunc primum accedunt voces auctori noſtro, ex Turingico exemplari, quæ prorſus requirebantur, & ſine quibus ſenſus mutilus. *Grut.*

1. *Nuper is homo fuit.*] Ex fortuna in qua fuit P. Sulla, majorem fortunæ acerbitatem, quam fert, oſtendit. Ex hac itidem oſtendit fortunam graviorem, in quam P. Sullæ recidendum ſit, ſi

nemo ei ſe neque honore, neque gratia, nec fortuni[s] referret. nunc ſpoliatus omni dignitate, quæ erepta ſi[t,] non repetit: quod fortuna in malis reliqui fecit, ut c[um] parente, cum liberis, cum fratre, cum his neceſſariis [lu]gere ſuam calamitatem liceat, id ſibi ne eripiatis, judi[ces,] vos obteſtatur.

90 Te ipſum jam, Torquate, expletum eſſe hujus mi[se]riis [e] par erat. etſi nihil aliud Sullæ, niſi conſulatum ab[stu]liſſetis, tamen eo vos contentos eſſe oportebat. hon[oris] enim contentio vos ad cauſam, non inimicitiæ dedu[xe]runt. Sed cùm huic omnia cum honore detracta ſint, c[um] in hac fortuna [f] miſera ac luctuoſiſſima deſtitutus ſi[t,] quid eſt, quod [g] expetas ampliùs? luciſne [h] hanc uſur[am] eripere vis, plenam lacrymarum atque mœroris, in q[ua] cum maximo cruciatu atque dolore retinetur? liben[s] reddiderit, adempta ignominia fœdiſſimi criminis. an v[e]rò inimicum ut expellas? cujus ex miſeriis, ſi eſſes c[ru]deliſſimus, videndo fructum caperes majorem, quàm a[u]diendo.

e *alii* pateat. *malè*.
f miſerrima *Lamb.*
g expectas *Pith.*
h hujus *Lamb.*

91 O miſerum & infelicem illum diem, quo con[sul] omnibus centuriis P. Sulla renuntiatus eſt! ô falſam ſpem! [2] ô volucrem fortunam! ô cæcam cupiditatem! [3] ô præ[po]ſteram gratulationem! quàm cito illa [i] omnia ex læ[ti]tia & voluptate ad luctum & lacrymas reciderunt, u[t] qui paullo antè conſul deſignatus fuiſſet, retineret repen[te]

i omina *Gul.*

n[i]ſi condemnetur. *Nuper*, id eſt, antequam de ambitu Sulla damn[a]tus eſſet. Erat autem plus triennium. *Sylvius.*

2. *O volucrem fortunam.*] Citat Laur. Valla. *ô vanam volucre[m]que fortunam.* Gruſ.

3. *O præpoſteram gratulationem.*] Præpoſterum id dicitur, qu[od] mutato & perverſo ordine factum aut dictum eſt. Ut *præpoſ[tera] verba* Cicero dicit in oratione pro Domo ſua: *Delatum eſt ad v[os] à Pontifices, & poſt omnium ſermone celebratum, quemadmodum [...] præpoſteris verbis, omnibus obſcœnis, identidem ſe ipſe revocando du[bi]tans, timens, hæſitans, omnia aliter ac vos in monimentis habetis,* [...] *pronunciarit & fecerit.* Idem præpoſterum Imperatorem, imp[ro]bum ac perverſum appellat L. Piſonem, in oratione in ipſu[m:] *Hic quum ſimilem exitum ſpectaret in Macedonia, tropæa poſuit.* [...] *quæ bellicæ laudis victoriæque omnes gentes inſignia & monumenta voluerunt, noſter hic præpoſterus Imperator amiſſorum oppidorum,* [...] *ſarum legionum, provinciæ præſidio & reliquis militibus orbatæ,* [...] *ſempiternum dedecus ſui generis & honoris indicia conſtituit.* Idem [pro] A. Cluentio, de Staleno: *Itaque ut erat ſemper præpoſterus atque p[er]verſus, initium facit à Balbo. Præpoſtera* igitur *gratulatio* aut perv[er]ſa eſt, aut quæ nimium cito facta ſit. *Sylvius.*

4. Re

...llum veſtigium priſtinæ dignitatis! Quid enim erat mali, k calamitoſo imo *Pith.*
...dhuic ſpoliato honore, fama, fortunis, deeſſe videre-
...? aut cui novæ calamitati locus ullus relictus eſſet? ur-
... eadem fortuna, quæ cœpit: [4] reperit novum mœro- P.CLXXXV.
...: non patitur hominem [k] calamitoſum, uno modo af-
...ctum, [l] uno in luctu perire. l imo *Idem.*

92 Sed jam impedior egomet, judices, dolore animi, ne de ...jus miſeria plura dicam. veſtræ jam ſunt partes, judices: ... veſtra manſuetudine atque humanitate cauſam totam ...pono. vos & [5] rejectione interpoſita, nihil ſuſpicantibus ...bis, repentini in nos judices conſediſtis, ab accuſatoribus ...lecti ad ſpem acerbitatis, à fortuna nobis ad præſidium innocentiæ conſtituti. Ut ego, quid de me populus Roma...us exiſtimaret, quia ſeverus in improbos fueram, laboravi, ..., quæ prima innocentis mihi defenſio eſt oblata, ſuſcepi: ...c vos ſeveritatem judiciorum, [6] quæ per hos menſes in ho...mines audaciſſimos facta eſt, lenitate ac miſericordia mi...tigate.

93 Hoc cum impetrare à vobis ipſa cauſa debet: tum eſt ve...ſtri animi atque virtutis declarare, non eſſe eos vos, ad ...quos potiſſimum, interpoſita rejectione, devenire convene...rit. In quo ego, judices, vos, quantum meus amor in vos ...poſtulat, tantum hortor, ut communi ſtudio, quoniam in ...rebus conjuncti ſumus, manſuetudine & miſericordia ve...ſtra falſam à nobis crudelitatis famam repellamus.

4. *Reperit novum mœrorem.*] Sic eſt in libris manuſcr. non, ut in vulgatis, *repetit.* & infra, ubi vulgati habent, *delecti ad ſpem acer...bitatis*, idem ille habet, *dilecti ad ſpem*, &c. Lambinus. Uterque ...Francii, & ed. prim. quoque adſtruit τὸ *reperit.* Grævius.

5. *Rejectione interpoſita.*] Facile eſt intelligere, unius accuſato...ris in crimine conjurationis rejectionem judicum fuiſſe. veriſimi...le eſt autem in rejectorum locum eos deligi ſolitos ab accuſato...re, quos putaret de reo ſeveriſſime judicaturos, quam Cicero ex ...accuſatoris mente, *acerbitatem* appellat: judicum autem gratiam ...& clementiam aucupatur in eo, quod ſubjungit: *A fortuna nobis ...ad præſidium innocentiæ conſtituti.* Et infra: *Eſt veſtri animi, atque ...virtutis, declarare non eos eſſe vos, ad quos potiſſimum, interpoſita reje...ctione, devenire convenerit.* Quo loco ſignificat, ſi crudeles judices ...accuſator quæſierit, erraſſe in delectu: quos enim delegit, à cru...delitate longe abeſſe. *P. Manut.*

6. *Quæ per hos menſes.*] Id eſt, paucis his menſibus. Significat ...autem hanc Sullæ cauſam paucis menſibus poſt Ciceronis conſu...latum actam fuiſſe. *Sylvius.*

M. TUL-

P. B.

M. TULLII CICERONI[S]

PRO

A. LICINIO ARCHI[A]

POETA,

ORATIO OCTAVA ET VICESIMA

ARGUMENTUM.

M. Puppio, M. Valerio Coſſ. Gracchus quidam Archiam Græcum [ho-] minem Antiochiæ natum, lege Plautia Papiria de civitate r[eum] fecit, quod falſo ſe pro cive Rom. gereret. Hanc Cicero ita defen[dit,] quaſi eadem lege civis eſſet. Nam cum ea lege cautum eſſet, ut qui [fœ-] deratis civitatibus adſcripti erant, ſi tum, cum lex ferebatur in It[alia] domicilium haberent, & LX. diebus apud Prætorem eſſent profeſſi, [con-] tendit eum in civitatem Heracleam, de cujus fœdere conſtabat, adſ[cri-] ptum fuiſſe, domicilium in Italia habuiſſe, & apud Q. Metellum P[ræ-] torem fuiſſe. Ad Gracchi autem objectionem qui Heracliensium ta[bulas] adſcriptionis teſtes poſtulabat, reſpondet eas Italico bello interiiſſe. [Se-] domicilio leviter admodum & perfunctoriè reſpondet: profeſſionis fa[ctæ] tabulas edit. Reſtabat de Cenſu: nam qui à Cenſoribus in luſtro con[den-] do cenſi non erant, cives dici non poterant. Reſpondet igitur Arch[iam] eo tempore in bello Aſiatico cum L. Lucullo adfuiſſe. Denique ſatis [pa-] tet, maximam defenſionis partem non tam in æquitate cauſæ, quam [in] Archiæ commendatione conſumi: qui eum, quod poëta excellenti ing[enio] res Romanas ſcribat, civitate Rom. dignum & pro cive Rom. reti[nen-] dum eſſe contendit. Hotomannus [Habita A. V. C. DCXCII.]

1. *Archia.*] Nomen Græcum. Nam fuit Archias quid[am] apud Pollucem Hyblæus præco, qui ter Olympia v[icit] & Pythia. Fuit item alter Mityleneus. Fuit & tertius Syracu[sa-] nus. Pauſanias in Eliacis. Fuit & quartus ſatelles Antipatri Tragœdus, qui Eratoſtheni fruſtra ſuadere conatus eſt, ut ſe [per-] mitteret Antipatro. Pauſ. Att. & Plut. in Demoſt. Fuit & qu[ar-] tus Ariſtæchmi filius, quam ab Æſculapio ſenatum ſcribit Pau[ſa-] nias in Corinthiacis. Hujus autem noſtri Archiæ meminit Ci[ce-] ro lib. I. ad Attic. epiſtola cujus initium eſt: *Quæris ex me.* U[bi] queritur nihil de ſe ſcripſiſſe Archiam, qui aliquod epigram[ma] ab eo expectarat ad gymnaſii ornamentum. *Paſſeratius.* In Gr[æ-] corum Epigrammatum Anthologia leguntur epigrammata ſex

vigi[nti]

SI QUID eſt in me ingenii, judices, quod [1] ſentio quàm ſit exiguum: aut ſi qua exercitatio dicendi, in qua me non infitior mediocriter eſſe verſatum: aut, ſi hujuſce rei ratio aliqua, ab optimarum artium ſtudiis ac diſciplina profecta, à qua ego nullum confiteor ætatis meæ tempus abhorruiſſe: earum rerum omnium [2] vel in primis [3] hic A. Licinius [a] fructum à me repetere propè ſuo jure debet. Nam quoad longiſſimè poteſt mens mea reſpicere ſpatium præteriti temporis, & pueritiæ memoriam recordari ultimam, inde uſque repetens, hunc video mihi principem & ad ſuſcipiendam & ad ingrediendam rationem horum ſtudiorum exſtitiſſe. Quod ſi hæc vox, [4] hujus hortatu præceptiſque conformata, nonnullis aliquando

[a] Archias fr. MSS.

viginti ab hoc Archia facta, è quibus patet quanti ille vir ingenii fuerit. Præſertim laudem meretur, quod legitur lib. I. c. 38. in Priapum, quodque egregiis hiſce verbis clauditur:

ἢ γδ' ἀπ' ἔργων
Δαίμονες, οὐ μορφᾶς γνῶτον ἔχυσι τύπον.

Collegit autem & interpretatus eſt hujus præclari poëtæ epigrammata Daniel Alſvortus, Anglus, qui & Virgilii Bucolica Græcis verſibus expreſſit, Romæ 1595. *Verburg.*

2. *Vel in primis.*] Non ille quidem ſolus, (ne uni Archiæ operam dediſſe videatur) cum & oratores audierit, & à philoſophis multa didicerit, ſed in primis, quia jam inde à pueritia illo auctore & principe complexus ea ſtudia ſit, quorum ope multorum ſalutem, vel, ut ipſe modeſte ait, nonnullorum defenderit atque ſervarit. *P. Manut.*

3. *Hic A. Licinius.*] Lucullorum præcipue beneficio civitatem adeptus Archias, nomen Liciniæ gentis de more ſumpſit, vetere ſervato cognomine. Auli autem prænomen, à quo Lucullo ceperit, haud ſatis conſtat, nam quos Lucullos ejus amicos ac familiares Cicero dicit fuiſſe, non dubito quin Lucius & Marcus, fratres, deſignentur. Aulum vero Lucullum non modo neminem, cujus conſuetudine ſit uſus Archias, ſed neminem prorſus, qui quidem his temporibus vixerit, invenimus. niſi ſit Marcus, Lucii frater, quem à Terentio Varrone adoptatum faſti Capitolini demonſtrant, Aulus fuit ante adoptionem, Marcus autem eſſe cœpit adoptatus: quod ſi verum eſt, potuit Archias ab eo, nondum adoptato, prænomen accipere. *Idem.*

4. *Hujus hortatu præceptiſque conformata.*] Hujus impulſu & diſciplina formata. Eſt autem *conformare* veluti formam & figuram rei dare. ut pro Mur. *Conformare & leniter emendare poſſum.* Sic infra: *Conformare animum & mentem.* Item, *conformatio doctrinæ.* & I. de Nat. Deor. *Conformatio membrorum.* Unde lumen orationis conformatio dicitur σχηματοποιΐα, III. de Orat. Et in IV. de Fin.

 Part

quando ſaluti fuit, à quo id accepimus, quo ceteris op[...] ſulari, & alios ſervare poſſemus, huic profectò ipſi, qua[...] tum eſt ſitum in nobis, & opem & ſalutem ferre deb[...] mus.

2 Ac, ne quis à nobis hoc ita dici fortè miretur, quòd a[...] quædam in hoc facultas ſit ingenii, neque hæc dicen[...] ratio, aut diſciplina: [5] ne nos quidem [b] huic cuncti ſtud[...] penitus umquam dediti fuimus. [c] Etenim omnes arte[...] quæ ad humanitatem pertinent, habent quoddam co[...] mune [d] vinculum, & quaſi [6] cognatione quadam inter [...] continentur.

b huicce uni *Putean.*
c Sed enim
d vinclum *MS.*

II. Se[...]

Pars philoſophiæ, quæ mores conformari putantur. Pro conforma[...] vocem Horatius ep. 1. libro II. dicit *os figurare.* Horatius ipſe v[...] detur vocem eorum qui verſus ſuos recitarunt ex ſeculari Carm[...] ac conformaſſe. Lib. IV. 6.

Nupta jam dices: Ego dis amicum,
Seculo feſtas referente luces,
Reddidi carmen docilis modorum
Vatis Horati.

Et paullo ante:

Virginum primæ puerique claris
Patribus orti, &c.
Lesbium ſervate pedem, meique
Pollicis ictum.

Non ſolum recitabant verſus ſuos olim poëtæ, ſed & ipſi cane[...] bant in ſcena. Plutarchus in Solone, ἐθεάσατο τὸν Θέσπιν αὐτὸ[...] ὑποκρινόμενον, ὥσπερ ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς. Ariſtot. III. Rhet. [...] ὑπεκρίνοντο γὰρ αὐτοὶ τὰς τραγῳδίας οἱ ποιηταὶ τὸ πρῶτον. Ho[...] de Arte Poëtica:

Quæ canerent agerentque peruncti fæcibus ora.

Conformationem autem hanc vocis auctor Rhetor. ad Here[...] nium lib. III. figuram vocis appellat: *Figura vocis eſt ea, quæ ſu[...] quendam poſſidet habitum ratione & induſtria comparatum. Ea divid[...] tur in magnitudinem, firmitudinem & mollitudinem.* Vide & de vo[...] cis conformatione lib. III. de Orat. ſub fine, & nonnulla eti[...] traduntur lib. I. de Officiis. Plutarchus in Cicerone ſcribit ei fu[...] vocem ſatis firmam & bonam, ſed paullo aſperiorem, nec ſa[...] conformatam, ideoque poſt cauſſam Sex. Roſcii in Græciam [...] ceſſiſſe ad eam quaſi formandam. Hic id ait ab Archia factu[...] Nam ut ait Horatius ep. 1. lib. II.

Os tenerum pueri balbumque poëta figurat. Paſſerat.

5. *Nec nos quidem huic cuncti ſtudio.*] Pantagathus pro *cuncti*, le[...] gebat *juncti:* & *fuerimus*, pro *fuimus.* Urſin.

6. *Cognatione quadam inter ſe continentur.*] Arctiſſima neceſſitu[...] ne conjunctæ ſunt. Cicero I. Divin. *Animus qui Deorum cognatio[...] tenetur.* Fuit hoc Stoicorum ex Zenonis ſententia, qui omnes v[...] tutes putat eſſe connexas, & ſejungi non poſſe. Τὰς ἀρετὰς, i[...] quit apud Laërtium, ἀντακολουθεῖν ἀλλήλαις, καὶ τὸν μίαν ἔχοντ[...] πάσας

II. SED NE CUI veſtrûm mirum eſſe videatur, [7] me 3
in quæſtione legitima, & in judicio publico, cùm res agatur apud prætorem populi Romani, lectiſſimum virum, P. CLXXXVI.
& apud [8] ſeveriſſimos judices, tanto conventu hominum, ac frequentia, hoc uti genere dicendi, quod non modo à conſuetudine judiciorum, verùm etiam à [9] forenſi ſermone abhorreat: quæſo à vobis, ut in hac cauſa mihi detis hanc veniam, accommodatam huic reo, vobis, quemadmodum ſpero, non moleſtam; ut me, pro ſummo poëta atque eruditiſſimo homine dicentem, hoc concurſu hominum litteratiſſimorum, hac veſtra humanitate, hoc denique [10] prætore exercente judicium, patiamini de ſtudiis hu-

...ρας ἔχειν. quod etiam de artibus ſenſiſſe probabile eſt, cum & eloquentiam virtutem eſſe dixerint, ut Cicero oſtendit III. de Oratore. *Paſſeratius.*

7. *Me in quæſtione.*] Prætorum duo judicabant, unus inter cives, qui prætor urbanus dicebatur, alter inter peregrinos. ceteri de criminibus quærebant, qui & quæſitores ideo vocabantur, unde quæſtio. quærebatur autem in hoc judicio, civis Romanus necne eſſet Archias, prætore judicium exercente. *P. Manut.*

8. *Severiſſimos judices.*] Apud quos extra cauſſam ſi quid affertur, locum habere non videtur. qui ſunt hi judices? trium ordinum, ſenatorum, equitum, tribunorum ærariorum, qui de plebe erant. hi omnes hoc tempore ſimul judicabant, ex lege Aurelia quam prætor L. Cotta, Pompejo & Craſſo Coss. tulerat. judicabant autem, quod ex Pediano licet intelligere, impari numero, equites uno pauciores ſenatoribus, tribuni ærarii uno pauciores equitibus, habita ſcilicet cujuſque ordinis dignitate. & quamquam ſinguli ordines ſeparatim ſententias ferrent, numerus tamen omnium plane judicum, non ordinis, in abſolutione, aut condemnatione ſpectabatur, cujus moris documento eſt epiſtola Cœlii, in qua ſunt hæc legis verba: *Quod eorum judicum major pars judicarit, id jus ratumque eſto.* Idem.

9. *A forenſi ſermone abhorreat.*] Aliud eſt forenſe genus dicendi, aliud forenſis ſermo. Nam forenſe dicendi genus concitatum eſt, ideoque opponitur quieto generi diſputandi I. de Officiis. & forenſis ſermo, quo homines in foro inter ſe colloquendo utuntur de litibus, de re nummaria. In Bruto dixit *forenſe, concertatorium & judiciale genus dicendi, quod Thucydides non tractavit.* Paſſeratius.

10. *Prætore exercente judicium.*] Notanda locutio judiciorum publicorum propria. nam in privatis cauſis judex cognoſcere dicitur, & ejus judicium, *cognitio*. In publicis judicium exercere & quærere. *Hotom. Exercente judicium.*] Cicero pro Cœlio: *Omnibus negotiis intermiſſis unum hoc judicium exercetur.* Et I. de Leg. *exercere jus civile* legitur. Exercere judicium dicitur Prætor cum jus reddit. Tacitus I. Ann. *Conſulente Pompejo Macro Prætore an judicia majeſtatis redderentur? Exercendas leges eſſe reſpondit.* Paſſerat.

humanitatis ac litterarum paullo loqui liberiùs: & in ejuſmodi perſona, quæ propter otium ac ſtudium minimè in judiciis periculiſque tractata eſt, uti propè novo
4 quodam & inuſitato genere dicendi. Quod ſi mihi à vobis tribui concedique ſentiam: perficiam profectò, ut hunc A. Licinium non modò non ſegregandum, cùm ſit civis, à numero civium; verùm etiam, ſi non eſſet, putetis [11] adſciſcendum fuiſſe.

III. Nam ut primùm ex pueris exceſſit Archias, atque ab iis artibus, quibus ætas puerilis ad humanitatem informari ſolet, ſe [12] ad ſcribendi ſtudium contulit: primùm Antiochiæ (nam ibi natus eſt, loco nobili, celebri quondam urbe & copioſa, atque eruditiſſimis hominibus, liberaliſſimiſque ſtudiis affluenti) celeriter antecellere omnibus ingenii gloria contigit. pòſt in ceteris Aſiæ partibus e cunctæque Græciæ ſic ejus adventus celebrabantur, ut famam ingenii exſpectatio hominis, exſpectationem
5 ipſius [13] adventus admiratioque ſuperaret. Erat Italia tunc plena [14] Græcarum artium ac diſciplinarum: ſtudiaque

e cunctaque Græcia *alii*, *& Putean.*

11. *Adſciſcendum.*] Aggregandum, adjungendum. hoc verbum de foro migravit ad omnes res. nam, *ſciſcere*, plebis eſt: unde plebiſcitum. civitas autem hoc tempore non ſigillatim, plebe ſciſcente, dabatur: ſed, quicumque fœderatæ civitati adſcriptus fuiſſet, ſi Romæ domicilium habuiſſet; & ſi ſexaginta diebus apud prætorem eſſet profeſſus; is, vel nullo plebiſcito, civitate donatus intelligebatur. Oppoſita ſunt igitur, *ſegregandum*, *adſciſcendum*. P. Manut.

12. *Ad ſcribendi ſtudium.*] *Scribere* κατ' ἐξοχὴν poëtæ dicuntur, ut apud Adr. Ter. In Prol. *Poëta cum primum animum appulit.* In Prol. Adelph. *Poſtquam poëta ſenſit ſcripturam ſuam ab iniquis obſervari.* Horat.

Scriberis Vario fortis & hoſtium
Victor, Mæonii carminis alite. Paſſerat.

13. *Adventus admiratioque ſuperaret.*] Pal. nonus, *admirationemque*, quaſi dicat auctam præſentiâ famam, contra quàm vulgò ſoleat. Gulielmius argutius exiſtimabat: *ut famam ingenii exſpectatio; exſpectationem hominis ipſius adventus &c.* Grut.

14. *Græcarum artium.*] Virgil. VI. Æneid. Græcis artes humanitatis tribuit:

Excudent alii ſpirantia mollius æra,
Credo equidem, vivos ducent de marmore vultus,
Orabunt cauſſas melius, cælique meatus
Deſcribent radio, & ſurgentia ſidera dicent.

Horat.

Grajis ingenium, Grajis dedit ore rotundo
Muſa loqui.

Ci-

Itaque hæc & 15 in Latio vehementiùs tum colebantur, quàm nunc iiſdem in oppidis: & hîc Romæ, propter tranquillitatem f reipublicæ non negligebantur. Itaque hunc & 16 Tarentini, & Rhegini, & Neapolitani, civitate, cæteriſque præmiis donarunt: & omnes, qui aliquid de ingeniis poterant judicare, cognitione atque hoſpitio dignum exiſtimarunt. Hac tanta celebritate famæ cùm eſſet jam abſentibus notus, Romam venit, Mario conſule, & Catulo. nactus eſt primùm conſules eos, quorum alter res ad ſcribendum maximas, alter g cùm res geſtas, tum etiam ſtudium atque aures adhibere poſſet. Statim Luculli, cùm prætextatus etiam tum Archias eſſet, eum h do-

f Pop. Rom. *MSS.* & *ed. pr.* P. B.

g tum *MS.*

Cicero II. de Orat. *Referta quondam Italia Pythagoraeorum fuit.* Paſſerat.

15. *In Latio.*] Horat. ep. 1, lib. II:

Græcia capta ferum victorem cepit, & artes
Intulit agreſti Latio.

Cicero tamen epiſt. 15, lib. IX. ad Famil. oblitas Latio facetias dixit, hoc eſt inquinatas & infacetas. Sed Ciceronis ætate Roma Latio eripuerat omnem Latinitatem. *Idem.*

16. *Tarentini, & Rhegini, & Neapolitani.*] Qui ſunt omnes in Italia, extra Latium, ii quo tempore Archiam civitate donarunt, fœderati erant, & ſuis legibus, non Romanis utebantur; poſtea lege Julia, belli ſocialis anno primo lata, municipes facti ſunt. nam quod ait Vellejus Tarentum coloniam eſſe deductam poſt annum quam Fabrateriam, id eſt Cn. Domitio, C. Fannio Coſs. anno urbis DCXXXI. id videtur eſſe falſum; cum aliquot poſt annis tamquam in fœderatam civitatem adſcribatur Archias. Rheginos fœderatos tum fuiſſe, eadem ratio probat: municipes poſtea, id eſt cives Romanos, docet hic noſter lib. IV. in Verr. *Quid arbitramini Rheginos, qui jam cives Rom. ſunt, mereri velle, ut ab iis marmorea Venus illa ne auferatur?* De Neapoli idem dico, poſt legem Juliam municipium fuiſſe argumento illud eſt in ep. ad Acilium: *L. Manlius eſt Soſis. is fuit Catinenſis, ſed eſt unà cum reliquis Neapolitanis civis Rom. factus decurioque Neapoli.* erat enim adſcriptus in id municipium, ante civitatem ſociis, & Latinis datam; Antea vero exſules Romanos Neapoli, tamquam in fœderata civitate eſſe potuiſſe Polybius ait lib. VI. *P. Manut.*

17. *Prætextatus.*] Nondum natus annos XVII. ea enim ætate, prætextâ depoſitâ, virilem togam ſumebant. Hic tamen eſt, cur mirer, prætextatum Archiam dici, cum de eodem ſupra dictum ſit, *Ut primum ex pueris exceſſit Archias.* quo tempore adhuc erat Antiochiæ: nec potuit, niſi multis poſt menſibus, Romam pervenire: cum præſertim Tarenti, Rhegii, Neapoli aliquandiu eum fuiſſe, ut ingenii ſui ſpecimen daret, quo civitatum illarum honorem obtinuit, veriſimile ſit; quem nodum, ſi quis velit, ita ſolvat, ex pueris exceſſiſſe Archiam dici, id eſt, ex ætate pue-

h in dom. *Grav.* è *MSS.* i enim *alii.* k hoc fuit *alii.*

h domum ſuam receperunt. ſed i etiam k hoc non ſolum ingenii ac litterarum, verùm etiam naturæ atque virtutis, ut domus, quæ hujus adoleſcentiæ prima fuerit, eadem eſſet familiariſſima ſenectuti.

6 Erat temporibus illis jucundus Q. Metello illi, Numidico, & ejus Pio filio. audiebatur à M. Æmilio: vivebat cum Q. Catulo, & patre, & filio. à L. Craſſo colebatur. Lucullos vero, & Druſum, & Octavios, & Catonem, & totam Hortenſiorum domum devinctam conſuetudine cùm teneret, afficiebatur ſummo honore, quòd eum non ſolùm colebant, qui aliquid percipere atque audire ſtudebant, verùm etiam, ſi qui fortè ſimulabant.

l *alii* Ciliciam *malè.*

IV. INTERIM ſatis longo intervallo, cùm eſſet cum L. Lucullo in l Siciliam profectus, & cùm ex ea provincia cum eodem Lucullo decederet, venit Heracleam: quæ [18] cùm eſſet civitas æquiſſimo jure ac fœdere, adſcribi ſe in eam civitatem voluit: idque, cùm ipſe per ſe dignus putaretur, tum auctoritate & gratia Luculli [19] ab Heraclienſibus impetravit.

7 [20] Data eſt civitas Silvani lege, & Carbonis, SI QUI FOEDERATIS CIVITATIBUS ADSCRIPTI FUISSENT: SI TUM, CUM LEX FEREBATUR, IN ITALIA DOMICILIUM HABUISSENT: &, SI SEXAGINTA DIEBUS APUD PRÆTOREM ESSENT PROFESSI. Cùm hic domicilium Romæ multos jam annos haberet, (P.CLXXXVII.) profeſſus eſt apud prætorem, Q. Metellum, familiariſſimum ſuum.

m hac *Puman.*

8 Si nihil aliud, niſi de civitate m ac lege dicimus, nihil dico

puerili, non cum annos XVII. natus eſſet: quod prætextæ deponendæ tempus erat. *B. Manut.*

18. *Cum eſſet æquiſſimo jure ac fœdere.*] Cum eſſet meliore jure & conditione, quam ceteri quos nominat. Fortaſſe propter Trojanam originem. Nam Heraclea prius Troja dicebatur. Strab. lib. VI. Ceterum ut hic ſic Cicero I. de Offic. *Æquo & pari cum civibus jure peregrinus vivat.* Paſſerat.

19. *Ab Heraclienſibus.*] *Heracleenſibus* ſcribendum ex auctoritate veterum numiſmatum, in quibus eſt, ΗΡΑΚΛΕΕ'ΩΝ. Intelligendum autem de Heraclea, quæ in Sicilia erat. Itaque ſupra *Siciliam* legendum pro *Ciliciam*, cum ex fide ſcriptorum codicum, tum ex hiſtoria. *Urſin.*

20. *Data eſt civitas Silvani lege.*] Ita quidem hodie vulgatur: ſed mſſ. tamen *Silani*, aut *Sullani*, alterum eſt à Criticis, de quo videndi ii, qui ſcripſere de Romanorum legibus. *Grut.*

21. *Quid*

[d]ico ampliùs: cauſa dicta eſt. [21] quid enim horum infir-[m]ari, Grati, poteſt? Heracleæne eſſe [n] tum adſcriptum [ne]gabis? Adeſt vir ſumma auctoritate & religione & fi-[de] [22] M. Lucullus, qui ſe non opinari, ſed ſcire: non au-[di]viſſe, ſed vidiſſe: non interfuiſſe, ſed egiſſe dicit. Ad-[ſu]nt Heraclienſes legati, nobiliſſimi homines: [o] hujus ju-[d]icii cauſa, cum mandatis, & cum publico teſtimonio ve-nerunt; [p] qui hunc adſcriptum [q] Heraclienſem dicunt. [23] Hîc tu tabulas deſideras Heraclienſium publicas, quas Italico bello, incenſo [24] tabulario, interiiſſe ſcimus omnes. Eſt ridiculum, ad ea, quæ habemus, nihil dicere: quæ-rere, quæ habere non poſſumus: & de hominum memoria tacere, litterarum memoriam flagitare: &, cùm habeas am-pliſſimi viri religionem, integerrimi municipii jusjuran-dum fidemque, ea, quæ depravari nullo modo poſſunt, repudiare: tabulas, quas idem dicis ſolere corrumpi, deſi-derare.

n eum *alii*. o *alii* qui hujus. p qui *deeſt in MS*. q Heracliæ eſſe *Lamb*.

At domicilium Romæ non habuit: is, qui, tot annis [r] ante civitatem datam, ſedem omnium rerum ac fortunarum ſuarum Romæ collocavit. [ſ] At non eſt profeſſus. Immò verò iis tabulis profeſſus, quæ ſolæ ex illa profeſſione col-legioque prætorum obtinent publicarum tabularum aucto-ritatem. 9

r civitate data *MSS*. ſ An non *MSS*.

V. NAM

21. *Quid enim horum infirmari, Grati, poteſt?*] Eſt ab Erfurdia-no cui alludunt noſtri, aliorumque, in quibus *gratis*. prius cuſi; *Gracche*. ſed ævo illi recentiori. quippe in antiquioribus viſitur item illud *gratis*. Gulielmius putabat intelligi poſſe de *Gratio* il-lo, qui poëtica ſcripſit. *Grut*.

22. *M. Lucullus*.] Coactus ſum ſequi omnes libros, ejecto *L. Lucullus*. ut fratri Legatus fuerit in Sicilia. quod & probat P. Vi-ctorius lib. XXVII. Var. Lect. cap. 8. *Idem*.

23. *Hic tu tabulas deſideras Heraclienſium*.] Quod ego in tribus libris reperi, Francii primo, Pithœi & Dreſdenſi, in pluribus pro-cul dubio lectum fuit, *Hic tu tabellas deſideras Heraclienſium publi-cas*. Sic contemtim Cicero vocavit tabulas, ut magis elevaret adverſarii ineptum argumentum. *Gravius*.

24. *Tabulario*.] Locus in quo tabulæ publicæ adſervabantur. Ju-riſconſulti *Archiva* nominant leg. 9. §. nonnunquam, D. de pœn. *Hotom*. Grammatophylaceum Græca voce J. C. vocat in Tit. de pœnis. Ulpianus quoque ἀρχεῖον dicit. Servius ad Virgilium ait tabularium locum fuiſſe, ubi tabulæ & acta publica aſſervaren-tur, idque fuiſſe templum Saturni. Aliud eſt tablinium, quod erat juxta atrium in privatis ædibus, ubi magiſtratus tabulas ra-tionum habebant, de cujus ædificandi ratione Vitruvius. *Paſſe-ratius*.

t obſervatæ MS.

V. NAM CUM Appii tabulæ negligentiùs [t] aſſervatæ dicerentur, [25] Gabinii, quamdiu incolumis fuit, levitas post damnationem, calamitas, omnem tabularum fidem reſignaſſet: Metellus, homo ſanctiſſimus modeſtiſſimuſque omnium, tanta diligentia fuit, ut ad L. Lentulum prætorem, & ad judices venerit, & unius [v] nominis litura ſe commotum eſſe dixerit. His igitur tabulis nullam lituram in nomen A. Licinii videtis.

v hominis MS.

P. B.

10 Quæ cùm ita ſint, quid eſt, quòd de ejus civitate dubitetis, præſertim cùm aliis quoque in civitatibus fuerit adſcriptus? Etenim cùm mediocribus [x] multis, & aut nullâ, aut humili aliqua arte præditis, gratuitò civitatem [26] in Græcia homines impertiebantur, Rheginos credo, aut Locrenſes, aut Neapolitanos, aut Tarentinos, quod ſcenicis artificibus largiri ſolebant, id [y] huic, ſumma ingenii prædito gloria, noluiſſe. Quid? cùm ceteri non modò poſt civitatem datam, ſed etiam [27] poſt legem Papiam, aliquo modo in eorum municipiorum tabulas irrepſerint: hic, qui ne utitur quidem illis, in quibus eſt ſcriptus, quòd ſemper [28] ſe Heraclienſem eſſe voluit, rejicietur?

x multi ſed aut MS.

y huic deeſt in MS.

11 Cenſus noſtros requiris ſcilicet. eſt enim obſcurum, [29] pro-

25. *Gabinii.*] Veteres libri habent *Gabii:* unde *Gavii*, legendum quiſpiam exiſtimarit, de quo mentio eſt in Orat. pro P. Sextio. *Urſin.*

26. *In Græcia.*] Audiendi non ſunt, qui magnam Græciam ſignificari putant. Nam Rhegini, Locrenſes, Tarentini, quos hic cum Græcis comparat, erant in magna Græcia. Videtur autem hoc ex Demoſthenis ſupereſſe oratione περὶ τῆς συντάξεως, & de Republica ordinanda, φθόρους, ἀνθρώπους οἰκοτρίβων οἰκοτρίβας τιμὴν ὥσπερ ἄλλου τινὸς τῶν ὠνίων λαμβάνοντες ποιεῖσθε πολίτας. *Perditos homines, ſervos ſervis genitos, accepto tanquam pro aliis mercibus pretio cives facitis.* ὤνια hic ſunt venalia. P. Victorius hic firmat teſtimonio Alexidis Comici apud Athen. lib. III. Deipnoſ. qui ait Chærephili ſalſamentarii filiis civitatem Athenienſes dediſſe, quod eorum pater magnam vim ſalſamentorum Athenas comportaſſet. *Paſſerat.*

27. *Poſt legem Papiam.*] De peregrinis urbe pellendis. nam Ant. Auguſtinus malè corrigit *Papiriam*. Grut.

28. *Se Heracleinſem eſſe voluit.*] Ἀρχαϊσμός pro voluit eſſe Heraclienſis. Plaut. Aſin. *Vult placere ſeſe amicæ.* Salluſt. *Omnes homines qui ſeſe ſtudent præſtare.* Cicero II. Tuſcul. *Qui ſe philoſophos appellari volunt.* Liv. XXII: *Qui ſe bene mori, quam turpiter vivere maluit.* Terent. Eunuch. *Eſt genus hominum qui eſſe primos ſe rerum omnium volunt.* Paſſerat.

29. Pro-

29 proximis cenſoribus, hunc cum clariſſimo imperatore, L. Lucullo, apud exercitum fuiſſe: ſuperioribus, cum eodem quæſtore fuiſſe in Aſia: primis, Julio & Craſſo, nullam populi partem eſſe [z] cenſam. Sed, quoniam cenſus non jus civitatis confirmat, ac tantummodò indicat, eum, qui ſit cenſus, ita ſe jam tum 30 geſſiſſe pro cive: 31 iis temporibus quæ tu criminaris, ne ipſius quidem judicio eum in civium Romanorum jure eſſe verſatum: & teſtamentum ſæpe fecit noſtris legibus, & adiit hereditates civium Romanorum, & 32 in beneficiis ad ærarium delatus eſt à L. Lucullo [a] prætore & conſule.

z cenſitam *alii & MSS*,

a P.R. conſule *MS*.

VI. QUARE

29. *Proximis cenſoribus.*] Cn. Lentulo Clodiano, & L. Gellio. nam qui poſt eos fuere, Catulus, & Craſſus, abdicarunt: qui vero poſt eos creati ſunt, Cotta, & Servilius, Iſauricus, cenſum non egerunt: qui actus poſt triennium eſt, non expectato legitimo quinquennio, auctoribus Dione, & Cicerone lib. I. epiſt. ad Attic. Præterea non Catulo, & Craſſo, neque Cotta, & Servilio, ſed Lentulo, & Gellio cenſoribus, Lucullus cum Mithridate bellavit, Pompejo, & Craſſo Coss. quod Cicero docet lib. IV. in Verrem his verbis: *Quid? Eupolemo, Calatino, qui nunc apud exercitum cum L. Lucullo eſt, non idem fecit?* Orationes autem in Verrem habitæ ſunt, vel ſcriptæ potius, Pompejo conſule, & Craſſo: quo anno cenſores creatos eſſe Lentulum, & Gellium, ex Cicerone Aſconio, Plutarcho ſatis conſtat. quo autem anno Catulus, & Craſſus, vel Cotta, & Servilius cenſores, fuere, Lucullus ad urbem, obſiſtentibus inimicis ne triumphare poſſet, morabatur. nec niſi Cicerone conſule triumphavit. *P. Manut.*

30. *Geſſiſſe pro cive.*] Tanquam civem voluiſſe III. de Offic. *Eſſe pro cive quis civis non ſit rectum eſt non licere.* Sic apud J. C. gerere ſe pro herede dicitur, qui animo agnoſcit ſucceſſionem, licet nihil attingat hereditarium. L. gerit D. de arg. hered. Sic iidem J. C. pro herede poſſidere, & pro legato, & pro re poſſeſſa. Suet. in Tib. *Nec quidquam pro patrefam. egit.* Idem Aug. *Pro libero eſſe ſivit.* Sic Plautus: *Pro cerrito circumferri, pro inſano reſpondere.* Idem.

31. *Iis temporibus, quæ tu criminaris, ne ipſius quidem judicio in civium Romanorum jure eſſe verſatum.*] Hæc mihi perobſcura videntur & ἀνακόλουθα. Quomodo enim Archias teſtamentum fecit Romanorum legibus, & adiit hereditates civium Romanorum, ſi ne ſuo quidem judicio tum in civium Romanorum jure eſt verſatus? Contrarium Cicero voluit oſtendere. Itaque ut hæc ἀνακολουθία tollatur, pro *quæ* ſcribe *queis*, & ſic interpunge: *Iis temporibus, queis tu criminaris, ne ipſius quidem judicio in civium Romanorum jure eſſe verſatum, & teſtamentum ſæpe fecit noſtris legibus.* Hæc eſt vera ſententia, illis ipſis temporibus, quibus tu contendis Archiam ipſum nondum præ ſe tuliſſe ſe civem eſſe, multa pro cive geſſit, teſtamentum fecit, & quæ ſequuntur. Igitur falſum eſt, quod tu criminaris. *Gravius.*

32. *In beneficiis ad ærarium eſt delatus.*] Locum hunc in Comment.

VI. Quare argumenta, ſiqua potes. numquam eni
12 hic neque ſuo neque amicorum judicio revincetur. Qu
b *ita MSS. alii aliter.* res à nobis, b Grati, cur c tantopere hoc homine delec
mur. Quia ſuppeditat nobis, ubi & animus ex hoc fore
c tanto opere *MS.* ſtrepitu reficiatur, & aures convitio defeſſæ conquieſcan
An tu exiſtimas aut ſuppetere nobis poſſe, quod quotid
dicamus in tanta varietate rerum, niſi animos noſtros do
Pag. CLXXXVIII. ctrina excolamus: aut ferre animos tantam poſſe conte
tionem, niſi eos doctrina eadem relaxemus? Ego verò fa
teor, me his ſtudiis eſſe deditum. ceteros pudeat, ſiq
ita 33 ſe litteris abdiderunt, ut nihil poſſint ex his neque a
communem afferre fructum, neque in adſpectum lucem
que proferre. me autem quid pudeat, qui tot annos it
vivo, judices, 34 ut ab nullius umquam me tempore au
d voluntas *MS.* commodo, aut otium meum abſtraxerit, aut d volupt
avocarit, aut denique ſomnus retardarit?

Quar

ment. de verb. jur. ſub voce *beneficium* interpretati ſumus. *Hoto* *Deferri in beneficiis* ad ærarium non erat emolumentum, veru merus honor & commendatio illarum perſonarum apud populu Romanum profutura illis vel ad majora ornamenta ab republi ca conſequenda, vel ad pericula, ſi quæ exſtitiſſent, ſublevan da, tanquam olim meritis, ut judicio & beneficio principum ho neſtarentur. Sic hic Archiam à Lucullo, ſic L. Cornelium Bal bum à Pompejo in beneficiis ad ærarium delatum eſſe, jactat in illorum defenſione Cicero, J. Fr. Gronov. de Pec. vet. III, 17. ubi vide plura. *Grav.*

33. *Se litteris abdiderunt.*] Se litteris involverunt, in litteris de ſituerunt. Lib. VII. ad Famil. *Se totum in litteras abdere.* Et lib. IX: *Ubi ſalutatio defluxit, litteris me involvo, aut ſcribo, aut lego.* Paſſerat.

34. *Ut ab nullius umquam me tempore aut commodo, aut otium &c.*] Ita Palatini plerique, neque aliter quos excuſſit P. Victorius, qui lectionem iſtam ſtabilit lib. II. Var. Lect. cap. 8. *tempus* notare etiam *periculum*, jam notum eſt. *Gruter.* *Commodo* eſt quidem in Pith. & Franc. prim. Sed in ſecundo & Dreſdenſi eſt, *commodum*, ut & in Victor. & Lambini editione. quo nihil certius. *A nullius tempore*, hoc eſt à nullius afflicta fortuna, ſive ejus caput, ſive res ageretur, me avocavit aut meæ utilitatis reſpectus, aut amor ſtudendi, id enim eſt *otium*, aut voluptas, aut ſomnus. Eſt id ipſum quod dixit pro lege Manilia: *Omne meum tempus amicorum temporibus transmittendum putavi.* Pro Cœlio: *Servire temporibus ſuorum omnium pecunia, gratia, labore corporis.* quod eſt juvare amicos ſuos omni re, quam illorum fortuna poſtulat. Cicero igitur hic dici ſe neglecto ſuo commodo, poſthabitis ſtudiis bonarum artium, quibus deditus erat, contemta voluptate & ſomno, ſerviiſſe temporibus amicorum. *Gravius.*

35. Quan-

Quare quis tandem me reprehendat, aut quis mihi jure 13
ſuccenſeat, ſi, quantum ceteris ad ſuas res obeundas, quan-
tum ad feſtos dies ludorum celebrandos, quantum ad alias
voluptates, & ad ipſam requiem animi & corporis con-
ceditur [e] temporum; [35] quantum alii tribuunt [f] tempeſtivis e temporis
conviviis; [36] quantum denique aleæ, quantum pilæ; tan- alii.
tum mihi egomet ad hæc ſtudia recolenda ſumpſero? At- f intem-
que hoc [g] adeò mihi concedendum eſt magis, quòd ex his peſt. alii.
ſtudiis [37] hæc quoque cenſetur oratio & facultas: quæ g eo Lamb.
quantacumque [h] eſt in me, numquam amicorum periculis h eſt deeſt in
obfuit. [38] quæ ſi cui levior videtur: illa quidem certè, quæ ed. Grut.
ſumma ſunt, ex quo fonte hauriam, ſentio.

Nam,

35. *Quantum alii tribuunt tempeſtivis conviviis.*] Sententia, ut videtur, ſumta ex Platonis Phædro, in quo ita ſcriptum eſt: ὅταν δ' ἄλλοι παιδείαις ἄλλαις χρῶνται, συμποσίοις ἄρδοντες αὑτοὺς ἑτέροις τε, ὅσα τούτων ἀδελφά, τότ' ἐκεῖνος ἀντὶ τούτων οἷς λέγω παίζων διάξει. *Urſin.* De *tempeſtivis conviviis* vid. Manut. Quæſt. 1, 5. & Caſaubonum ad Athenæum Lib. IV. c. 9. *Verburg.*

36. *Quantum denique alea.*] Non fruſtra in Pithœi codice ſcribitur: *quantum denique alveolo.* Alveolum vocat tabulam aleatoriam. v. de Finibus: *Et cum re nulla impediantur neceſſaria, aut alveolum poſcere, aut quærere quempiam ludum.* Alveolum aliter dicitur tabula, ut apud Juvenalem:

— *nec enim loculis comitantibus itur*
Ad caſum tabulæ, poſita ſed luditur arca.

Suetonio & Senecæ dicitur *forus*, & *forus aleatorius*, ut alibi notavimus. Puto igitur *alea* in MSS. & edd. interpretationem τοῦ *alveoli.* Grævius.

37. *Hæc quoque cenſetur oratio.*] Ita Gruteri mſ. neque aliter editio princeps. nam ceteri mſſ. noſtri ferè habent *creſcit oratio*, quemadmodum vulgata. ineptè, certè nullo lepore; ut multis exemplis firmat Gulielmius, heic odioſè producendis. *cenſeri* enim eſt æſtimari, in pretio haberi. *Grut.*

38. *Quæ ſi cui levior.*] *Lautior* Pantagathus. *Urſin.* *Quæ ſi cui levior videtur.*] Ego quoque, inquit, graviora & præſtantiora eſſe alia, quam hæc eſt oratio & facultas, eaque ex alio fonte ſumi, non ignoro. ac me quidem ita ſentire, & ita ab adoleſcentia conformatum fuiſſe, indicat illud tempus, cum veſtra mihi ſalus ita cara fuit, ut pro ea me in tot ac tantas dimicationes, atque in hos profligatorum hominum quotidianos impetus objecerim. Significat autem eas litteras, quæ præſtantiore quodam ſcientiæ genere animos ad laudem & ad honeſtatem excitant: quæ philoſophiæ pars eſt nobiliſſima. atque huc pertinent illa verba: *Niſi multorum præceptis, multiſque litteris mihi ab adoleſcentia ſuaſiſſem, nihil eſſe in vita magnopere expetendum, niſi laudem, atque honeſtatem.* Delector, inquit, hac oratione, & facultate: quæ ſi cui levior videtur, me ſciat graviora ſimul ſtudia jam inde ab ado-

14 Nam, niſi multorum præceptis, multiſque litteris mi
ab adoleſcentia ſuaſiſſem, nihil eſſe in vita magnopere e
petendum, niſi laudem atque honeſtatem: in ea aut
perſequenda omnes cruciatus corporis, omnia peric
mortis atque [i] exſilii parvi eſſe ducenda: numquam
pro ſalute veſtra in tot ac tantas dimicationes, atque
hos profligatorum hominum quotidianos impetus objec
ſem. Sed pleni omnes ſunt libri, plenæ ſapientium voce
plena exemplorum vetuſtas: quæ [39] jacerent in tenebr
omnia, niſi litterarum lumen accederet. Quàm mult
nobis imagines, non ſolùm ad intuendum, verùm etia
ad imitandum, fortiſſimorum virorum [40] expreſſas ſcri-
ptores & Græci & Latini reliquerunt? quas ego mihi
ſemper in adminiſtranda republica proponens, animum,
& mentem meam ipſa cogitatione hominum excellentium
conformabam.

i exſilia MS.

P. B.

15 VII. QUÆRET quiſpiam, quid? illi ipſi ſummi vi-
ri, quorum virtutes litteris proditæ ſunt, iſtane doctrina,
quam tu laudibus effers, eruditi fuerunt? Difficile eſt hoc
de omnibus confirmare. ſed [k] tamen eſt certum, quid
reſpon-

k mihi MS.

adoleſcentia coluiſſe. Sententia non videtur obſcura: nonnullis tamen in mentem venit, *lautior*, reponere pro, *levior*: qui quam recte ſentiant, ex iis, quæ diximus, conjicere cuivis licet. *P. Manut.*

39. *Jacerent in tenebris omnia, niſi litterarum lumen accederet.*] Oblivione ſempiterna ſepulta eſſent, niſi litteris illuſtrarentur. Tenebras & lucem pari translatione conjunxit Lucret.

E tenebris tantis tam clarum extollere lumen.

Horat. IV, 8:

Dignum laude virum Muſa vetat mori.

Et paulo ante 8:

——— *neque*
Si chartæ ſileant, quod bene feceris
Mercedem tuleris.

Vide ibi plura, *Paſſerat.* Præclare codex Erfurtenſis: *niſi litterarum lumen accenderet*, hoc eſt illuſtraret. *Grav.*

40. *Expreſſas.*] Solidas, prominentes. *Exprimere* ἐκτυποῦν, *expreſſum* ἐκτυπούμενον, ut quod in ære ſculptum eminet, ut in ſtatua, vel nummo, vel tabula etiam. Nam & color eminet. I. de Nat. Deorum: *Species Deorum, quæ nihil habeat concreti, nihil ſolidi, nihil expreſſi, nihil eminentis.* III. de Offic. *Germanæ juſtitiæ ſolidam & expreſſam effigiem nullam tenemus, umbra & imaginibus utimur.* III. Tuſcul. *Conſectatur nullam eminentem effigiem virtutis, ſed adumbratam imaginem gloriæ. Eſt enim gloria ſolida quædam res & expreſſa, non adumbrata.* Pro Cœlio: *Habet ille multa non expreſſa ſigna, ſed adumbrata virtutum.* Paſſerat.

41. Qui

ſpondeam. Ego multos homines excellenti animo ac [vir]tute fuiſſe, & ſine doctrina, naturæ ipſius habitu pro[pe] divino, per ſeipſos & moderatos, & graves exſtitiſſe fa[teor]. etiam illud adjungo, ſæpius ad laudem atque vir[tu]tem naturam ſine doctrina, quàm ſine natura valuiſſe [do]ctrinam. Atque idem ego contendo, cùm ad naturam [ex]imiam atque illuſtrem acceſſerit [l] ratio quædam [m] con[for]matioque doctrinæ: tum illud neſcio quid præclarum [ac] ſingulare ſolere exſiſtere.

l oratio *MSS.*

m confirmatio *Grut.*

Ex hoc eſſe hunc numero, quem patres noſtri viderunt, [d]ivinum hominem, Africanum: ex hoc C. Lælium, L. [Fu]rium, [n] moderatiſſimos homines & continentiſſimos: [ex] hoc fortiſſimum virum, & illis temporibus doctiſſimum, M. Catonem illum ſenem: [41] qui profectò ſi nihil ad percipiendam colendamque virtutem litteris adjuvarentur, numquam ſe ad earum ſtudium contuliſſent. Quòd ſi non hic tantus fructus oſtenderetur, & ſi ex his ſtudiis delectatio ſola peteretur: tamen, ut opinor, [42] hanc animi adverſionem, humaniſſimam ac liberaliſſimam judicaretis. Nam ceteræ [43] neque temporum ſunt, neque ætatum omnium, neque locorum. hæc ſtudia [44] adoleſcentiam alunt, 16

n alii modeſtiſſimos.

41. *Qui ſi . . . adjuvarentur.*] Vel debuit dixiſſe *adjuvaremur*, vel commode explicandum, ut ſit, adjuti fuiſſent, quomodo explicat pater in notis ad Livium XXIX, 1. *Gronov.*

42. *Hanc animadverſionem.*] Reſpondet *animadverſionem* ſuperiori illi *ſtudiis*, non ei, quod ſequitur, *delectatio*, ut falſo ipſi putarunt. Cum igitur idem pœne Cicero exprimere vellet, variandæ orationis cauſa inquit infra pro *ſtudia, animadverſionem*: Cujus nominis eadem fere vis notioque eſt, quin autem id à M. Cicerone alias hoc ſenſu uſurpatum ſit, dubium non eſt. Valet autem θεωρία, σκέψις. P. Victorius. *Hanc animi adverſionem.*] *Animadverſionem* retinendum puto, quia, ut ex definitione ſtudii intelligitur, in eo ineſt adverſio animi. Virgil. V. Æneid.

Accipite hæc animis, lætaſque advertite mentes. Paſſerat.

Hanc animi adverſionem.] Secutus ſum apices litterarum Palatini noni, cui accedunt ceteri, in quibus *animadverſionem*, quod & in olim cuſis. nam quod hodie in libris habitat, *animi remiſſionem*, eſt conjectaneum Laz. Bonamici. Muretus maluit, *averſionem*, quomodo eſt item in uno ſcripto Cujacii. ſed bene propugnat illud noſtrum P. Victorius lib. XXIX. cap. 7, qui conſulatur. *Grut.*

43. *Neque temporum ſunt.*] Juriſprudentia enim & eloquentia, ſi belli tumultus increpuerit, jacent. vide Ennium apud Ciceronem pro Murena. Gubernatoris ars hyeme conquieſcit, ars imperatoris pace friget. At Alcæus bello & pace lyra utebatur. Vide Horat. I, od. 32. *Paſſeratius.*

44. *Adoleſcentiam alunt.*] Fortaſſe *agunt* hic valet, erudiunt, inſtituunt,

alunt, ſenectutem oblectant, ſecundas res ornant, adverſis perfugium ac ſolatium præbent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiſcum, peregrinantur, ruſticantur. P.CLXXXIX.

17 Quod ſi ipſi hæc neque attingere, neque ſenſu noſtro guſtare poſſemus, tamen ea mirari deberemus, etiam cùm in aliis videremus.

VIII. Quis noſtrûm tam animo agreſti ac duro fuit, [45] ut Roſcii morte nuper non commoveretur? qui [o] cum eſſet ſenex mortuus, tamen, propter excellentem artem ac venuſtatem, videbatur omnino mori non debuiſſe. Ergo [p] ille corporis [q] motu tantum amorem ſibi conciliarat à nobis omnibus: nos animorum incredibiles motus, celeritatemque ingeniorum negligemus?

o etſi ſenex *Grut.*
p illo *alii.*
q motus *alii.*

18 Quoties ego hunc Archiam vidi, judices, (utar enim veſtra benignitate, quoniam me in hoc novo genere dicendi tam diligenter attenditis) quoties ego hunc vidi, cùm litteram ſcripſiſſet nullam, magnum numerum optimorum verſuum de his ipſis rebus, quæ tum agerentur, dicere ex tempore? [46] quoties revo-

ſtituunt. Quin certe ἄγειν apud Græcos hoc ſignificare dubitari non poteſt. Unde vocata ab illis liberorum inſtitutio, ἡ τῶν παίδων ἀγωγή. Potuit igitur exprimere M. Cicero id verbum, atque id ſane mihi admodum veriſimile eſt. *Agere* hic eſt regere, & ante ſe compellere, ut paſtor ſolet pecudes, quod convenit ætati, in qua eſt maxima imbecillitas conſilii, ut Græcis ἄγειν; quod adoleſcens ἀγώγιμος eſt, ductu & impulſu facilis. Sed *alunt* magis placet, pro fovent, miniſtrant paſtum animorum. [illegible] I. Tuſcul. *honos alit artes.* Lib. I. de Offic. *Mens hominis alitur diſcendo.* II. Catil. *Memoria veſtra noſtra res alentur, ſermonibus creſcent.* Virgil. *Vulnus alit venis.* Et de ſtudiis appoſite Cicero v. Tuſc. *Oblectatio ſollertiæ & doctrinæ ſuaviſſimus eſt paſtus animorum.* Paſſerat. *Adoleſcentiam agunt.*] Sic reponi juſſit Muretus libro XII. Var. Lect. cap. 15. & ante eum P. Victorius lib. XXVI. Var. cap. 14. neque aliter vetuſtius ediri, omneſque mſſ. noſtri. recentiores critici maluerunt, *alunt.* minus recte. ſed nec *agunt* placuit Gulielmio. malebat enim *acuunt*, egregia conjectura. eo enim adoleſcentum litteræ. iis eniteſcit ingenii nativa indoles, hebes aliàs. *Gruter.*

45. *Ut Roſcii morte nuper non commoveretur.*] Quem Q. Catulus, etſi eſſet oculis perverſiſſimis, tamen oriente ſole pulchriorem eſſe judicabat. Porro Macrobius ſcribit, Ciceronem Roſcio hiſtrione tam familiariter uti ſolitum, ut res rationeſque ipſius ſua ſolertia moveretur: *Satis conſtat*, inquit, *eum contendere cum illo ſolitum, utrum ille ſæpius eandem ſententiam variis geſtibus efficeret, an ipſe per eloquentiæ copiam ſermone diverſo pronunciaret.* Hotom.

46. *Quoties revocatum eandem rem dicere.*] Vetus liber *revocatam*, pro *revocatum*. Urſin.

47. Quaſi

evocatum eandem rem dicere, commutatis verbis atque ſententiis? Quæ verò accuratè cogitatéque ſcripſiſſet: ea ſic vidi probari, ut ad veterum ſcriptorum laudem perveniret. Hunc [r] non ego diligam? non admirer? non omni ratione defendendum putem? Atqui ſic à ſummis hominibus, eruditiſſimiſque accepimus, ceterarum rerum ſtudia, & doctrinâ, & præceptis, & arte conſtare: poëtam natura ipſa valere, & mentis viribus excitari, & [47] quaſi divino quodam ſpiritu inflari. Quare ſuo jure noſter ille Ennius ſanctos appellat poëtas, quòd quaſi deorum aliquo [48] dono atque munere [49] commendati nobis eſſe videantur.

r ego non alii.

Sit igitur, judices, ſanctum apud vos, humaniſſimos homines, hoc poëtæ nomen, quod nulla umquam barbaria violavit. [50] Saxa & ſolitudines voci reſpondent; beſtiæ ſæpe immanes cantu flectuntur atque conſiſtunt: 19

nos

47. *Quaſi divino quodam ſpiritu afflari.*] Scripſit idem lib. II. de Orat. *Bonus poëta nemo ſine inflammatione animorum exiſtere poteſt & ſine quodam afflatu quaſi furoris.* Et lib. I. de Divin. *Magnum poëtam quemquam ſine furore eſſe poſſe negat Democritus.* Idem Plato tradidit in Ione & Phædro. *P. Manut.* *Quaſi divino quodam ſpiritu inflari.*] Eſt à mſſ. noſtris omnibus; & id propius ad vim Græci verbi ἐνθουσιάζειν, quam quod publicatur *afflari*. Gruterus. *Inflari* noſtri quoque omnes libri tuentur. Vide de Enthuſiaſmo ſeu furore poëtico G. Voſſium de Artis poëticæ natura c. 12. & viri pereruditi & peramici olim mei Petri Petiti diſſertationem de furore poëtico, quam præfixit ſelectis ſuis poëmatibus, ut & plenum variæ doctrinæ librum, ſed Anglicana lingua ſcriptum, quem de variis enthuſiaſmi generibus edidit, qui & ipſe ſumma amicitia mihi fuit conjunctus, cum eſſet in vivis, Mericus Caſaubonus. Prodiit Londini 1656. *Grævius.*

48. *Dono atque munere.*] Sic lib. I. de Nat. Deorum donum divinum rationis & conſilii vocat, quod homines à Diis accepimus. Cornelius Fronto; *Munus quod amicus vel cliens vel libertus officii cauſſa: donum quod diis datur.* Donat. in Eunuch. *Et donum & munus præmium eſt: ſed donum præmium diis, munus præmium hominibus.* Vid. & Nonium & Varronem v. de L. L. *Paſſerat.*

49. *Commendati nobis eſſe videantur.*] Accedo Gulielmianæ conjecturæ, *commodati.* quæ vox ſæpius migravit in alteram, ut pluribus oſtendi ante XXIV. fere annos, in Animadverſionibus meis ad Senecam Philoſophum. *Gruter.* Atque in fine velut ad hunc locum reſpiciens repetit; *ſi qua non modo humana, verum etiam divina in tantis negotiis commendatio debet eſſe.* Gron.

50. *Saxa & ſolitudines voci reſpondent.*] Sic citat Victorius lib. XXII. cap. 16. ubi hunc locum tuetur contra Quintilianum: ſed edd. vett. & mſſ. noſtri non. Grut.

51. *He-*

P. B. nos instituti rebus optimis non poëtarum voce move-
mur? [51] Homerum Colophonii civem esse dicunt ſuum,
ſ ut ſuum Chii ſſuum vendicant, Salaminii repetunt, Smyrnæi ve-
Lamb. rò ſuum eſſe confirmant. [52] itaque etiam delubrum ejus in
oppido dedicaverunt. permulti alii præterea pugnant inter
ſe atque contendunt.

IX. ERGO ILLI alienum, quia poëta fuit, poſt mor-
tem etiam expetunt: nos hunc vivum, qui & voluntate
t repudia- & legibus noſter eſt, t repudiabimus? præſertim cùm omne
mus? *MSS.* olim ſtudium atque omne ingenium contulerit Archias

51. *Homerum Colophonii.*] De patria Homeri, poſt Leonem Al-
latium, operæ pretium eſt videre quæ habet Gallæus in Diſſerta-
tionibus de Sibyllis c. xx. p. 438. & ſeqq. *Verburg.*

52. *Itaque etiam delubrum ejus in oppido dedicaverunt.*] Octav. Pan-
tagathus homo divini ingenii correxerat olim Varronis verſicu-
lum, qui eſt apud A. Gellium in lib. XIII. c. YI. in quo male le-
gebatur *ariete*, pro *Jeta*: ea vero correctio occaſionem dedit. Ant.
Auguſtino mutandi hoc loco adverbium *itaque*, in nomen *Jeta-
que*, quæ lectio & probata à Pantagatho olim fuit, & à Paulo
Manutio nuper vulgata in eo commentario quem in hanc ipſam
pro Archia orationem edidit Romæ. ſed Manutius de Strabonis
loco à me admonitus, qui huic emendationi repugnaret, in ſe-
cunda ejus commentarii editione, quam parabat, & antiquam
lectionem reſtituit, & Strabonis verba ex lib. XVI. quæ Græca
etiam quodam numiſmate confirmantur, ad eam ſtabiliendam
lectionem adduxit; quæ nos, quia non ſunt ab hoc Cicer. loco
aliena, eo libentius proferemus. Ἔςι βιβλιοθήκη, καὶ τὸ Ὁμήρειον
καλλίλιθον, ςοὰ τετράγωνος ἔχουσα νεὼν Ὁμήρου καὶ ξοάνον· ἀντιποιοῦν-
ται γὰρ καὶ οὗτοι διαφερόντως τοῦ ποιητοῦ· καὶ δὴ καὶ νόμισμά τι χαλ-
κοῦν παρ' αὐτοῖς Ὁμήρειον λέγεται. ῥεῖ δὲ πλησίον τοῦ τείχους καὶ Μέλης πο-
ταμός. Vetus autem numiſma, quo Strabonis verba mirifice il-
luſtrantur, ab una parte habet Homeri imaginem coronatam, ab
altera Meletis fluvii ſimulacrum adſcriptis nominibus fluvii,
ΜΕΛΗΣ: & civitatis quæ numiſma cuſit. ΑΜΑΣΡΙΑΝΩΝ, quam
SMYRNÆORUM coloniam opinor fuiſſe: ſed præter Strabo-
nis locum, quem adduximus, hoc etiam Ant. Auguſtini corre-
ctioni repugnat, quod verbum *Jetaque* non plane congruit ſupe-
rioribus membris, quæ inconjunctim poſita ſunt, neque per *que*
nec ultimum membrum probe illis conjungitur. verſiculos autem
Varronis, quos ſupra diximus à Pantagatho fuiſſe emendatos, li-
bet hîc adſcribere, ut & doctiſſimi viri memoriæ conſulamus, &
ſtudioſorum etiam utilitati.

Capella Homeri candida hæc tumulum indicat;
Quod hac Jeta mortuo faciunt ſacra.

In priore verſu *hoc* in *hac*: in poſteriore *ariete* in *hac Jeta* muta-
tum à Pantagatho fuit: cujus emendatio confirmatur cum Græ-
co epigrammate, tum Strabonis, Pauſaniæ, aliorumque (quibus
nominandis ſuperſedeo) ſcriptorum auctoritate. *Urſin.*

53. Qui

populi Romani gloriam laudemque celebrandam? v *ita Gron.*
m & Cimbricas res adoleſcens v attigit, & ipſi illi C. Ma- *alii* attin-
, qui 53 durior ad hæc ſtudia videbatur, jucundus fuit. git.
Neque enim quiſquam eſt tam averſus à Muſis, qui non 20
andari verſibus æternum ſuorum laborum facilè præco-
ium patiatur. Themiſtoclem illum, ſummum Athenis vi- x *qualia*
ūm, dixiſſe ajunt, cùm ex eo quæreretur, *quod acroama,* *carmina,*
aut cujus vocem libentiſſimè audiret: ejus, à quo ſua vir- *aut* MS.
s optimè prædicaretur. Itaque ille Marius y item eximiè y item *deeſt*
L. z Plotium dilexit: cujus ingenio putabat ea, quæ geſ- *in MSS.*
rat, poſſe celebrari. z Plautium *Lamb.*
Mithridaticum verò bellum magnum atque difficile, 21
& in multa varietate, terra marique verſatum, totum
b hoc expreſſum eſt: qui libri non modò L. Lucullum,
ortiſſimum & clariſſimum virum, verùm etiam populi
Romani nomen illuſtrant. Populus enim Romanus aperuit,
Lucullo imperante, Pontum, & regiis quondam opibus
& ipſa natura regionis vallatum: populi Romani exerci-
tus, eodem duce, non maxima manu innumerabiles
Armeniorum copias fudit: populi Romani laus eſt, ur-
bem amiciſſimam Cyzicenorum, ejuſdem conſilio, ex
omni impetu regio, ac totius belli ore ac faucibus ere-
ptam eſſe atque ſervatam: noſtra ſemper feretur & præ- P. CXC.
dica-

53. *Qui durior ad hac ſtudia videbatur.*] Ab his paululum abhorrebat, vel qui minus iis flectebatur & movebatur. Vetus liber: *Qui durior ad hac omnia ſtudia videbatur.* Sic dixit lib. I. ad Attic. epiſt. 14: *Mollis animus ad accipiendam & ad deponendam offenſionem.* Durus autem Marius recte dicitur, ut *durus miles.* Virgil. *& dura prælia.* Horat. *dura belli.* Ipſe C. Marius apud Salluſtium in Jugurth. ſic ad populum: *Non ſunt compoſita verba mea, parvi id facio, neque litteras Græcas didici. Parum placebat illas diſcere, quippe quæ ad virtutem doctoribus nihil profuiſſent. At illa multo optima reipublica doctus ſum, hoſtem ferire, nihil metuere.* Paſſerat.

54. *L. Plotium.*] Nominatum à Suetonio inter claros rhetores, his verbis: *De hoc Cicero in epiſt. ad M. Ticinium ſic refert: Equidem memoria teneo, pueris nobis primum Latine docere cœpiſſe L. Plotium quendam. ad quem cum fieret concurſus, quod ſtudioſiſſimus quiſque apud eum exerceretur; dolebam, mihi idem non licere. continebar autem doctiſſimorum hominum auctoritate, qui exiſtimabant, Græcis exercitationibus ali melius ingenia poſſe. Hunc eundem (nam diutiſſime vixit) M. Cœlius in oratione, quam pro ſe de vi habuit, ſignificabat dictaſſe Atratino, accuſatori ſuo actionem: ſubtractoque nomine ordearium rhetorem appellat, deridens ut inflatum, ac levem & ſordidum.* P. Manutius.

 55. *Cum*

dicabitur, L. Lucullo dimicante, [55] cum interfectis duci-
bus depreſſa hoſtium claſſis, & incredibilis apud Tenedum
pugna illa navalis: noſtra ſunt tropæa, noſtra monumen-
ta, noſtri triumphi. [56] Quare, quorum ingeniis hæc fe-
22 runtur, ab iis populi Romani fama celebratur. Carus fu-
Africano ſuperiori noſter Ennius. itaque etiam [57] in ſepul-
chr

55. *Cum ducibus depreſſa claſſis.*] P. Victorius cap. 8. lib. XX
Var. Lect. admonet ita à Latinis captas, aut depreſſas cum ho-
minibus naves dici, ut à Græcis αὐτάνδρους conjuncte, vel dis-
junctim σὺν αὐτοῖς ἀνδράσιν. Paſſerat.

56. *Quare, quorum ingeniis hæc feruntur.*] Pro *quare* legebat Pan-
tagathus *quia*, nec male. paullo poſt, *At ejus laudibus*, pro
iis laudibus. Primus autem Pantagathus Ciceronis locum hunc de
Scipionis ſepulcro, in quo conditus dicitur Ennius fuiſſe, miſe-
rabiliter depravatum correxit, à quo emendationem accepit
Manutius, & vulgavit. *Urſin.*

57. *In ſepulcro Scipionum.*] Ad portam Capenam. in quo tamen an
Africanus ille, cui carus Ennius fuit, ſepultus ipſe ſit, ambigitur.
periiſſe enim à multis creditur in Campaniæ vico Literno, ibique ſe-
pultus eſſe, addita in monumento inſcriptione: *Ingrata patria ne oſſa
mea quidem habeto.* Id quidem Strabo diſerte narrat his verbis: *Po-
Sinueſſam Linternum eſt oppidum, ubi prioris Africani ſepulcrum. nam
ultimam conſumpſit ætatem, omiſſa, propter quorundam ſimultatem, rei pu-
blica cura.* Alii autem, non Literni, ſed Romæ mortuum elatumque
tradiderunt, auctore Livio. apud quem hæc lib. XXXIIX. ſcripta
ſunt: *Alii Romæ, alii Literni & mortuum, & ſepultum. utrobique
monumenta oſtenduntur, & ſtatuæ. nam & Literni monumentum, mo-
numentoque ſtatua ſuperimpoſita fuit: quam tempeſtate disjectam, nuper
vidimus ipſi: & Romæ extra portam Capenam in Scipionum monumen-
to tres ſtatuæ ſunt: quarum duæ P. & L. Scipionum dicuntur eſſe, ter-
tia poëtæ Q. Ennii.* Nam quod idem ait lib. XLV. *Literni domici-
lium & ſedem fuiſſe domitoris Africæ*, *Literni domicilium oſtendi*,
non loquitur ex perſona ſua, ſed ingratum Romanis animum
exprobrantis. Nec certior Plutarchi ſententia. quamquam, ubi
Hannibalem & Scipionem comparat, mortuum Literni, non Ro-
mæ videtur credere: in quo ei cum Strabone convenit: quorum
auctoritatem in re dubia libenter ſequor. verſibus tamen illis,
quos Plutarchus recitat, fidem abrogo:

Devicto Hannibale, capta Carthagine, & aucto
Imperio hos cineres marmore tectus habes.
Cui non Europa, non obſtitit Africa quondam,
Reſpiceres hominum, quam brevis urna premit.

Quid enim attinet cineres & urnam nominare, cum Africanum
crematum non eſſe, ſatis conſtat. erat enim Corneliæ gentis pa-
triciæ: Cornelii autem patricii non cremabantur, ſed eorum cor-
pora terræ mandabantur. primus autem ex Corneliis patriciis
L. Sulla igni voluit cremari. id quod de bono auctore Cicerone
accepimus. qui etiam de ipſo Africano teſtimonium adducit e
ill

ro Scipionum putatur is eſſe [58] conſtitutus è marmore. iis laudibus certè non ſolùm [a] ipſi, qui laudantur, ſed am populi Romani nomen ornatur. In cœlum hujus avus Cato tollitur. magnus honos [b] populi Romani re- s adjungitur. omnes denique illi Maximi, Marcelli, lvii, non ſine communi omnium noſtrûm laude deco- ntur.

a ipſe, qui laudatur MSS.
b populo Romano adj. MSS.

X. ERGO ILLUM, qui [c] hæc fecerat, [59] Rudium ho- inem majores noſtri in civitatem receperunt: nos hunc Heraclienſem, multis civitatibus expetitum, in hac au- em [d] legibus conſtitutum, de noſtra civitate ejiciemus? Nam ſi quis minorem gloriæ fructum putat ex Græcis ver- ibus percipi, quàm ex Latinis, vehementer errat, pro- terea quòd Græca leguntur in omnibus ferè gentibus: La- ina ſuis finibus, exiguis ſanè, continentur. [60] Quare ſi res hæ,

c hoc MS.
d de legib. MS.
23

illo Ennii verſu; *Hic eſt ille ſitus.* Et ſubjungit: *Vere: nam ſiti di- ntur ii, qui conditi ſunt.* Acque ego (ut aliud ex alio) iis Ennii erbis adducor, ut Valerium quoque Max. inſcitiæ aut negligen- iæ condemnem, qui ſcripſerit: *Superior Africanus Ennii poëtæ eſ- giem in monumentis Corneliæ gentis collocari voluit*: cum Ennius poſt Africanum vixerit, & de mortuo ſcripſerit: *Hic eſt ille ſitus.* P. Manut.

58. *Conſtitutus è marmore. At iis laudibus.*] Antiquitus editi, tem Pall. noſtri aliorumque membranacei, *inſtitutus & marmora- tis laudibus.* Gulielmius arbitratur lacunam heic eſſe majorem quam quivis è vulgo ſuſpicari poſſit. *Grut.* Etiam Lambinus de ibris antiquis idem teſtatur; unde vide an fuerit? *in ſepulcro Sci- pionum putatur is eſſe conſtitutus & in atrio. At iis* &c. *Gronov.*

59. *Rudium hominem.*] Ant. Auguſtinus Auſonii ſecutus aucto- itatem legit *Rudinum*, quod valde placet; nec enim dubium, uin de Ennio dictum ſit hoc à Cicerone, quem conſtat à Me- ppo rege originem duxiſſe, fuiſſeque centurionem, ut cecinit ilius:

Vitis adornabat dextra decus: hiſpida tellus
Miſerunt Calabri, Rudiæ genuêre vetuſtæ:

& Auſonius:

Nunc Rudia ſolo memorabile nomen in avo;
Unde Rudinus ait: Divûm domus altiſonum cæl.

Euſebius in Chronicis Ennii oſſa ex Janiculo Rhodiam translatâ fuiſſe apud quoſdam ſcriptores ſe legiſſe ſcribit. Hanc Strabo Ῥοδίαν πόλιν appellat: & ad eam alluſit fortaſſe Ovidius cum ecinit:

Ennius ingenio maximus, arte rudis. Urſin.

60. *Quare ſi res eæ quas geſſimus.*] Aliter Pantagathus hunc lo- um legebat; nempe ita: *Quare ſi res hæ quas geſſimus, orbis terræ regionibus definiuntur, cupere debemus, quo minus manuum noſtrarum tela pervenerint, eò ſaltem gloriam famamque penetrare.* Idem.

hæ, quas geſſimus, [61] orbis terræ regionibus definiunt cupere debemus, [62] quò minus manuum noſtrarum t perveneriut, eodem gloriam famamque penetrare: qu cùm ipſis populis, de quorum rebus ſcribitur, hæc am ſunt; tum iis certè, qui de vita, gloriæ cauſa, dimica hoc maximum & periculorum incitamentum eſt & la rum.

24 Quàm multos ſcriptores rerum ſuarum Magnus ille Al xander [63] ſecum habuiſſe dicitur? Atque is tamen, cù in Sigeo ad Achillis tumulum adſtitiſſet, *O fortunate*, in quit, *adoleſcens, qui tuæ virtutis Homerum præconem* *e* *veneris*. Et verè. [64] nam, niſi Ilias illa exſtitiſſet: ide tum

e inveneras MS. P. B.

61. *Orbis terræ regionibus.*] Ab occidente Hiſpania ulteriore, oriente Euphrate fluvio, qui Parthorum ditionem à Romano ſtinguebat imperio. Galliam autem Romani nondum teneban neque Germaniam, nec alias regiones. ſed eſt oratoria ampli catio, ut etiam Orat. III. in Catil. *Uno tempore in hac republi duos cives exſtitiſſe, quorum alter fines veſtri imperii, non terræ, cæli regione terminaret, alter ejuſdem imperii domicilium ſedeſque ſe varet.* Et in eundem Orat. IV. *Anteponatur omnibus Pompejus, c jus res geſtæ, atque virtutes iiſdem, quibus ſolis curſus, regionibus terminis continentur.* Et quod de Pompejo, dicit idem de Cæſa poſt aliquot annos in ea pro Balbo: *Cæſar*, inquit, *abeſt longiſſi me, atque in iis eſt nunc locis, quæ regione orbem terrarum, rebus il lius geſtis imperium populi Romani definiunt.* P. Manut.

62. *Quò minus manuum noſtrarum tela pervenerint &c.*] Mon P. Victorius lib. I. Var. cap. 4. à pluribus ſcriptis abeſſe *minus*; verò non agnoſcunt Pal. ſec. tert. ſed habent tamen alii, etia ille nonus; omneſque Gulielmiani; qui Gulielmius conjicieb *quo eminus manuum &c.* at ego ſemper putavi ob ſimilitudin delituiſſe ſyllabam, & fuiſſe primitus, *quò cominus manu* Gruter.

63. *Secum habuiſſe.*] Secum habuit Calliſthenem, de quo Tr gus lib. XII. Ariſtobulum, de quo Arrianus: Clitarchum, de qu Plinius lib. VI. cap. 31. ut alios omittam, qui res ab illo geſta litterarum monumentis tradiderunt; quos Plutarchus quidem n minat, non tamen comites ejus fuiſſe oſtendit. *P. Manut.*

64. *Nam niſi illi ars extitiſſet illa.*] Non eſt dubium quin Po tarum ſtudium artem dixerint, ut in Bruti proœmio: *Etenim ſi leviorum artium ſtudio memoria proditum eſt, poëtas nobiles poëtar æqualium morte doluiſſe, quo tandem animo ejus interitum ferre d &c.* Sed elegantior profectò, & vera, ut puto, Veneta lecti *Nam niſi Ilias illa extitiſſet, idem tumulus &c.* de Homero enim p culiariter loquitur. *Camerar.* *Niſi Ilias illa exſtitiſſet.*] Sic quide legimus, non malè forſan. at vetus editio & mſſ. omnes omnin *niſi illi ars illa exſtitiſſet.* hoc moneo, quod Muretus hodierna ſ cutus exemplaria, in quibus, *niſi Ilias exſtitiſſet illa*; conjici ni

mulus, qui corpus ejus contexerat, nomen etiam obruiſ-
. Quid? noſter hic Magnus, qui cum virtute fortunam
æquavit, nonne [65] Theophanem Mitylenæum, ſcri-
ptorem rerum ſuarum, in concione militum civitate do-
navit? & noſtri illi fortes viri, ſed ruſtici, ac milites,
dulcedine quadam gloriæ commoti, quaſi participes ejuſ-
dem laudis, magno illud clamore approbaverunt?
Itaque, credo, ſi civis Romanus Archias legibus non 25
eſſet, ut ab aliquo imperatore civitate donaretur, perfice-
non potuit. Sulla, cùm Hiſpanos & Gallos donaret,
credo, hunc petentem repudiaſſet: quem nos in concio-
ne vidimus, cùm ei libellum [f] malus poëta de populo ſub-
jeciſſet, quòd epigramma in eum feciſſet tantummodo
[66] alternis verſibus longiuſculis, ſtatim ex iis rebus, quas
tunc vendebat, jubere ei præmium tribui ſub ea conditio-
ne, *nequid poſt ea ſcriberet.* Qui ſedulitatem mali poëtæ
duxerit aliquo tamen præmio dignam, [67] cujus ingenium
& virtutem in ſcribendo, & copiam non expetiſſet? Quid? 26
a Q. Metello Pio, familiariſſimo ſuo, qui civitate mul-
tos donavit, neque per ſe, neque per Lucullos impe-
traviſſet? qui præſertim uſque eò de ſuis rebus ſcribi cupe-
ret, ut etiam Cordubæ natis poëtis, [68] pingue quiddam
ſonan-

[f] malus *gloſſa videtur Gul.*

niſi Ilias exſtitiſſet, ille idem tumulus &c. Gruter. Muret. Var. Lect. lib. XII. c. 15.

65. *Theophanem Mitylenæum.*] Strabo libro XIII. hunc ſcribit Pompejo familiariſſimum fuiſſe, ejuſque res geſtas verſibus man-daſſe. *Hotom.* Dicitur aliter Theophanes Lesbius, cujus in Anthologia etiam nunc extant duo epigrammata. vide de illo G. Voſſium de Hiſtoricis Græcis 1, 23, & ejuſdem de poëtis Græcis libellum. *Græv.*

66. *Alternis verſibus longiuſculis.*] Imparibus, ut in elegiis. Nam *alternum* ſæpe impar. Virgilius 11. Æneid.

Alternos longa nitentem cuſpide greſſus.

de Ænea claudo ex vulnere. & Valer. Flacc.

Alternos ægro cunctantem poplite greſſus.

Vide & Turneb. v. Adverſ. c. 3. *Paſſerat.* Vide & J. Fr. Gronovii Diatriben ad Statii Sylvas cap. 8. *Grævius.*

67. *Cujus ingenium & virtutem.*] Haud aliter Pall. & aliorum ſcripti. vulgò, *hujus.* ſed γενικώτερον & aptius alterum. notandumque Pal. præterea nonum habere, *tantum non expetiſſet?* quod habuerim pro auctoris genuino. *Grut.*

68. *Pingue quiddam ſonantibus.*] Craſſum, agreſte ſonantibus. Ideo Hiſpanè non Romanè loqui dixit Ennius annalibus apud Chariſium lib. II. Cicero in Orat. *Nihil ſonare aut olere peregrinum.* vid. eundem in Bruto de Theophraſto, & Romanis, ubi agit de

 eorum

ſonantibus atque peregrinum, tamen 69 aures ſuas deret.

XI. Neque enim eſt hoc diſſimulandum, quod o ſcurari non poteſt; ſed præ nobis ferendum: trahim omnes laudis ſtudio; & optimus quiſque maximè glo

g in illis *alii.* ducitur. Ipſi illi philoſophi, etiam g illis libellis, quos contemnenda gloria ſcribunt, nomen ſuum inſcribunt: eo ipſo, in quo prædicationem nobilitatemque deſ

27 ciunt, prædicari de ſe ac nominari volunt. Decimus q

P. CXCI. dem Brutus, ſummus ille vir & imperator, Attii, am ciſſimi ſui, carminibus templorum ac monumentoru aditus exornavit ſuorum. Jam verò ille, qui cum Ætol Ennio comite, bellavit, Fulvius non dubitavit Mar manubias Muſis conſecrare. Quare, in qua urbe imperat res propè armati poëtarum nomen & Muſarum delu coluerunt, in ea non debent togati judices à Muſarum h nore, & à poëtarum ſalute abhorrere.

28 Atque, ut id libentiùs faciatis, 70 jam me vobis, ju ce

eorum ſono urbano & vernaculo. *Sonare* dicuntur poëtæ. Hor

Et te ſonantem plenius.

Item:

——— *magna ſonabit*
Cornua quod vincatque tubas.

Idem:

Atque os magna ſonaturum.

Sed hic ſonus eſt pronuntiationis. Cic. in Bruto: *Cotta ſonabat co trarium Catulo ſubagreſtè quiddam planeque ſubruſticum. Pingue* aute ut in Lælio: *Agamus igitur pingui Minerva.* In Lucullo: *Quod Antiocho pingue videbatur.* id eſt, hebes, & parum ſubtile. Co mella: *Nec tamen Hipparchi ſubtilitas pinguioribus, ut ajunt, ruſt rum litteris neceſſaria eſt.* Horat.

Ruſticus, abnormis ſapiens, craſſaque Minerva.

Pinguius ſonare Gellio c. 1, lib. XIX. παχύτερον. Straboni lib. XI παχυστομεῖν dixit pingue loqui. Cic. in Oratore: *Caria, Phrygi Myſia, quòd minime polita, minimeque elegantes ſunt, adſcivert aptum ſuis auribus opimum quoddam*, & *tanquam adipale dictionis g nus.* Paſſerat.

69. *Aures ſuas dederet.*] Non commodaret, ſed traderet, omn nò probaret. Sumptum ex Milite Plaut. Act. iv, ſc. 1: *Operam tibi. Loquere. Aures meas profectò dedo in ditionem tuam.* 11. ad A tic. epiſt. 13. *Vide quibus hominibus aures ſunt debita meæ.* 1. ad A tic. epiſt. *Cum multos dies aures meas Acutilio dediſſem.* forte, *didiſſem.* Idem.

70. *Jam me vobis indicabo.*] Aperiam, prodam. Terent. Prolo in Adelph.

Indicio de ſe ipſe erit, vos eritis judices.

U

es, indicabo, & de meo quodam amore gloriæ, nimis
cri fortaſſe, verumtamen honeſto, vobis confitebor. Nam,
uas res nos in conſulatu noſtro vobiſcum ſimul pro ſalute
[71] hujus urbis atque imperii, & pro vita civium, proque
niverſa republica geſſimus, attigit hic verſibus atque in-
hoavit: quibus auditis, quòd mihi magna res & jucun-
a viſa eſt, hunc ad [h] perficiendum hortatus ſum. Nul- h conficiendum MSS.
am enim virtus aliam mercedem laborum periculorum-
ue deſiderat, præter hanc laudis & gloriæ: qua quidem
etracta, judices, quid eſt, quòd in hoc tam exiguo vitæ
urriculo, & tam brevi, tantis nos [i] in laboribus exercea- i in non habet Lamb.
nus?

Certè, [72] ſi nihil animus præſentiret in poſterum, & 29
, quibus regionibus vitæ ſpatium circumſcriptum eſt,
iſdem omnes cogitationes terminaret ſuas: nec tantis ſe
aboribus frangeret, neque tot curis vigiliiſque angere-
ur, neque toties de vita ipſâ dimicaret. nunc inſidet quæ-
am in optimo quoque virtus, quæ noctes & dies ani-
num gloriæ ſtimulis concitat atque admonet, non cum
itæ tempore eſſe dimittendam commemorationem no-
minis noſtri, ſed cum omni poſteritate adæquandam.

XII. AN VERÒ tam parvi animi videamur eſſe omnes, 30
qui in republica, atque in his vitæ periculis laboribuſque
verſamur, ut, cùm, uſque ad extremum ſpatium, nullum
trán-

Ubi Donatus: *Indicat qui de ſe volens aut etiam de aliis aliquid prodit; ſed confitetur, qui de ſe tantum, & qui invitus.* Hic tamen Cicero utrumque confundit. Cicero I. de Fin. *Multi te Conſule ipſi ſe indicaverunt.* Pro Murena: *Atque ille ut ſemper fuit apertiſſimus, non ſe purgavit, ſed indicavit atque innuit.* Paſſerat.

71. *Hujus urbis atque imperii.*] Gulielmiani mſſ. *hujus eque imperii*, aut *eque imp.* quod utrumque in Pall. quoque noſtris, quorum tamen pr. quart. & editio prima, *hujuſce imperii:* credo verum eſſe. *Grut.*

72. *Si nihil animus præſentiret.*] Hoc egregie firmat in Catone: *Nemo mihi perſuadebit Paullum aut Africanum tanta eſſe conatos, quæ ad poſteritatis memoriam pertinerent, niſi animo cernerent poſteritatem ad ſe pertinere.* Pro C. Rabirio, ſub finem: *Neque quiſquam noſtrûm in republica periculis cum laude ac virtute verſatur, quin ſpe poſteritatis fructuque ducatur. Itaque cum multis aliis de cauſſis virorum bonorum mentes divinæ mihi atque æternæ videntur eſſe, tum maxime quod optimi & ſapientiſſimi cujuſque animus ita præſentit in poſterum, ut nihil niſi ſempiternum ſpectare videatur.* II. de Divinat. *In animis noſtris tanquam oraculum eſſe aliquod ait, ex quo futura præſentiantur.* Paſſerat.

P. B. tranquillum atque otioſum ſpiritum duxerimus ; nobis cum ſimul moritura omnia arbitremur ? 73 An cùm ſta-tuas & imagines, non animorum ſimulacra, ſed corpo-rum, ſtudioſè multi ſummi homines reliquerunt, conſi-liorum relinquere, ac virtutum noſtrarum effigiem nonne multo malle debemus, ſummis ingeniis expreſſam & po-litam? Ego verò omnia, quæ gerebam, jam tum in ge-rendo 74 ſpargere me ac diſſeminare arbitrabar in orbis ter-ræ memoriam ſempiternam. 75 Hæc verò ſive à meo ſen-ſu poſt mortem 76 abfutura eſt, ſive, ut ſapientiſſimi ho-mines putaverunt, ad aliquam animi mei partem perti-nebit : nunc quidem certè cogitatione quadam ſpeque delector.

31 Quare conſervate, judices, hominem pudore eo

77 quem

73. *An cum ſtatuas & imagines.*] Locus ſumtus eſt è Socrate cujus verba ſunt in Evagora : ἐγὼ δὲ Νικοκλῆς ἡγοῦμαι μὲν εἶναι καλὰ μνημεῖα, καὶ τὰς τῶν σωμάτων εἰκόνας, πολὺ μέντοι πλείονος ἀξίας τὰς τῶν πράξεων, καὶ τῆς διανοίας, ἃς ἐν τοῖς λόγοις ἄντι μόνον τοῖς τεχνικοῖς ἔχοσι θεωρήσει. Urſin.

74. *Spargere me ac diſſeminare arbitrabor in orbis terræ memoriam ſempiternam.*] Longe lateque propagare, ita ut nulla poſteritas eorum obliviſceretur. In Catil. *Latius opinione diſſeminatum eſt malum.* Pro Plancio : *Ne diſſeminato diſperſoque ſermoni fortunas innocentium ſubjiciendas putetis.* Paſſerat. *Spargere me, ac diſſeminare.*] Mirus eſt in oratione ſuperlatis verbis exornanda, proxime dixit, *expreſſam & politam* : infra, *cogitatione quadam, ſpeque* : hic, *ſpargere ac diſſeminare.* ſpargitur enim ſemen, terraque excipitur, ut ejus complexu & calore fructum ferat. *P. Manut.*

75. *Hæc vero, ſive à meo ſenſu poſt mortem afutura eſt, &c.*] Sic legendum, & infra non longe, *pertinebit* : ſubintelligitur enim nomen proximum, *memoria.* Quod non intelligentes ii, qui Ciceronem contaminarunt, cum ſe eum emendaturos profiterentur : libris manuſcr. reclamantibus, *abſutura ſunt*, & *pertinebunt* ſubſtituerunt. nam quod *abfutura*, pro, *afutura*, repoſuerunt, minus reprehendo. fuit enim temporum culpa magis, quam hominum. Quin, quod magis mirum eſt, vix hodie poſſumus hominibus perſuadere, ut ita & ſcribant, & loquantur, *afui*, *afuiſti*, *afuit*, &c. & *afuturus*, *ra*, *rum*, & *afore*, rejectis illis, quæ non ſunt Latina, *abfui*, *abfuiſti*, &c. Tantæ molis eſt, ut ita loquar, falſa hominibus à ſuis majoribus per manus tradita & jam inveterata, ex eorum animis & mentibus evellere. Sed quid de hoc uno verbo queror? quaſi vero non ſint alia multo plura, & non longe majora. *Lambin.*

76. *Abfutura eſt &c. ad aliquam animi mei partem pertinebit.*] Sic potiores mſſ. non *ſunt*, aut *pertinebunt.* reſtatque etiam in iiſdem *animi.* nec probem Mureti, *ad reliquam mei partem* : de quo tamen videatur amicus noſter Schottus lib. I. Nodor. cap. I. *Grut.*

77. Quem

[77] quem amicorum ſtudiis videtis comprobari, [78] tum dignitate, tum etiam venuſtate: ingenio autem tanto, quantum id convenit exiſtimari, quod ſummorum hominum ingeniis expetitum eſſe videatis; cauſâ verò [l] ejuſmodi, quæ beneficio legis, auctoritate municipii, teſtimonio Luculli, tabulis Metelli comprobetur. Quæ cùm ita ſint: petimus à vobis, judices, [79] ſiqua non modò humana,

[k] quanto alii.
[l] ejuſcemodi *Vict.*

77. *Quem amicorum ſtudiis videtis comprobari, tum dignitate, tum etiam venuſtate.*] Ita omnino legendum opinor, non ut alii, deleta voce, *ſtudiis*, quæ cauſa aliquibus fuit, ut pro *venuſtate* emendaverint *vetuſtate*. Sed pudor, dignitas, venuſtas, ingenium ſunt in Archia omnia: vetuſtas neque eſt, neque poteſt eſſe. *Urſin.* *Quem amicorum videtis comprobari tum dignitate, tum venuſtate.*] Hæc eſt lectio plurium mſſ. quorum omnes excludunt, vocem *ſtudiis*, & amplectuntur *venuſtate*, non *vetuſtate.* pro ultimo tamen pugnat præter Muretum lib. XII. Var. Lect. cap. 15. Villiomarus lib. IX. contra Titium cap. 9. contra quos ſtat noſter Schottus d. libro I. cap. 9. *Grut.* Hanc lectionem adſtruit Erfurt. & uterque Francii. Sed Dreſd. & Pith. *ſtudiis* retinent, *venuſtate* omnes. *Dignitas* & *venuſtas* non reſpicit corpus, ut putat Schottus, ſed *dignitas* denotat hic virum dignitate præſtantem, & *venuſtas*, homines venuſtos, politos. ut apud Catullum:

Et quicquid eſt hominum venuſtiorum.

Hi aliter dicuntur *belli*, *elegantes*, culti homines, qui ſtudiis & ingenio Archiæ capiuntur. Cur autem *ſtudiis* in contextu Gruteri retineatur, cum tamen in notis eam vocem damnet, librariorum negligentiæ eſt tribuendum. *Gravius.*

78. *Tum dignitate, tum etiam venuſtate*] Nec Maſæjorum libri, quibus utor, nec alii habent, *ſtudiis:* & ſane non requiritur à ſententia. remanet ſcrupulus in verbo, *venuſtate:* quod jam antea mendoſum eſſe exiſtimavi idemque nunc exiſtimo. nam etſi poſſit aliquis, tuendæ librorum antiquorum auctoritati plus æquo deditus, ita dicere, *in amicorum dignitate* viros, *in venuſtate* adoleſcentes indicari; mihi tamen hæc opinio ponderis habere parum, minimeque cum M. Antonii Mureti, præſtantis ingenio viri, conjectura videtur eſſe conferenda. is unius litteræ mutatione, pro, *venuſtate*, reponit, *vetuſtate*, ſententia comprobante. floruiſſe enim Archiam jam inde ab adoleſcentia clarorum virorum amicitiis, quorum adhuc vivebant multi, & aderant advocati, ipſa docet oratio. *P. Manut.*

79. *Si qua non modo humana.*] *Si* affirmantis eſt. Virg. *Dii ſi qua eſt cælo pietas.* Item: *Si qua pios reſpectant numina.* *Non modo humana, verum etiam divina.* non modo ab hominibus, ſed & à Diis profecta commendatio. Hominibus commendatus eſt, qui hominum laudes commendat poſteritati. Divina, quod divino afflantur ſpiritu poëtæ, unde quoque ſancti habentur. *Paſſerat.* *Si qua non modo humana, verum etiam divina in tantis negotiis commendatio debet eſſe.*] Particula, *ſi*, quæ dubitandi vim habet, hic affirmat: eſt enim ſenſus: Quandoquidem Archias is, qui vos, qui veſtros imperatores, qui populi Romani res geſtas ſemper orna-

mana, verùm etiam divina in tantis negotiis commenda-
tio debet eſſe: ut eum, qui vos, qui veſtros imperatores,
qui populi Romani rès geſtas ſemper ornavit: qui etiam
his recentibus noſtris veſtriſque domeſticis periculis æter-
num ſe teſtimonium [m] laudum daturum eſſe profitetur;
[n] quique eſt eo numero, qui ſemper apud omnes ſancti
ſunt habiti [o] atque dicti: ſic in veſtram [p] accipiatis fidem,
ut humanitate veſtra levatus potius quàm acerbitate vio-
latus eſſe videatur.

m laudis *MS.*
n iſque *Vict. & alii.*
o itaque *MS.*
p recipiatis *alii.*

32 Quæ de cauſa pro mea conſuetudine breviter ſimpli-
citerque dixi, judices, ea confido probata eſſe omnibus;
[80] quæ non fori, neque judiciali conſuetudine, & de ho-
minis ingenio, & communiter de ipſius ſtudio locutus ſum,
ea, judices, à vobis ſpero eſſe in bonam partem accepta;
ab eo, qui judicium exercet, certè ſcio.

P. CXCII.

ornavit, ob tanta negotia dignus eſt, quem vobis non homines modo, verum etiam dii commendent; petimus à vobis, ut ſeum ſic in veſtram accipiatis fidem, ut humanitate veſtra levatus potius, quam acerbitate violatus eſſe videatur. Tale illud pro Rabirio perduellionis reo: *Si eſt boni conſulis, cum cuncta auxilia reipublicæ labefactari convellique videat, ferre opem patriæ, ſuccurrere ſaluti, fortuniſque communibus, implorare civium fidem; ſuam ſalutem poſteriorem ſalute communi ducere: eſt etiam bonorum & fortium civium, &c.* In Catilinam Orat. 1. *Si poſt hominum memoriam contigit nemini, vocis exſpectas contumeliam, cum ſis graviſſimo judicio taciturnitatis oppreſſus?* P. Manut.

80. *Quæ non fori neque judiciali conſuetudine.*] Editio princeps, *quæ firmè à me judiciali conſ.* neque ſecus Pall. & Gulielmiani, niſi quod ii *judicialique.* Habui ego aliquando mſ. exemplar, ubi illud *à me* mutatum erat in *aliena.* ferè non improbem. *Grut.*

P. CXCVIII.

M. TULLII CICERONIS AD QUIRITES POST REDITUM, ORATIO NONA ET VICESIMA.

ARGUMENTUM.

Poſt exſulium ſedecim menſium, P. Lentulo, Q. Metello Coſſ. reſtitutus, gratum ſe officiique memorem, ut antea ſenatui, ſic nunc populo Romano oſtendit. Atque in hujus quidem, quæ ad Quirites inſcribitur,

bitur, orationis parte prima, beneficii magnitudinem, & reditus honorum commemorat; cum hæc ſimul omnia recuperaverit, primum liberos, patrem, rem familiarem, amicitias, conſuetudines, vicinitates, clientelas; deinde honorem, dignitatem, locum, ordinem. poſtremo, patriam ipſam, qua nihil carius, nihil jucundius. In ſecunda parte non modo ademptam ſibi calamitatem, ſed auctam etiam dignitatem oſtendit: neminem enim tam honorificè, non P. Popillium, non Q. Metellum Numidicum, non C. Marium, eſſe reſtitutum: cum illi, ſupplicante propinquorum multitudine, rogationibus tantum tribuniciis, nulla ſenatus auctoritate, nullis Italiæ precibus, redierint; ipſe autem, nemine præter fratrem ſupplicante, & S. C. & lege, ſumma Italiæ conſenſione, incredibili bonorum omnium ſtudio, agente P. Lentulo, deprecante Cn. Pompejo, ſit in patriam revocatus. Poſtremò ſummam & perpetuam erga populum Romanum pietatem, & quæcumque præſtare officia poſſit, pro gratia referenda pollicetur. P. Manutius. [Habita A. V. C. DCXCVI.]

I. QUOD precatus à Jove Optimo Maximo ceteriſque diis immortalibus ſum, Quirites, eo tempore, cùm me fortunaſque meas pro veſtra incolumitate, otio, concordiaque [1] devovi, ut, ſi meas rationes umquam veſtræ ſaluti antepoſuiſſem, ſempiternam pœnam ſuſtinerem, [2] mea voluntate ſuſceptam. ſin & ea, quæ [a] antè geſſeram, conſervandæ civitatis cauſa geſſiſſem, & illam miſeram profectionem veſtræ ſalutis gratiâ ſuſcepiſſem: ut, quod odium ſcelerati homines, & audaces in rempublicam, & in omnes bonos conceptum jamdiu continerent, id [3] in me uno potiùs, quàm in optimo quoque & in univerſa republica deficeret: hoc ſi animo in vos [b] liberoſque veſtros fuiſſem, ut aliquando vos, [c] patres conſcriptos, Italiamque univerſam, memoria mei, miſe-

a geſſeram ante *MS.*
b liberos veſt. *MS.*
c patreſque conſ. *MS.*

1. *DEvovi.*] Diſcedens in exilium. Nam eo tempore dicit ſe votum diis nuncupaſſe, ut ſi ſua commoda reipublicæ ſaluti anteponeret, in exilio periret: ſin ſecus, tum in patriam ſalvus rediret. De hoc voto dicit etiam in epilogo orat. pro Domo. *Hotoman.*

2. *Mea voluntate ſuſceptam.*] *In ea voluntate* habet liber manuſcriptus, & recte, ut opinor. paullo poſt: *Id in me uno potius, quam in optimo quoque & univerſa civitate deficeret*, pro eo quod in vulgatis eſt, *Id in me unum potius, quam in optimum quemque, & in univerſam Remp. flecterent.* Urſin.

3. *In me uno potius, quàm in optimo quoque, & in univerſa repub. deficeret.*] Ab exilio reduxi lectionem editionum primarum, confirmatam Pall. S. Victoris, Erfurd. Gembl. reperitque idem in ſuis Lambinus, ſed non adſecutus fuit auctoris mentem; quæ hæc, optaſſe ut ſceleratorum odium in ſe potius deficeret & conſumeretur, quàm in aliis. vulgata, *in me, unum p. q. in optimum quemque & in univerſam rempub. deflecteret*, Grut.

4. *Ejus*

misericordia, desideriumque teneret: [4] ejus devotionis me esse convictum judicio deorum immortalium, testimonio senatus, consensu Italiæ, confessione inimicorum, beneficio divino immortalique vestro, maximè lætor, [d] Quirites.

d Quirites deest in MS.

2 [e] Et si homini nihil est magis optandum, quàm prospera, æquabilis, perpetuaque fortuna, secundo vitæ sine ulla offensione cursu: tamen, si mihi tranquilla & placata omnia fuissent; incredibili quadam, & pænè divina, qua nunc, vestro beneficio, fruor, lætitiæ voluptate caruissem. Quid dulcius hominum generi à natura datum est, quàm sui cuique liberi? mihi verò & propter indulgentiam meam, & propter excellens eorum ingenium, vita sunt mea cariores. tamen non tanta voluptate erant suscepti, quanta nunc sunt restituti.

e Et si enim hom. Hotom.

P. B.

3 Nihil cuiquam fuit umquam jucundius, quàm mihi meus frater. non tam id sentiebam, cùm fruebar, quàm tunc, cùm carebam; & posteaquàm vos me illi & mihi eum reddidistis. Res familiaris sua quemque delectat: reliquæ meæ fortunæ recuperatæ plus mihi nunc voluptatis afferunt, quàm [5] tunc incolumitates afferebant. Amicitiæ, con-

4. *Ejus devotionis me esse convictum.*] Id est reum, ut apud Virgil. Æneid. 5:

Cadentem in littore taurum
Constituam ante aras, voti reus.

Nam ut in jure civili, qui sub conditione spopondit, impleta conditione, obligatus & debendi reus est: sic vota diis re perfecta debentur & *rei debendi* merito dicuntur. In ea pro Domo sic extulit: *Hanc ego devotionem capitis mei tum denique convictam esse & commissam putabo.* Hotom.

5. *Tunc incolumitates afferebant.*] Haud aliter vetustior quoque editio, nisi quod ea *incolumitatis*, quod etiam restat ferè in Pall. nostris. locum bene explicat Turnebus lib. XXXIII. Adversi. cap. 4. vulgo, *tunc incolumi aff.* Grut. Libri omnes, ut edd. vett. *incolumitatis*, non *incolumitates*, Nec credimus Turnebo sine auctoritate dicenti, *incolumitates* esse secundam & prosperam fortunam, facultatesque solidas, & incolumes salvasque. Ego cum Victorio & Manutio recepi *incolumi*, persuasus *tatis* adhæsisse huic voci, ex perperam repetita voce, quæ modo præcesserat, *voluptatis*, quæ à magistro fuit adscripta margini, postea in contextum irrepsit, unde cum priores syllabæ aut intercidissent, aut essent deletæ, ultimæ coaluerunt cum *incolumi*. Ratio quoque Hotomanni nullius est momenti, qua vulgatam impugnat. Nam *reliquæ fortunæ* hic repetendum. Sed hoc dicit Cicero. Fortunæ meæ, quæcunque nunc sint, mihi plus afferunt voluptatis, quam afferebant incolumi. *Grævius.*

6. Sed

conſuetudines, vicinitates, clientelæ, ludi denique & dies feſti, quid haberent voluptatis, carendo magis intellexi, quàm fruendo.

Jam verò honos, dignitas, locus, ordo, beneficia veſtra, quamquam mihi ſemper clariſſima viſa ſunt, tamen ea nunc renovata, illuſtriora videntur, quàm ſi obſcurata non eſſent. Ipſa [f] autem patria, dii immortales! dici [g] vix poteſt, quid caritatis, quid voluptatis habet! quæ ſpecies Italiæ! quæ celebritas oppidorum! quæ forma regionum! qui agri! quæ fruges! quæ pulchritudo urbis! quæ humanitas civium! quæ reipublicæ dignitas! quæ veſtra majeſtas! quibus ego omnibus antea rebus ſic fruebar, ut nemo magis. [6] Sed tamquam bona valitudo jucundior eſt eis, qui è gravi morbo recreati ſunt, quàm qui [h] numquam ægro corpore fuerunt: ſic ea omnia deſiderata magis, quàm aſſiduè percepta, delectant. 4

f *autem deeſt in MS.*
g *vix deeſt in MS.*
h diu nunq. *MS.*

II. [i] QUORSUM igitur hæc diſputo? quorſum? ut intelligere [k] poſſitis, [7] neminem umquam tantâ eloquentiâ fuiſſe, neque tam divino atque incredibili genere dicendi, qui veſtrorum magnitudinem multitudinemque beneficiorum, quæ in me fratremque meum, & liberos noſtros contuliſtis, non modò augere, aut ornare oratione, 5

i *quatuor ſeqq. voces deſunt in MS.*
k poſſimus *MS.*

ne,

6. *Sed tanquam bona valitudo.*] Prim. Franc. *Sed ſic bona valitudo.* Erfurt. *Sic tanquam bona valitudo.* Ed. prima: *Sed ſicut tanquam bona valetudo*, dele *tanquam* & lege: *Sed ſicut bona valitudo.* Græv.

7. *Neminem unquam tantâ eloquentiâ fuiſſe.*] Hanc eandem ſententiam aliis verbis inſignite commutatam, vide initio orat. ad Senatum. *Hotom.* Prim. Francii, Dreſd. & editio prima: *neminem unquam tanta eloquentia fuiſſe.* non improbo, quamvis ſequatur, *incredibile genere dicendi*. Nam diſſimiles caſus in hujus generis oratione non infrequens Tullio. Mox in Dreſdenſi abeſt *oratione*, in quo ſcribitur, *non modo augere aut ornare, ſed enumerare, aut conſequi poſſit.* Sane *ornare* ſæpe ſimpliciter accipitur pro illuſtrare luminibus orationis. Cicero III. de Orat. *Sunt enim illi veteres, qui ornare nondum poterant ea, quæ dicebant, omnes prope præclarè locuti.* Manil.

Ornari res ipſa negat, contenta doceri.

Sic alibi apud noſtrum, *ornata oratio*, *ornate ſcribere*, & *loqui*. Vereor itaque hic ſuo loco excidiſſe *oratione*, & Tullium ſcripſiſſe: *non modo augere, aut ornare, ſed enumerare, aut conſequi oratione poſſit.* Orat. pro lege Manilia: *Si quid etiam dicendo conſequi poſſum.* VI. Verr. *Omnia iſtius facta aut memoria conſequi, aut oratione complecti.* I. ad Fam. 8: *Gratia non modo referenda, ſed ne cogitando quidem, ullam partem tuorum meritorum conſequi poſſum.* Grævius.

8. *Id*

ne, ſed enumerare, aut conſequi poſſit. A parentibu
8 id quod neceſſe erat, l parvus ſum procreatus: à vob
natus ſum conſularis. Illi mihi fratrem incognitum, qu
lis futurus eſſet, dederunt: vos ſpectatum, & incredibi
pietate cognitum reddidiſtis. Rempublicam illis accepi tem
poribus eam, quæ pænè amiſſa eſt: à vobis jam recuper
vi, quam aliquando omnes unius m opera ſervatam judic
verunt. Dii immortales mihi liberos dederunt: vos redd
diſtis. multa præterea à diis immortalibus optata confecu
ſumus: niſi veſtra voluntas fuiſſet, omnibus divinis mun
ribus n caruiſſemus. veſtros denique honores, quos eramu
gradatim ſingulos aſſecuti, nunc à vobis univerſos hab
mus: ut, quantum anteà parentibus, o quantum diis im
mortalibus, quantum vobiſmetipſis, tantum hoc tempo
6 re, univerſim p cuncto populo Romano debeamus. Nam
cùm in ipſo beneficio veſtro tanta magnitudo eſt, ut ea
complecti oratione non poſſim: tum in ſtudiis veſtris tan
ta animorum declarata eſt voluntas, ut non ſolùm calami
tatem mihi detraxiſſe, ſed etiam dignitatem auxiſſe vide
mini.

III. NON ENIM pro meo q reditu, ut pro P. Po
pillii, nobiliſſimi hominis, adoleſcentes filii, & mu
ti præterea cognati atque affines deprecati ſunt: non
ut pro 9 C. Metello, clariſſimo viro, jam ſpectata æta
t

l parvus *deeſt in MS.*

P. CXCIX.

m ope *MS.* opere *alius MS.*

n careremus *MSS.* *& Lamb.* caruerimus *alius MS.*

o *tres ſeqq. voces deſunt in MS.*

p cuncto *delendum videtur Græv.*

q reatu *MSS.*

8. *Id quod neceſſe erat, parvus ſum procreatus.*] Refertur ad vo cem, *parvus*, quaſi diceret, ab illis parvus à vobis magnus ſu natus. *Hotom.* Non reſpicit vocem *parvus*, ſed naturalem illa & fatalem neceſſitatem, qua homines ex parentibus naſcuntu de qua Phædrus:

Facit parentes bonitas, non neceſſitas.

Nam ut Statius dicit, *natos genuiſſe neceſſe eſt.* Nimirum *neceſſit* eſt naturæ ille ordo, quo animal procreat aliud animal. Senec ad Helviam cap. 6, dicitur, *lex & natura neceſſitas.* De cujus vo cis notione vide plura exempla in obſervationum J. Fr. Gronov lib. II, cap. 2. Tantum abeſt ut pertineat ad *parvus* hæc locutio ut *parvus* delendum exiſtimem. Nunquam in animum induce poſſum, ex Tullii ore ineptiſſimam hanc vocem hoc quidem l loco profectam eſſe, ſed ab illis, qui non intelligebant, qui eſſet, *id quod neceſſe erat.* Abeſt ſane in codice Dreſdenſi, τὸ *par vus.* & debet abeſſe, quod omnes emunctæ naris homines m cum teſtabuntur, qui hunc locum recte perpendent. A parenti bus ſecundum naturæ ordinem, ut alii homines à ſuis procreantu parentibus, ſum procreatus, ſed à vobis natus Conſularis, ho eſt Conſul ſum creatus. *Gravius.*

9. *Q. Metello.*] Qui cum L. Saturninum Cenſor notaſſet, cum qu

non [10] filius L. Diadematus, conſularis, ſumma auctoritate vir: non [11] Metellus cenſorius, non eorum liberi, non Q. Metellus Nepos, qui tum conſulatum petebat, [12] non ſororum filii, Luculli, Servilii, Scipiones: permulti enim tum

...e inſitivum Gracchum contra vim multitudinis incitatæ cenſu prohibuiſſet, cumque in eam legem, quam non jure rogatam judicarat, jurare unus noluiſſet, de civitate maluit, quam de ſententia dimoveri. Pro Sextio. Et plura diximus orat. ſuperiore. ...tem. Hic fuit Q. Cæcilius L. F. Q. N. Metellus Numidicus, qui anno V. C. 653. in exilium ivit. *Grav.*

10. *Delmaticus.*] *Diadematus* eſt in vetere manuſcripto libro: quem tamen nuſquam his temporibus habent Faſti, cum habeant Macedonicum, Calvum, Caprarium, Delmaticum & Nepotem præter hunc Numidicum, atque etiam Balearicum, nam Creticus junior eſt. *Urſin. Filius L. Diadematus.*] Sic Lambinus è Memmiano, neque abeunt Erfurdianæ ſchedæ, aut Gemblacenſes: quibus accedunt S. Vict. & Pall. ſed ii non omittunt negativam, quæ fuerat in hactenus vulgatis, ſic: *non L. Delmaticus conſ. ſumma auct. vir; non Q. Metellus.* Pal. nonus exhibet, *filius Lucius; non Diadematus.* quod excutient faſtis intenti, conferentque cum ſequentis orationis cap. 15. m. & Turnebianis lib. XXIII. Adverſ. cap. 4. *Gruter.* Francii primus non abit longe à ceteris. Sic enim habet, *non Lucius Diademater*, ut recte omnino hunc locum emendarint viri docti. L. Metellus Diadematus fuit L. Metelli Macedonici filius, qui quatuor filios habuit, omnes ſummis dignitatibus illuſtres, quorum humeris eſt elatus, teſte Plinio, Valer. Maximo, & Velleio Paterculo. Primus fuit Q. Cæcilius Metellus, qui Conſul fuit cum T. Quinctio Flaminio, qui poſt triumphatis Balearibus dictus eſt Balearicus. Alter fuit Cæcilius Metellus Diadematus, qui Conſulatum geſſit cum Q. Mucio Scævola. Tertius erat M. Cæcilius Metellus, cujus collega fuit in Conſulatu M. Æmilius Scaurus. Quartus numero fuit C. Cæcilius Metellus Caprarius, qui in Conſulatu habuit collegam Cn. Papirium Carbonem. Macedonicus Metellus vero habuit fratrem L. Calvum, cujus duo fuerunt filii Metellus Numidicus & Metellus Delmaticus, quem perperam eundem eſſe putant, qui & dictus fuerit Delmatiaris, in qua ſententia eſt quoque Cl. Harduinus ad Plinii lib. VII, c. 44, & in qua fuerunt olim Sigonius & Onufrius, ſed refutata eſt à Steph. Pighio, qui in annalibus ad annum 635, ex illuſtri fragmento triumphorum Capitolinorum oſtendit Delmaticum fuiſſe L. Calvi Metelli, qui erat Macedonici frater, filium. Diadematus autem dictus eſt, quod ulceris in fronte tegendi cauſſa diademate ſit uſus. *Gravius.*

11. *Q. Metellus cenſorius.*] C. Metellus ſcribendum ex hiſtoria, & ex collatione alterius loci ſequentis orationis poſt Reditum in ſenatu, in qua ſcriptum eſt, *L. & C. Metelli conſulares.* Urſin. *C. Metellus.*] Eſt à Pall. & Erfurd. Gembl. S. Vict. & Cujacii codice, requiritque hiſtoria. quam perſequitur egregiè Pighius noſter lib. XIV. Annal. Rom. ad annum urbis DCLI. *Grut.*

12. *Non ſororum filii, Luculli, Servilii, Scipiones.*] Sororum Me-

tum [13] Metelli, aut Metellarum liberi pro Q. Metelli re-
ditu vobis, ac patribus veſtris ſupplicaverunt. quòd ſi ipſiu
ſumma dignitas, maximæque res geſtæ non ſatis valerent
tamen filii pietas, propinquorum preces, adoleſcentiu
ſqualor, majorum natu lacrymæ populum Romanum mo
vere potuerunt.

7 Nam C. Marii, qui poſt illos veteres clariſſimos conſu
lares, veſtra patrumque memoria, tertius antè me con
P. B. ſularis, ſubiit indigniſſimam fortunam præſtantiſſima ſu
gloria, diſſimilis fuit ratio. Non enim ille deprecatio
rediit, ſed [14] in diſceſſu civium, exercitu ſe, armiſque re
voc

Metellorum. nam L. Lucullus Q. Metelli Numidici ſorore nat
eſt, auctore Plutarcho: P. Servilius Iſauricus Q. Metelli Mace
donici filia, ſorore Metellorum quattuor, filiorum Macedonici
quod his verbis oſtendit Cicero in ea pro Domo: *C. Atinius pa
trum memoria bona Q. Metelli, qui eum ex ſenatu cenſor ejecerat, av
tui, Q. Metelle, & tui P. Servili, & proavi tui P. Scipio, conſecra
vit.* Et in Verrem libro III. *P. Servilius quinquennium exercitui cum
praeeſſet, & iſta ratione innumerabilem pecuniam facere poſſet, non ſta
tuit ſibi quidquam licere, quod non patrem ſuum, non avum Q. Mete
lum facere vidiſſet.* P. autem Scipio, Macedonici nepos, ejus pa
ter Scipionis fuit, qui cum genero ſuo Cn. Pompejo conſulatum
geſſit: cujus proavum Macedonicum in orat. pro Domo Cicero
vocat. *P. Manut.*

13. *Metelli, aut Metellorum liberi.*] Libri veteres aliquot habent
Metellarum: & ita legendum videtur, non ut vulgo, *Metellorum*
ut intelligamus, non ſolum Metellos, eorumque liberos, qui
ſunt ipſi Metelli, ſed etiam Metellarum filios, qui jam non ſunt
Metelli, ſed familiæ paternæ nomen ferunt, pro Q. Metelli re
ditu Quiritibus ſupplicaſſe. *Lambin.* Metellæ ſæpe dicuntur tres
ſorores, cum tamen duæ tantum fuerint germanæ ſorores Mace-
donici filiæ, tertia vero eſſet patruelis filia Calvi, ut obſervavit
Cl. & doctiſſimus Perizonius Animadverſ. Hiſt. cap. 9. *Grav.*

14. *In diſceſſu civium.*] Hæc eſt ſcriptura priſcæ editionis, re-
ſpondetque cohors integra mſſ. noſtrorum. *diſcedere* eſt diſſidere,
unde *diſceſſio*, pro conjugum divortio apud Terentium Andria
vulgata, *in diſſenſu civ.* ſupra etiam reſcripſi, membranis omni
bus volentibus, *At me nudum &c.* ejecto, *Me autem nudum &c.*
quod in nullo erat vetere. *Gruter.* Verum eſt, in antiquis editio
nibus legi *diſceſſu*, ſed *diſceſſum* pro diviſione populi in partes ne
mo dixit, nec *diſcedere* in hoc ſenſu reperitur uſquam. *Diſceſſ*
apud Terentium pro divortio nihil facit ad hunc locum. Recep
itaque ſcripturam optimi libri primi Francii, quem Victoriu
Manutius, Lambinus approbarunt, quam procul dubio ſic in ſu
quoque invenit Victorius, & repoſui *diſſenſu.* Sic molliori voca
bulo nominat ſeditionem civilem, ut jam monuit Hotomannu
At me nudum à propinquis firmat quoque Franc. ed. vet. *Gra
vius.*

15. Mihi

vocavit. Me autem nudum à propinquis, nulla cognatio-
ne munitum, nullo armorum ac tumultus metu, C. Pi-
ſonis, generi mei, divina quædam r & inaudita aucto- r & inaud. non eſt in MSS.
ritas, atque virtus, fratriſque ſ mei miſerrimi atque opti-
mi quotidianæ lacrymæ, ſordeſque lugubres à vobis depre- ſ mei non habet Grav.
catæ ſunt.

8 Frater erat unus, qui ſuo ſqualore veſtros oculos infle-
cteret: qui ſuo fletu deſiderium mei, memoriamque re-
novaret: qui ſtatuerat, Quirites, ſi t vos me ſibi non red- t vos deeſt in MSS.
didiſſetis, eandem ſubire fortunam: v & tanto in me amo- v & delet Grav.
re exſtitit, ut negaret fas eſſe non modo domicilio, ſed ne
ſepulchro quidem ſe à me eſſe ſejunctum. Pro me præſen-
te ſenatus, hominumque præterea viginti millia, veſtem
mutaverunt: pro x eodem me abſente unius ſqualorem x eod. delet Grav.
ſordeſque vidiſtis. Unus hic, y qui domi, qui in foro poſ-
ſet eſſe [15] mihi pietate filius, inventus eſt beneficio pa- y qui dom non habet Grav.
rens, amore idem, qui ſemper fuit, frater. Nam conju-
gis miſeræ ſqualor & luctus, atque optimæ filiæ mœror
aſſiduus, [16] filiique parvi deſiderium mei, lacrymæque z magna
pueriles, aut itineribus neceſſariis, aut z magnam partem parte alii.
a tectis ac tenebris continebantur. a lectis ed. vet.

9 IV. QUARE HOC majus eſt veſtrum in nos promeri-
tum, quòd non multitudini propinquorum, ſed nobiſ-
metipſis nos reddidiſtis. Sed quemadmodum propinqui,
quos ego parare non potui, mihi ad deprecandam calami-
tatem meam non b affuerunt: ſic illud, quod mea virtus b fuerunt
præſtare debuit, [17] adjutores, auctores hortatoreſque MSS. & vet.
ad pr.

15. *Mihi pietate filius inventus eſt.*] Veneti rectius, *mihi ætate*, idque placet. *Camerar.*

16. *Filiique parvi deſiderium mei, lacrymæque pueriles.*] Opinor locum mancum eſſe: nam non à deſiderio primum illius dolorem oſtenderet, cum de fratre dixerit, *Lacrymæ, ſordes, ſqualor, fletus:* de uxore, *ſqualor, luctus:* de filia, *mœror:* qui omnes eum deſiderabant. Ant. Auguſtinus legit, *Filiique parvi vagi ſingultus deſiderio mei*, cum liber vetus habeat corrupte, *Parvi vulgi ſingulatus deſiderii mei.* Ego quia ſingultus, aut non fere, aut non ſemper ſequuntur dolorem, lacrymas, deſideriumve, & quia qui ſint vagi ſingultus, non intelligo, ita legerim, *Filiique parvi vagiens, ejulatus deſiderio mei, lacrymæque pueriles.* Urſin.

17. *Adjutores, auctores hortatoreſque ad me reſtituendum.*] In iiſdem libris Dreſdenſi, Franc. primo & editione prima, non inveniuntur hæc verba, *auctores hortatoreſque*, & ſane videntur eſſe gloſſemata interpretis, qui margini eas voces adſcripſit, quibus

 expo-

ad me reſtituendum ita multi fuerunt, ut longe ſuperior[es] omnes hac dignitate copiaque ſuperarem. Numquam [de] P. Popillio, clariſſimo atque fortiſſimo viro: numqua[m] P. CC. de Q. Metello, nobiliſſimo & conſtantiſſimo cive: num[-]quam de C. Mario, [18] cuſtode civitatis atque imper[ii] veſtri, in ſenatu mentio facta eſt.

10 Tribuniciis ſuperiores illi rogationibus, nulla auctorita[-]te ſenatus ſunt reſtituti. Marius verò [19] non modò non [à] ſenatu, ſed etiam oppreſſo ſenatu eſt reſtitutus: nec reru[m] geſtarum memoria in reditu C. Marii, ſed exercitus a[t]que arma valuerunt. at de me ut [c] valeret, ſemper ſena[-]tus flagitavit: ut aliquando [d] perficeretur, cùm primu[m] licuit: frequentia atque auctoritate [e] perfecit. nullus i[n] eorum reditu motus municipiorum & coloniarum facta eſt. at me in patriam ter ſuis decretis Italia cuncta revoca[-]vit. Illi, inimicis interfectis, magna [f] civium cæde facta, reducti ſunt. ego iis, à quibus ejectus ſum, provincias ob[-]tinentibus, [20] inimico autem optimo viro & mitiſſimo, altero conſule referente reductus ſum: [21] cùm is inimicus, qui

c valerem *MS.* valerent *ed. pr.*
d proficeret *MS.*
e perfregit *Gul. è MS.*
f magiſtratuum *ed. pr.* magnatum *alia ed. vet.*

expoſuit, quos intelligat adjutores, quæ poſt in contextum in[-]retulerunt. *Græv.*

18. *Cuſtode civitatis atque imperii veſtri.*] Cum alias res fortiter geſtas, tum præcipue propter innumerabiles Cimbrorum Teuto[-]norumque copias ab illo ſuperatas. Livius in epit. lib. LXVIII: *Primores*, inquit, *civitatis qui aliquantulum ut novo homini ad tan[-]tos honores evecto inviderant, conſervatam ab eo rempublicam fatebantur.* Hotom.

19. *Non modo non à ſenatu.*] In Dreſd. & edit. prima: *non modo à ſenatu.* Alterum *non* interpoſuerunt ſcioli, qui ignorarunt *non modo* ſæpe poni pro *non modo non.* Cicero II. de Offic. 13: *non modo illi invidetur ætati, verum etiam favetur.* pro, non modo non invide[-]tur. Multa collegerunt exempla Muretus in Variis lectionibus, Manutius ad Ciceron. I, ep. 9. ad Fam. Boſius ad IV. ad Atticum ep. 2. *Græv.*

20. *Inimico autem optimo viro &c.*] Lambinus heic ſibi aliiſque negotium fruſtra facit, & præter libros, in quibus tamen ha[-] non, *autem*, ſed ejus loco *hoc*, aut adeò *h* ſolum. & vero *hoc* item reſtat in primis edd. *Grut.*

21. *Cum is inimicus.*] Adduci non poſſum ut hunc eſſe credam P. Clodium: primum, quia, poſt mentionem conſulum, no[n] de privato homine, ſed de magiſtratu loquitur: Clodius aute[m] magiſtratum nullum gerebat hoc anno: deinde, quia, quod ſe[-]quitur, *Qui ad meam perniciem vocem ſuam communibus hoſtibus præ[-]buiſſet*; ad eum pertinere non poteſt. qui ſunt enim hi Ciceroni & Clodii communes hoſtes? contra potius, qui hoſtis Clodii, Ciceronis amicus; & qui hoſtis Ciceronis, amicus Clodii. [...] qu[...]

qui ad meam perniciem vocem ſuam communibus hoſtibus præbuiſſet, [22] ſpiritu duntaxat viveret, re quidem infra omnes mortuos amandatus eſſet.

V. NUMQUAM de P. Popillio L. Opimius, fortiſſimus conſul, numquam de Q. Metello non modò C. Marius, qui erat inimicus, ſed ne is quidem, qui ſecutus eſt, M. Antonius, homo eloquentiſſimus, cum A. Albino collega ſenatum [g] aut populum eſt cohortatus. At pro me ſuperiores conſules ſemper, ut referrent, efflagitati ſunt: ſed veriti ſunt, [23] ne gratiæ cauſa facere viderentur, quòd [24] alter mihi affinis erat; alterius cauſam capitis receperam: qui 11 g & MS.

que ſignificari crediderim Atilium illum, qui Kalendis Jan. Lentulo conſule, de reditu Ciceronis referente, rem diſtulit. de quo ſic infra: *Kalendis vero Jan. poſtea quam orba reſpublica conſulis fidem tamquam legitimi tutoris imploravit, P. Lentulus conſul, parens, deus, ſalus noſtra vitæ, fortunæ, memoriæ, nominis, ſimul ac de ſollemni religione retulit, nihil humanarum rerum ſibi prius, quam de me, agendum judicavit. atque eo die confecta res eſſet, niſi is tribunus pl., quem ego maximis beneficiis quæſtorem conſul ornaveram, cum & cunctus ordo, & multi eum ſummi viri orarent, & Cn. Oppius ſocer, optimus vir, ad pedes ejus flens jaceret, noctem ſibi ad deliberandum poſtulaſſet. quæ deliberatio non in reddenda, quemadmodum nonnulli arbitrabantur, ſed, ut patefactum eſt, in augenda mercede conſumpta eſt.* Et pro Sextio: *Cum omnes certatim aliiſque alio gravius atque ornatius de mea ſalute dixiſſet. fieretque ſine ulla varietate diſceſſio: ſurrexit, ut ſcitis, Atil. hic Gavianus: nec auſus eſt, cum eſſet emptus, intercedere: noctem ſibi ad deliberandum poſtulavit: clamor, ſenatus, querela, preces, ſocer ad pedes abjectus. ille ſe affirmare poſtero die. moram nullam eſſe facturum creditum eſt: diſceſſum eſt. illi interea deliberatori merces longa interpoſita nocte, duplicata eſt.* P. Manut.

22. *Spiritu duntaxat viveret, re quidem infra omnes mortuos amandatus eſſet.*] Id eſt, *Ablegatus*, ut pro D. S. *Me expulſo, Catone amandato.* Sed Veneti, *Infra omnes mortuos mandatus eſſet.* ut, *Terrâ mandare* dicunt. & pro Quintio, *ſed ſi fieri poteſt, infra etiam mortuos mandatur.* Camer.

23. *Ne gratiæ cauſſa.*] Ironia. non enim id veriti ſunt, ſed, pactione provinciarum irretiti, quæ mei funeris merces fuit, numquam referre voluerunt. *P. Manut.*

24. *Alter mihi adfinis.*] C. Piſo Conſul C. Piſonis, Ciceronis generi, cognatus erat. *Adfinis* autem nomen abuſive uſurpat. *Hotom.* Omnes MSS. quos ego inſpexi, & edit. prima: *quod alius mihi affinis erat.* Nimirum *alius*, veteribus non nunquam pro *alter* ponitur. In Captiv. argum.

Captus fuit in pugna Hegionis filius
Alium quadrimum fugiens ſervus vendidit.

Poſterior ætas in hac notione *alius* pro alter laſciviit, ut exemplo non uno docet J. Fred. Gronovius Obſerv. in ſcript. eccleſ. cap. 6. *Grav.*

25. *Pro-*

qui [25] provinciarum fœdere irretiti, totum illum annum querelas ſenatus, luctum bonorum, Italiæ gemitum pertulerunt. Kalendis verò Jan. poſteaquam orba reſpublica conſulis fidem, tamquam legitimi tutoris, imploravit, P. Lentulus conſul, parens, deus, [h] ſalus noſtræ vitæ, fortunæ, memoriæ, nominis, ſimulac de ſollemni religione retulit, nihil humanarum rerum ſibi priùs quàm de me agendum judicavit.

h ſalutis MS. P. B.

12 Atque eo die confecta res eſſet, niſi is tribunus plebis, quem ego maximis beneficiis quæſtorem conſul ornaveram, cùm & cunctus ordo, & multi eum ſummi viri orarent, & Cn. [i] Oppius ſocer, optimus vir, ad pedes ejus flens jaceret; noctem ſibi ad deliberandum poſtulaſſet: quæ deliberatio non in reddenda, quemadmodum nonnulli [k] arbitrabantur; ſed, ut patefactum eſt, in augenda mercede conſumpta eſt. Poſtea res acta eſt in ſenatu alia nulla; cùm [l] variis rationibus impediretur, & voluntate tamen [m] perfecta ſenatûs cauſa ad vos menſe Jan. deferebatur.

i Pompejus *MSS.*
k arbitrantur *MS.* arbitrentur *alius MS.*
l vanis *MS.*
m *ita Vict. Græv. alii* perſpecta.

13 Hìc tantum interfuit inter me & inimicos meos. Ego, cùm homines in tribunali Aurelio palàm conſcribi centuriarique vidiſſem: cùm intelligerem, veteres ad ſpem cædis Catilinæ [26] copias eſſe revocatas: cùm viderem, ex ea parte homines, [27] cujus partis nos vel principes numerabamur, partim quòd mihi inviderent, partim quòd ſibi timerent, aut proditores eſſe, aut deſertores ſalutis meæ; cùm duo conſules, empti pactione provinciarum, auctores ſe inimicis reipublicæ tradidiſſent: cùm egeſtatem, avaritiam, libidines ſuas viderent expleri non poſſe, [28] niſi me conſtrictum domeſticis hoſtibus dediſſent: cùm ſena-

25. *Provinciarum fœdere irretiti.*] Vetus impreſſio *irritati*, quod etiam in plerorumque mſſ. etiam Pall. in quibus tamen quidam, *irritaque*, nonus verò ille *irritatus*, S. Victoris *irinati*. Grut.

26. *Copias eſſe revocatas.*] *Renovatas* vetus liber. *Urſin.*

27. *Cujus partis nos vel principes.*] Prim. Franc. Dreſd. & ed. princeps: *Cui parti nos vel principes.* Epiſt. lib. X. ad Plancum 6: *Talem igitur te eſſe oportet, qui primum te ab impiorum civium tui diſſimillimorum ſocietate ſejungas: deinde & ſenatui boniſque omnibus auctorem, principem, ducem præbeas.* Lib. XII. ad Cornificium epiſt. 24: *Me principem ſenatui populoque Romano profeſſus ſum.* Græv.

28. *Niſi me conſtrictum domeſticis hoſtibus dediſſent.*] Hoſtibus reipublicæ qui domi & intus graſſabantur. *Hotom.* Uterque codex MS. quo uſus ſum, editio princeps, nec non Mediolan. *niſi conflictum domeſticis hoſtibus dediſſent*, quod poſſit exponi, niſi domeſticam

ſenatus equiteſque Romani flere pro me, ac, mutata
veſte, vobis ſupplicare ⁿ edictis atque imperiis vetaren- ⁿ dictis MS.
tur: cùm omnium provinciarum pactiones, cùm omnia
cum omnibus fœdera, ᵒ reconciliationes gratiarum, ſan- ᵒ conciliationes MS.
guine meo ſancirentur; cùm omnes boni non recuſarent,
quin vel pro me, vel mecum perirent: [29] armis decertare
pro mea ſalute nolui, quòd & vincere, & vinci luctuoſum
reipublicæ fore putavi. At inimici mei menſe Jan. cùm de 14
me ageretur, corporibus civium trucidatis, flumine ſan- P. CCI.
guinis meum reditum intercludendum putaverunt.

VI. ITAQUE CùM ego abſui, eam rempublicam habuiſtis, ut æque me, atque illam, reſtituendam putaretis.
ego autem, in qua civitate nihil valeret ſenatus, omnis
eſſet ᵖ impunitas, nulla judicia, vis & ferrum in foro ver- ᵖ impunitas MS.
ſarentur: cùm privati ᑫ ſe parietum præſidio, non legum ᑫ parietis MS.
tuerentur: tribuni plebis vobis inſpectantibus vulnerarentur, ad magiſtratuum domos cum ferro & facibus iretur,
conſulis faſces frangerentur, deorum immortalium templa
incenderentur: rempublicam eſſe nullam putavi. itaque
neque republica exterminata, mihi locum in hac urbe eſſe
ʳ duxi: nec, ſi illa reſtitueretur, dubitavi, quin me ſecum ʳ dixi MS.
ipſa reduceret.

An ego, cùm mihi eſſet exploratiſſimum, P. Lentulum 15
proximo anno conſulem futurum, qui illis ipſis reipublicæ
periculoſiſſimis temporibus ædilis curulis, me conſule,
omnium meorum conſiliorum ˢ particeps, periculorum- ˢ princeps MSS.
que ſocius fuiſſet, dubitarem, quin is me, confectum con-
ſulari-

licam diſcordiam, qua cives cum civibus committebantur & confligebant, excitaſſent. *Dare conflictum*, uti *dare pugnam* apud Comicum, & *dare bellum* apud Tullium. Verum mihi potius videtur Ciceronem ſcripſiſſe: *niſi afflictum domeſticis hoſtibus dediſſent.* pro, niſi me perditum & de dignitate fortuniſque omnibus deturbatum ab hoſtibus domeſticis impune vexari ſiviſſent. Nam *dare hoſtibus* eſt, ut alibi dixi, *addici*, *donari hoſtibus*. Græv.

29. *Armis decertare pro mea ſalute nolui, quod & vincere & vinci.*] Ita eſt in vulgatis: at manuſcripti habent multo melius, *Nolui quod potui, quod & vincere & vinci &c.* Urſin. Primus Francii: *Pro mea ſalute nolui, quod potui, cum vincere.* Dreſd. *Pro mea ſalute nolui, quod potui, quod vincere.* Editio prima & omnes ante Victorianam: *Pro mea ſalute nolui, quod potui, quoniam & vincere & vinci.* Quibus auctoribus extruſerunt Victorius ac recentiores, *quod potui?* Ciceronem enim potuiſſe vi ſe tueri, ſi voluiſſet, toties ipſe jactat. Vide librum I, ep. 9. ad Lentulum. Repoſui à recentioribus ſpretum *quod potui*. Græv.

 30. *Vir-*

ſularibus vulneribus, conſulari medicina ad ſalutem redi ceret? Hoc duce, collega autem ejus, clementiſſim atque optimo viro, primò non adverſante, poſt etiam ad juvante, reliqui magiſtratus pæne omnes, fuerunt defen ſores ſalutis meæ. ex quibus excellenti animo, [30] virtute, auctoritate, præſidio, [t] copiis, T. Annius, & P. Sextiu [v] præſtanti in me benivolentia, & divino ſtudio exſtiterunt eodemque P. Lentulo auctore, & pariter referente colle ga, frequentiſſimus ſenatus, uno diſſentiente, nullo in tercedente, dignitatem meam quibus potuit verbis ampliſ ſimis ornavit: ſalutem vobis, municipiis, [x] coloniiſqu omnibus commendavit.

t copiis *non eſt in MS.*

v præſenti *MS. non ma- li.*

x coloniis *MS. & ed. pr.*

16 Ita me nudum à propinquis, nulla cognatione munitum conſules, prætores, tribuni plebis, ſenatus, Italia cun cta, ſemper à vobis deprecata eſt: denique omnes, qu veſtris maximis beneficiis honoribuſque ſunt ornati [31] producti ad vos ab eodem, non ſolùm ad me conſer vandum vos cohortati ſunt, ſed etiam rerum mearum go ſtarum auctores, teſtes, [y] laudatores fuerunt.

P. B.

y laudato- reſque *alii & MSS.*

VII. Quorum princeps ad cohortandos vos, & ad ro gandos fuit Cn. Pompejus, vir omnium, qui ſunt, fue runt, [z] erunt, [a] virtute, ſapientia, ac gloria princeps: qu mihi unus uni privato amico eadem omnia dedit, quæ uni verſæ reipublicæ, ſalutem, otium, dignitatem. cuju oratio [b] fuit, quemadmodum accepi, tripartita. primùm vos docuit, meis conſiliis rempublicam eſſe ſervatam, cau ſamque meam cum communi ſalute conjunxit; hortatuſ que eſt, ut auctoritatem ſenatus, ſtatum civitatis, fortu nas civis [c] bene meriti defenderetis: tum in [d] perorando poſuit, vos rogari à ſenatu, rogari ab equitibus Romanis rogari ab Italia cuncta: denique ipſe ad extremum pro mea vos ſalute non rogavit ſolùm, verùm etiam obſe cravit.

z & erunt: *MS.*

a princeps *ante virt. ponit Grav.*

b *quatuor ſeqq. voces deſunt in MS.*

c emeriti *MS. & ed. pr.*

d me recu- perando *MS.*

17 Huic ego homini, Quirites, tantum debeo, quantum hominem homini debere vix fas eſt. Hujus conſilia, P. Len tuli ſententiam, ſenatus auctoritatem vos ſecuti, in eo m loco

30. *Virtute, auctoritate, præſidio, copiis, T. Annius.*] Reſtitu veterem lectionem, quæ & in antiquis edd. & mſſ. noſtris. re centiores omiſerant *copiis*. Lambinus inſuper *præſidio* mutarat i *præditi*. Grut.

31. *Producti ad vos ab eodem.*] Pal. non. item ſec. & S. Vict. a *eadem*, Italia ſcilicet, invénitque in ſuis Lambinus. & ita legen dum conjecerat Henricus Stephanus. *Grut.*

32. *Fru*

loco, in quo veſtris beneficiis fueram, iiſdem centuriis, quibus [e] collocaratis, repoſuiſtis. Eodem tempore audiſtis eodem ex loco [f] ſummos viros, ornatiſſimos atque ampliſſimos homines, [g] principes civitatis, omnes conſulares, omnes prætorios, eadem dicere, ut omnium teſtimonio per me [h] unum rempublicam conſervatam eſſe conſtaret. Itaque cùm P. Servilius, graviſſimus vir, & ornatiſſimus civis, dixiſſet, opera mea rempublicam incolumem magiſtratibus deinceps traditam, dixerunt in eandem ſententiam ceteri. Sed audiſtis eo tempore clariſſimi viri non ſolùm auctoritatem, ſed etiam teſtimonium L. Gelli, P. CCII. qui, quia ſuam claſſem attentatam magno cum ſuo periculo penè ſenſit; dixit in concione veſtra: *ſi ego conſul, cùm fui, non fuiſſem, rempublicam funditus interituram fuiſſe.*

e collocaretis *MS.*
f ſummos *deeſt in MS.*
g principes *deeſt in MS.*
h unum *deeſt in MS.*

18 VIII. EN EGO tot teſtimoniis, Quirites, hac auctoritate ſenatus, tanta conſenſione Italiæ, tanto ſtudio bonorum omnium, agente P. Lentulo, conſentientibus ceteris magiſtratibus, deprecante Cn. Pompejo, omnibus hominibus faventibus, diis denique immortalibus, [32] frugum ubertate, copia, vilitate, reditum meum comprobantibus, mihi, meis, reipublicæ reſtitutus, tantum vobis, quantum facere poſſum, Quirites, pollicebor: primùm, qua ſanctiſſimi homines pietate erga deos immortales eſſe [i] ſolent, eâdem me erga populum Romanum ſemper fore: numenque veſtrum æquè mihi grave & ſanctum ac deorum immortalium in omni vita futurum: [k] deinde, quoniam me in civitatem reſpublica ipſa reduxit, nullo me loco reipublicæ defuturum.

i ſoleant, me ead. *MS.*
k *tredecim ſeqq. voces deſunt in duob. MSS.*

19 Quòd ſi quis exiſtimat, me aut voluntate eſſe mutata, aut debilitata virtute, aut animo fracto, vehementer errat. mihi, quod potuit [l] vis, & injuria, & [m] ſceleratorum hominum furor detrahere; eripuit, abſtulit, diſſipavit: quod viro forti adimi non poteſt, [n] id manet, & permanebit. Vidi ego fortiſſimum virum, municipem meum, C. Ma-

l vis & *videtur gloſſa Grut.*
m ſceleratus *MSS. Lamb.*
n id mihi *edd. vett.*

32. *Frugum ubertate.*] Reverſo Cicerone, cum eſſet annonæ ſumma caritas S. C. in ejus ſententiam factum, lexque lata eſt, ut Pompejo per quinquennium omnis poteſtas rei frumentariæ toto orbe terrarum daretur. Eo prope momento frumenti vilitas conſecuta eſt. Itaque in ea pro Domo, *Cum de mea*, inquit, *dignitate in templo Jovis Opt. Maxim. Senatus frequentiſſimus decreviſſet, ſubito illo ipſo die cariſſimam annonam nec opinata vilitas conſecuta eſt. Erant qui Deos immortales (id quod ego ſentio) numine ſuo reditum meum dicerent comprobaſſe.* Hotom.

C. Marium, quoniam nobis quaſi aliqua fatali neceſſitate non ſolùm cum his, qui hæc delere voluiſſent, ſed etiam cum fortuna [o] belligerandum fuit: cum tamen vidi, cùm eſſet ſumma ſenectute, [33] non modò noninfracto animo propter magnitudinem calamitatis, ſed confirmato atque renovato.

20 Quem egomet dicere audivi, [34] tum ſe fuiſſe miſerum, cùm careret patria, quam obſidione [p] liberaviſſet: [q] cùm ſua bona poſſideri ab inimicis ac diripi audiret: cùm adoleſcentem filium videret ejuſdem ſocium calamitatis: cùm in paludibus demerſus, concurſu [r] ac miſericordia Minturnenſium corpus ac vitam ſuam [ſ] conſervaſſet: cùm [35] parva navicula trajectus in Africam, quibus regna ipſe [t] dederat, ad eos [v] inops ſupplexque veniſſet: recuperata verò ſua dignitate, ſe non commiſſurum, ut, cùm ea, quæ amiſerat, [x] ſibi reſtituta eſſent, virtutem animi non haberet, quam numquam perdidiſſet. Sed hoc inter me atque illum intereſt: quod ille, qua re plurimùm potuit, ea ipſa re inimicos ſuos ultus eſt, [36] armis; [37] ego, qua conſuevi, utar. quoniam illi arti in bello ac ſeditione locus eſt: huic in pace atque otio. Quamquam [y] ille animo irato

21

o bellum gerendum *MSS.*
p liberaſſet *MSS.*
P. B.
q & cum *alii.*
r ac miſeric. *deeſt in MSS.*
ſ conſervaret *MSS.*
t ademerat *MS.*
v ſupplex inopsque *MS.*
x ſibi *deeſt in MSS.*
y quo ille *MS.*

33. *Non modo non infracto animo.*] Notavit hic Guilielmius, *infractum* poni pro *fracto*. neque aliter fere uſurpatum claſſicis auctoribus. quis tamen imitatur? *Grut.* Prim. Franc. *non modo fracto animo.* ſed male. Recte Guilielm. *infractum* Latinis notare *fractum* obſervavit. Multis exemplis Joann. Vorſtius de Latinitate merito ſuſpecta, cap. 6. oſtendit *infractus* Latinis eſſe idem ſimplici *fractus*, ab *infringo*, nulloque idoneo exemplo probari poſſe, *infractus* eſſe *non fractus*, *fortis*, quem vide. *Græv.*

34. *Tum ſe fuiſſe miſerum, cùm careret patria.*] S. Victoris & Pall. electiores, *ſi careret.* & verò quàm magis executio nexum argumenti, tam minus invenio in hac vulgata. *Grut.*

35. *Parva navicula trajectus.*] *Pervectus* ſcriptum eſt in veteribus libris, quod magis placet. *Urſin.*

36. *Armis.*] Quidam vocem, *armis*, ex annotatione natam eſſe ſuſpicantur, neque eſſe Ciceronis. Ego vocem, *pietate*, multo juſtiore de cauſa ſuſpectam habeo, propterea quod eam in libris manuſcriptis non reperi. Omnino, *pietate*, hic me ſuboffendit. malim legi, *lenitate.* Nam, *pietate*, hic locum mihi habere non videtur. Quid ſi nihil deeſt, ut intelligamus, eum ſignificare artem dicendi, ſeu eloquentiam? *Lambin.*

37. *Ego, qua conſuevi, utar: quoniam.*] Vulgata adjecit, *pietate*, ſed ea & Pall. & Lambinianis abeſt: meo animo rectè. intelligitur enim *re* quod præceſſit. & alioqui *pietas* non minus eſt belli virtus quàm pacis. adeatur Lambinus, qui heic ſeriò judicat. *Grut.*

mo nihil niſi de inimicis ulciſcendis agebat: ego de ipſis imicis tantum, quantum mihi reſpublica permittet, cogitabo.

IX. Denique, Quirites, quoniam me quattuor omnino genera hominum violarunt: unum eorum, qui odio reipublicæ, quòd eam ipſis invitis conſervaram, mihi inimiciſſimi fuerunt: alterum, qui per ſimulationem amicitiæ, nefariè prodiderunt: tertium, qui, cùm [z] propter inertiam ſuam eadem aſſequi non poſſent, [a] inviderunt laudi & dignitati meæ: quartum, qui [38] cum cuſtodes reipublicæ eſſe debuerunt, ſalutem meam, ſtatum civitatis, dignitatem ejus imperii, quod erat penes ipſos, vendiderunt: ſic ulciſcar [b] facinorum ſingula, quemadmodum à quibuſque ſum provocatus: malos cives, rempublicam bene gerendo: perfidos amicos [c] nihil credendo, atque omnia cavendo: invidos, virtuti & gloriæ ſerviendo: mercatores provinciarum, revocando domum, atque ab iis provinciarum rationem repetendo.

z per *MS.*
a invident *aut* inviderent *alii.*
b *alii* genera.
c mihi *MS.*

[39] Quamquam mihi majori curæ eſt, quemadmodum quidem vobis, qui de me eſtis optimè meriti, gratiam referam, quàm, quemadmodum inimicorum injurias crudelitatemque perſequar. Etenim ulciſcendæ injuriæ facilior ratio eſt, quam beneficii remunerandi, propterea quòd ſuperiorem eſſe contra improbos, minus eſt negotii, quàm bonis exæquari: [40] tum etiam ne tam neceſſarium quidem eſt [41] malè meritis, quàm optimè meritis, referre quod debeas. 22

P. CCIII.

Odium

38. *Cum cuſtodes reipublicæ eſſe debuerunt.*] Sic in pulcherrimo Cenotaphio Lucii Cæſaris Piſano, Auguſtus dicitur, *Cuſtos Romani imperii, totiuſque orbis terrarum præſes.* & ab Horatio IV, 5:

Divis orte bonis, optime Romulæ
Cuſtos gentis. Græv.

39. *Quamquam mihi majori curæ eſt, quemadm. quidem vobis.*] MSſ. noſtri & S. Victoris non habent illud *quidem*, & videtur omninò inveniſſe in authenticis ſuis; *Quamquam mihi, Quirites, majori*; ut monuit idem Gulielmius. *Grut.*

40. *Tum etiam nec tam neceſſarium quidem eſt, male meritis referre quod debeas, quam ut bene meritos colas.*] Veneti longe aliter, ita: *Tum etiam nec tam neceſſarium quidem eſt malè meritis quam optime meritis referre quod debeas.* Camerar.

41. *Male meritis, quam optime meritis referre quod debeas.*] Hæc in recentioribus editionibus, Victorium credo ſecuti, ſic refinxerunt Lambinus, P. Manutius, Gruterus. Sed Franc. prim. editio princeps, Mediol. Aſcenſ. omnes Baſileenſes & Argentoratenſes

 ſes

23 Odium vel precibus [d] mitigari poteſt, vel tempori[…] [e] reipublicæ communique utilitate deponi, vel difficu[…] ulciſcendi teneri, vel vetuſtate ſedari. bene meritos [f] […] colas, nec exorari fas eſt, [42] nec id reipublicæ repe[…] utcumque neceſſe eſt, neque eſt excuſatio difficulta[…] neque æquum eſt [g] tempore & die memoriam bene[…] definire. Poſtremo qui in ulciſcendo remiſſior fui[…] [43] mox apertè laudatur: [h] at graviſſimè vituperatur, q[…] in tantis beneficiis, quanta vos in me contuliſtis, remu[…] randis, eſt tardior: neque ſolùm ingratus, quòd ipſ[…] grav[…]

d vindicari MS. medicari *Gul.*
e & reip. MS.
f quin *deeſt in* MS.
g temp. excidere MS.
h & MS.

ſes uſque ad annum MDL. legunt, *non tam male meritis referre qu[…] debeas, quam ut bene meritos colas.* Si ſecuti ſunt veteres codice[…] qui priſtinarum editionum ſcripturam interpolarunt, non q[…] dem valde repugnem, quamvis *male meritis*, & *optime meriti[…]* neſcio quid ſcholaſticum præ ſe fert, & alienum à majeſtate Tu[…] lliana. Vereor ne nonnullos offenderit, *male meritis referre* q[…] *debeas.* Eſt vero idem quod *referre gratiam* apud Comicos pro[…] ciſci, punire. Terent. Eunucho:

Quidnam, qui referam ſacrilego illi gratiam
Qui hunc oppoſuit nobis.

Senec. ep. 47: *Retulit illi gratiam Servius.* Primo de Clementia 7: *Timent cetera contemtum, & non retuliſſe lædentibus gratiam, infirmi[…] tas videtur non clementia.* qui locus appoſite huc afferetur. Cicer[…] pro Sulla: *Nunc tecum ſic agam, tuliſſe ut potius injuriam, quam re[…] tuliſſe gratiam videar.* Sed tamen quia in Dreſdenſi veſtigia ſunt à Victorió invectæ lectionis, quæ nunc obſidet editiones, in e[…] enim legitur: *nec tam neceſſarium quidem eſt, male meritis, qua[…] optime referre quod debeas. Odium vel precibus:* ipſe quoque illa[…] feram, donec vetuſtiores codices inſpiciendi dabitur aut mihi, aut aliis facultas. Utinam Erfurtenſis hic non eſſet mancus! *Gravius.*

42. *Nec id reip. repetere.*] Hæc fateor me non intelligere. ſicut etiam merito Hotomanno, Paulo Manutio hæc viſa ſunt corru[…] pta. Quam enim ex iſtis verbis elicias ſententiam. Non impro[…] Paulli conjecturam. Ego quoque ſine libris emendatioribus meliora non promitto. cogitabam legendum eſſe, *nec id reip. dare,* hoc eſt facere remp. ut bene meritum non colas. *Dare reip.* eſt aliquid in reip. gratiam facere. Scriptum forte fuit, *reipublicæ repdare*, repetita voce *reip.* negligentia librarii, unde poſtea na[…] tum, *reip. repetere.* Nam reip. tempora neminem cogunt bene meritum non colere. Egregie id præſtitit Atticus, ut C. Nepos in ejus Vita oſtendit. *Græv.*

43. *Mox apertè laudatur.*] Pal. pr. *in os apertè laudatur*, quod & in tert. ſed is præterea habet, *in os cum apertè laudatur*, at cæteri ſervant, *in eorum apertè utitur*, quod & reperit in ſuis Lambinus. equidem in hac oratione multa ſunt mendoſa; quæ forte mſſ. librorum collatione purgari poſſent. Sed cui otium excutere novem decem undecim membranas? *Grut.*

…e eſt, verùm etiam impius appelletur, neceſſe eſt. …Atque in officio perſolvendo diſſimilis eſt ratio pecu-…debitæ: propterea quod pecuniam qui retinet, non …ſolvit: qui reddidit, non habet: gratiam & qui retulit, …bet: & qui habet, diſſolvit.

…X. QUAPROPTER memoriam veſtri beneficii colam 24
…nivolentia ſempiterna, [45] non ſolum dum anima ſpira-…mea, ſed etiam cum mortuo monumenta veſtri in me …neficii permanebunt. In referenda autem gratia hoc vo-…repromitto, ſemperque præſtabo, mihi neque in con-…liis de republica capiendis, diligentiam; neque in periculis

44. *Atqui in officio perſolvendo diſſimilis ratio pecuniæ debita eſt.*] Veneti: *Diſſimilis eſt ratio & pecunia debita*, quod haud diſplicet. *Camer.* *Atque in officio perſolvendo diſſimilis eſt ratio.*] Hoc idem & in orat. pro Plancio & lib. de Offic. II. ubi alterius cujuſdam dictum hoc eſſe ſignificat. *Commode*, inquit, *quicumque dixit, pecuniam qui habeat non reddidiſſe, & qui reddiderit, non habere: gratiam autem & qui reddiderit habere, & qui habeat retuliſſe.* Hotom. *Atqui officii perſolvendo diſſimilis eſt ratio.*] Vel ſic legendum, ut nunc edidi, *Atquin officii perſolvendi diſſimilis eſt ratio, & pecunia debita*, &c. vel ſic, ut olim, *Atqui officii perſolvendi diſſimilis eſt*, &c. nam librorum & manuſcriptorum, & vulgatorum nonnulla eſt hoc loco varietas. uſurpatur autem hæc eadem ſententia duobus etiam aliis locis: in oratione pro Plancio, & lib II. de Offic. Refert eam & A. Gell. lib. I. cap. 4. ex Planciana, eamque explicat. Quamquam arbitror eum vitioſo uſum eſſe exemplari, ut ſuo loco oſtendam. Jam vero, ut ad hunc locum revertar, ex, *Atquin*, factum eſt à librariis, *Atque in*, deinde cetera fuerunt corrupta. *Lambinus.* Tota iſta periodus: *Atque in efficio perſolvendo diſſimilis eſt ratio, & pecunia data: propterea quod pecuniam qui retinet, non diſſolvit: qui reddit non habet: gratiam & qui retulit habet, & qui habet diſſolvit.* nec eſt in Francii primo, nec in Dreſdenſi, nec in editione principe. Forte ex Planciana, aut libris de Officiis fuerunt huc translata. In Mediol. legitur, ut volebat non nemo, *Atqui in officio*, &c. *Græv.*

45. *Non ſolum dum anima ſpirabo mea.*] Alii *exſuperabo*, Veneti *ſuperero*. Camerar. S. Victoris liber non habet illud, *non ſolum*, præfertque *cum animo exſpirabo mea.* neque aliter Pal. nonus, quam quod is, *anima.* quomodo & pr. & tert. nam ſec. *exſpirando.* ſequentia quoque in Pall. mirificè abeunt à vulgatis, quorum varietatem depromerem, ſi vacaret. juniorum hoc erat, & quibus nullæ curæ, nulla negotia. *Gruter.* Prim. Franc. *cum anima exuberabo mea.* Dreſd. *dum anima exuperabo mea.* Ed. prima: *dum anima expirabo mea.* Forte *anima mea* eſt interpretatio, quæ irrepſit ex margine, & Cicero ſcripſit: *dum ſpirabo*, aut *dum ſuperabo.* Sic ſane veteres loquebantur: *non tum anima ſpirabo aut ſuperabo mea.* quod ſi ſcriptum eſt, *dum anima ſpirabit mea*, poſſet ferri. *Gravius.*

46. *In*

lis à republica propulſandis, animum; neque [46] in ſententia ſimpliciter referenda, fidem; neque in hominum voluntatibus pro republica lædendis, libertatem; nec in perferendo labore, induſtriam; nec in veſtris commodis augendis, gratam animi benivolentiam defuturam.

25 Atque hæc cura, Quirites, erit infixa animo meo ſempiterna, ut, cùm vobis, qui apud me deorum immortalium vim & numen tenetis, tum poſteris veſtris, cunctiſque gentibus digniſſimus ea civitate videar, quæ ſuam dignitatem non poſſe tenere ſe, niſi me recuperaſſet, cunctis ſuffragiis † judicavit.

P.B.

† indicavit *Lamb.*

46. *In ſententia ſimpliciter referenda.*] Quid ſit *ſententiam referre* non intelligo. Et animadverti Verrina IV. *ferri* quoque in Senatu *ſententiam* dictum pro *dici*. *Retinete, retinete hominem in civitate, judices, parcite & conſervate, ut ſit qui vobiſcum res judicet, qui in ſenatu ſine ulla cupiditate de bello & pace ſententiam ferat.* Hotom. Quid eſt, *referre ſimpliciter ſententiam?* non in ſenatu. nam id eſt, dicere ſententiam: neque hoc populo, ſed ſenatui, promittendum. aut igitur, *efferenda*, legerem, id eſt, pronuncianda, ad populum ſcilicet: ut ſit ſententia, pro, animi ſenſu: aut interpretemur, ſententiam, in ſenatu ſimpliciter & bona fide dictam, referre ad populum: ut ſciret populus quid actum eſſet in ſenatu. *P. Manut.* Recte quærit etiam Manutius, quid ſit *referre ſententiam?* Nam conſulum erat *referre ad ſenatum*, ſenatorum autem *cenſere*, *ſententiam dicere*, *ſententiam ferre*. Nam non ſoli judices ferebant ſententiam, ſed & ii, qui cenſent quod Hotomannus quoque vidit. Cic. Læl. *Conſtituendi autem ſunt, qui ſint in amicitia fines, & quaſi termini diligendi: de quibus tres video ſententias ferri, quarum nullam probo.* Pro C. Balbo: *De quo fœdere populus Rom. ſententiam non tulit.* Exiſtimo itaque in Tullianis libris ultimam ſyllabam ex præcedente voce inverſis litteris perperam eſſe repetitam, ſcriptumque olim manu Tulliana fuiſſe, *in ſententia ſimpliciter ferenda*, ſive in ſenatu, ſive in judiciis, quod Hotomanno etiam animadverſum. *Simpliciter* eſt nulla habita ratione hominis aut potentis, aut inviſi, ſed ut jus, utilitas & tempus reipublicæ poſtulabit? *Gravius.*

M. TULLII CICERONIS POST REDITUM, IN SENATU, ORATIO TRICESIMA. P. CCIV.

ARGUMENTUM.

Miram in reſtituendo Cicerone voluntatem & ſenatus, & populus Romanus oſtendit. utrique gratias egit: & utraque exſtat oratio. quamquam eam, quæ, ad Quirites, inſcripta eſt, ſuſpicor interdum ſcriptam eſſe, non habitam. ejus enim, ſi habita eſſet, ita videtur mentionem facturus fuiſſe in ep. 1. lib. IV. ad Attic. ut mentionem fecit orationis in ſenatu habitæ, his verbis: Poſtridie in ſenatu, qui fuit dies non. Septemb. ſenatui gratias agimus. *In hac igitur, qua ſenatui gratias egit, commemorat atque amplificat ejus ordinis erga ſe merita: laudat conſules P. Lentulum, & Q. Metellum: tribunos pl. octo, & in iis præcipue Milonem, & Sextium: ſeptem prætores, & Cn. Pompejum. Habita Lentulo, & Metello Coſſ.* P. Manutius. [Habita A. V. C. DCXCVI.]

I. SI, PATRES conſcripti, pro veſtris immortalibus in me fratremque meum liberoſque noſtros meritis parum vobis cumulatè gratias egero; quæſo obteſtorque, ne meæ naturæ potiùs quàm magnitudini veſtrorum beneficiorum id [a] tribuendum putetis. Quæ enim tanta [b] poteſt exſiſtere ubertas ingenii, quæ tanta dicendi copia, quod tam divinum atque incredibile genus orationis, quo quiſquam poſſit veſtra in nos univerſa promerita, non dicam [1] complecti orando, ſed percenſere nume-

[a] adtribuendum *MSS.*
[b] eſſe poteſt ubert. *MS.*

1. *Complecti orando.*] Hoc eſt verbis. Pith. Cod. *Complecti ornando*, quod longè mihi vulgato præferendum videtur. *Ornare* enim eſt rem copioſe & diſerte explicare. Manil. *Ornari res ipſa negat contenta doceri.* R. Mela in procemio ex emendatione virorum doctorum: *ope ornantis ingenii.* ubi etiam male *orandis.* de quo alibi plura. *Gravius.*

2. *Noſmet-*

numerando? qui mihi fratrem optatiſſimum, me fra
amantiſſimo, liberis noſtris parentes, nobis liberos: q
dignitatem, qui ordinem, qui fortunas, qui ampliſſim
rempublicam, qui patriam, qua nihil poteſt eſſe jucu
dius, qui denique [2] nosmetipſos nobis reddidiſtis.

2 Quòd ſi parentes cariſſimos habere debemus, quòd a
iis nobis vita, patrimonium, libertas, civitas tradita eſt
ſi deos immortales, quorum beneficio & hæc tenuimu
& ceteris rebus aucti ſumus, ſi populum Romanum
[3] cujus honoribus in ampliſſimo conſilio, & in altiſſim
gradu dignitatis, atque in hac omnium terrarum arce co
locati ſumus: ſi hunc ipſum ordinem, à quo ſæpe magn
ficentiſſimis decretis ſumus honeſtati: immenſum quid
dam & infinitum eſt, quod vobis debeamus, qui veſtr
ſingulari ſtudio atque conſenſu parentum beneficia, deo
rum immortalium munera, populi Romani honores, ve
P. B. ſtra de me multa judicia, nobis omnia uno tempore reddidi
c quo *MS.* ſtis: ut, c cum multa vobis, magna populo Romano, in
numerabilia parentibus, omnia diis immortalibus debea
d quod *alii non habent.* mus, d quòd hæc antea ſingula per illos habuerimus; nunc
univerſa per vos recuperaverimus.

3 II. Itaque, patres conſcripti, quod ne optandum
quidem eſt homini, immortalitatem quandam per vos
e eſſe. vid. *alii.* adepti e videmur. quod enim tempus erit umquam, quo
veſtrorum in nos beneficiorum memoria ac fama mo
riatur, qui illo ipſo tempore, cùm vi, ferro, metu, mi
nis obſeſſi teneremini, non multo poſt diſceſſum meum
univerſi me revocaviſtis, [4] referente L. Ninnio, fortiſſimo
atque optimo viro? quem habuit ille peſtifer annus & ma
xim

2. *Nosmetipſos nobis.*] *Perditi* enim dicuntur, qui rebus iis omni
bus, quas habebant chariſſimas, ſpoliati ſunt. Cicero autem
fortunas, & uxorem, & liberos, & cognatos, omnes poſtre
dignitates, patriam denique ipſam amiſerat. Itaque lib. I. a
Attic. 3: *Deſidero*, inquit, *non mea ſolum, neque meos, ſed me ipſum*
quid enim ſum. Hotom.

3. *Cujus honoribus.*] Notandum *honoris* verbum in eo poni, q
honeſtat, non qui honeſtatur: ut paucis poſt verſibus *pop. Ro*
honores. Ergo *cujus honoribus*, id eſt cujus muneribus, in quib
ſummi honores ſunt, nam *honores*, id eſt procurationes admi
ſtrandæ reipublicæ omnes à populo mandabantur. *Idem.*

4. *Referente L. Ninnio.*] Accedunt & ad hanc ſcripturam Pal
tini. niſi quod ita litteras conceperint, ut inde fieri poſſit *Nu*
Minuo, aut ſimile quid. unde & natum vulgare *Munio.* conſula
Turnebus lib. XXIIX. cap. 17. *Gruter.*

5. *Poſtu*

...nè fidelem & minimè timidum, ſi dimicare placuiſ-
...t, defenſorem ſalutis meæ. [5] poſteaquàm vobis poteſtas
...ecernendi non eſt permiſſa per eum tribunum plebis, qui,
...m per ſe rempublicam lacerare non [6] poſſet, ſub alieno
...elere delevit: numquam de me ſiluiſtis, [7] numquam
...eam ſalutem non ab his conſulibus, [8] qui vendiderant,
...gitaviſtis.

... Itaque veſtro ſtudio atque auctoritate perfectum eſt, 4
...t ille ipſe annus, quem ego mihi quàm patriæ malue-
...am eſſe [9] fatalem, hos tribunos haberet, qui promulga-
...ent de ſalute mea, & ad vos ſæpenumero referrent. nam
...onſules modeſti, legumque metuentes, impediebantur
...ege, non ea, quæ de me, ſed f ea, quæ de ipſis lata
...rat, cùm meus inimicus promulgavit, ut, ſi revixiſſent
...i, qui hæc pænè delerunt, tum ego redirem: quo facto
...trumque confeſſus eſt, & ſe illorum vitam deſiderare,
...& magno in periculo rempublicam futuram, ſi aut hoſtes
...atque interfectores reipublicæ revixiſſent, aut ego non
...revertiſſem. [10] Itaque illo ipſo tamen anno, cùm ego ceſ-
ſiſſem:

f *ea alii delent.*

5. *Poſteaquam vobis poteſtas decernendi.*] Senatusconſulti facien-
di. *Hotom.* Franc. prim. *Poſtea vero quam vobis poteſtas decernendi
non eſt permiſſa.* Sed Pith. *Poſteaquam vobis poteſtas facta decernendi
non eſt.* Omnino *vero* recipiendum duco. *Grav.*

6. *Poſſet, ſub alienò ſcelere delevit.*] Alii aliter. Gulielmius ten-
tabat, *poſſet ſuo, alieno ſcelere delevit.* Grut.

7. *Numquam meam ſalutem non ab his conſulibus, qui vendiderant, fla-
gitaviſtis.*] Ita habent vulgati libri: manuſcriptus autem rectius
mihi videtur tranſtuliſſe illud *non*: habet enim, *Numquam non
meam ſalutem*, &c. *Urſin.*

8. *Qui vendiderant.*] Acceptis à P. Clodio provinciis, Piſo Ma-
cedonia, Gabinius Syria. *Hotom.* Non male Pith. *qui rempubli-
cam venditaverant.* pactis provinciis vendiderant rempublicam Clo-
dio, cum eam impune paterentur à nequiſſimo homine lacerari
& deleri. Poteſt tamen vulgata ferri repetito ἀπὸ κοινοῦ *ſalutem.*
Grav.

9. *Fatalem.*] *Fatalis* & in bona & in mala re dicitur: quaſi fa-
to & certo Dei decreto vel ſalutaris vel exitioſus. Itaque in Ca-
tilin. IV: *Meus*, inquit, *conſulatus ad ſalutem reipublicâ prope fatalis
fuit.* Sed quomodo Cicero. *malueram* cum illo verbo conjunxit?
Cum fatalis & voluntarius contraria ſint; ut ipſe quoque in Phi-
lip. oſtendit: utrum quia exitioſi verbo uti noluit, cum ipſe non
periiſſet? an potius hac ſententia: in illum annum decretum erat
quoddam à Diis exitium: idque malui ipſe me quam rempubli-
cam ſubire. *Hotom.*

10. *Itaque illo ipſo tamen anno, cum ego ceſſiſſem.*] Franc. Pith.
Daſd. princeps editio, & C. Stephani: *Itaque illo tum ipſo anno.*
Sed

ſiſſem: princeps autem civitatis, non legum præſidio
P. CCV. parietum, vitam ſuam tueretur; [11] reſpublica ſine con
libus eſſet, neque ſolùm parentibus perpetuis, verùm eti
tutoribus annuis eſſet orbata: ſententias dicere prohib
mini: caput meæ proſcriptionis recitaretur; numqu
dubitaſtis meam ſalutem cum communi ſalute conjunge

5 III. Postea verò g quàm ſingulari & præſtanti
g cum *ed. vet.* ma virtute P. Lentuli conſulis, ex ſuperioris anni calig
& tenebris [12] lucem in republica Kal. Jan. diſpicere cœp
ſtis: cùm Q. Metelli, nobiliſſimi hominis atque opti
viri, ſumma dignitas, cùm prætorum, tribunorum ple
bis pænè omnium virtus & fides reipublicæ ſubveniſſe
cùm virtute, gloria, rebus geſtis Cn. Pompejus, omniu
gentium, omnium ſæculorum, omnis memoriæ fac
princeps, tutò ſe in ſenatum venire arbitraretur: tant
h licet corp. *alii.* veſter conſenſus de ſalute mea fuit, ut h corpus abeſſe
meum, dignitas jam in patriam revertiſſet.

6 Quo quidem menſe, quid inter me & meos inimico
intereſſet, exiſtimare potuiſtis. ego meam ſalutem deſer
[13] ne propter me civium vulneribus reſpublica cruent
retur: illi meum reditum non populi Romani ſuffragii
[14] ſed flumine ſanguinis intercludendum putaverunt. Ita
qu

Sed *tum* merito reſpuit, ut & *tamen*, quod dicuntur alii libri præ ſe ferre, Victorius, Manutius, alii. Cur tamen retinuit Gruterus invitâ ſententiâ? Pro *ceſſiſſem* Mediol. ed. *cecidiſſem*, quod ſi annuerent vetuſtiores codices probarem. Nam ut *ſtare* dicuntur Cic. quorum ſalva eſt dignitas & fortuna, ſic *cadere*, qui iis privantur. *Grav.*

11. *Reſpub. ſine conſulibus eſſet.*] S. Victoris *reſpub. ſine repub. ſine coſſ. eſſet*, cujus & meminit Lambinus. *Grut.*

12. *Lucem diſpicere cœpiſtis.*] Lambinus admiſit fide libri veteris, reſtatque in Pall. in Pithœano, in S. Victoris; ſed littera una diverſum: hi enim *deſpicere*: quod & in edd. vett. nam recentiores *reſpicere*. Idem.

13. *Ne propter me.*] Sic in eo Sextio multis verbis exponit, ſe neque mortis terrore, neque victoriæ, ſi dimicare placuiſſet, diffidentia, ex urbe ceſſiſſe: ſed ne propter ſe civile aliquod bellum & cruentum exoriretur. *Itaque ſervavi*, inquit, *rempublicam diſceſſu meo judices, cædem à vobis liberiſque veſtris, vaſtitatem, incendia, rapinas, meo dolore luctuque depuli.* Et in Piſoniana: *Itaque diſceſſu meo*, inquit, *omnes illi nefarii gladii de manibus crudeliſſimis exciderunt.* Hotom.

14. *Sed flumine ſanguinis.*] Significat eam ſeditionem, quæ in foro VIII. Kalend. Febr. facta eſt: cum corporibus civium Tiberis compleretur, cloacæ refercirentur, è foro ſpongiis ſangui
effu-

e poſteà nihil vos civibus, nihil ſociis, nihil regibus ſpondiſtis: nihil judices ſententiis, nihil populus ſuffra-s, nihil hic ordo auctoritate declaravit: mutum forum, guem curiam, tacitam & fractam civitatem videbatis. Quo quidem tempore, cùm is exceſſiſſet, qui cædi & 7
ammæ vobis auctoribus reſtiterat: cum ferro & facibus omines tota urbe volitantes, magiſtratuum tecta [i] im- i *alii* op-
ugnata, deorum templa inflammata, ſummi viri & pugnata.
lariſſimi conſulis [15] faſces fractos, fortiſſimi atque opti- k ſolum
mi viri, tribuni plebis, ſanctiſſimum corpus non [k] tactum tact. *alii.*
c violatum manu, ſed vulneratum ferro confectumque P. B.
vidiſtis. Qua ſtrage nonnulli permoti magiſtratus, partim metu mortis, partim deſperatione reipublicæ paullum à mea cauſa receſſerunt. reliqui fuerunt, quos neque terror, neque vis, nec ſpes, nec metus, nec promiſſa, nec minæ, nec tela, nec faces à veſtra auctoritate, à populi Romani dignitate, à mea ſalute depellerent.

IV. PRINCEPS P. Lentulus, parens ac [16] deus no- 8
ſtræ vitæ, fortunæ, memoriæ, nominis, hoc ſpecimen virtutis, hoc indicium animi, hoc lumen conſulatus ſui fore putavit, ſi me mihi, ſi meis, ſi vobis, ſi reipublicæ reddidiſſet. qui, ut eſt [l] deſignatus, numquam dubitavit l conſ. de-
ſententiam de ſalute mea, ſe, & republica dignam, dice- ſign. *MS.*
re. Cùm à tribuno plebis vetaretur, [m] cùm præclarum ca- m ne *MS.*
put recitaretur, NE QUIS AD VOS REFERRET, NE QUIS DECERNERET, NE DISPUTARET, NE LOQUERETUR, NE PEDIBUS IRET, NE SCRIBENDO ADESSET: [17] totam illam, ut antè dixi, proſcriptionem,

effingeretur, ut ipſe in Sextiana loquitur: & hoc ipſum totidem verbis in orat. ad Quirites inculcat. *Hotom.*

15. *Faſces fractos clariſſimi conſulis.*] Apparet P. Lentulum ſignificari, & ejus quoque faſces hoc tempore fractos. ſicuti anno ſuperiore A. Gabinii fuerant, ut patet ex Piſoniana & ſeq. *Idem.*

16. *Deus noſtræ vitæ.*] Quippe, qui me à morte ad vitam, à deſperatione ad ſpem, ab exilio ad ſalutem revocarit: ut ipſe poſterius loquitur. Sic in ea pro Sextio: *Quem ego Deum ac parentem ſtatus fortunæ ac nominis mei, & fratris rerumque noſtrarum.* Idem.

17. *Totam illam cauſam, ut ante dixi, proſcriptionem, &c.*] Cauſam, aliqui removerunt: Quid enim hoc loco ſibi vellet non intellexerunt, ut arbitror. Sed Veneti, *Clauſulam*, repoſuere, commodiſſimo ſenſu. *Camerar. Totam illam, ut ante dixi, proſcriptionem.*] Libri recentiùs publicati, *totam illam cauſam*, aut

 adeo,

ptionem, non legem putavit, qua civis optimè de repu-
blica meritus, nominatim, ſine judicio, unà cum ſenatu
reipublicæ eſſet ereptus. Ut verò iniit magiſtratum, non
n *Grut.* egit. dicam, quid n egerit prius, ſed quid omnino egit aliud,
niſi ut, me conſervato, veſtram in poſterum dignitatem
auctoritatemque [18] ſanciret?

9 Dii immortales, quantum mihi beneficium dediſſe vi-
o *alii* fuit. demini, quòd hoc anno P. Lentulus conſul o eſt? p quan-
p quo- quanto *edd. vett.* to majus dediſſetis, ſi ſuperiore anno fuiſſet? nec enim
eguiſſem medicina conſulari, niſi conſulari vulnere conci-
diſſem. Audieram ex ſapientiſſimo homine atque optimo
civi & viro, Q. Catulo, non ſæpe unum conſulem im-
probum, duos verò [19] numquam, poſt Romam conditam,
excepto illo Cinnano tempore, fuiſſe. quare meam cau-
ſam ſemper fore firmiſſimam dicere ſolebat, dum vel unus
in republica conſul eſſet. Quod verè dixerat, ſi illud de
P. CCVI. duobus conſulibus, quod antè in republica non fuerat,
perenne ac proprium manere potuiſſet. Quòd ſi Q. Me-
tellus illo tempore conſul fuiſſet unicus: dubitatis, quo
animo fuerit in me conſervando futurus, cùm in reſtituen-
do [20] auctorem fuiſſe adſcriptoremque videatis?

10 [21] Sed fuerunt duo conſules, [22] quorum mentes angu-
ſtæ, humiles, pravæ, oppletæ tenebris ac ſordibus, no-
men ipſum conſulatus, ſplendorem illius honoris, magni-
tudinem tanti imperii nec intueri, nec ſuſtinere, nec ca-
pere potuerunt: non conſules, ſed mercatores provincia-
rum,

adeo, *clauſulam.* ſed neutra vocum exſtat in vetuſtè cuſis, ſpernunt-
que à ſe Pall. omnes, item Erf. Ah. S. Vict. reſpicit ſcilicet ad
illud capitis 3. *caput mea proſcriptionis.* Grut.

18. *Sanciret.*] Confirmaret. Nam quæ Cicero adverſus conju-
ratos geſſerat, auctore Senatu geſſerat. Violata igitur erat Sena-
tus auctoritas, cum ob eam cauſam, quia Senatui paruerat, ipſe
violatus eſt. *Hotom.*

19. *Numquam poſt Romam conditam.*] Tres voces poſtremas inſe-
rui ex iisdem libris. in editis, *numquam antea viſa ſunt.* Grut.

20. *Auctorem fuiſſe adſcriptoremque.*] *Auctor* fuit, cum ejus ſen-
tentiam alii ſecuti ſunt. *Adſcriptor*, cum pro more nomen ejus
in perſcribendo S. C. apponeretur. De quo more dixi in libello
de Senatu. *Hotom.*

21. *Sed fuerunt duo conſules.*] Pall. aliquot, *hii conſules*, aut *ii*,
quod natum ex binario per notam expreſſo. Lambinus tollit *Con-
ſules*, præter ſcriptos noſtros & olim cuſos. & poterat ſubſiſtere.
Grut.

22. *Quorum mentes anguſtæ, humiles, pravæ.*] Vetus liber habet,
parvæ, non *pravæ.* Urſin.

23. *Alter*

[illegible], ac venditores veſtræ dignitatis: quorum alter à me Catilinam, amatorem ſuum, multis audientibus; [23] alter Cethegum, conſobrinum, repoſcebat: qui me duo ſceleratiſſimi poſt hominum memoriam, non conſules, ſed latrones, non modò deſeruerunt, in cauſa præſertim publica & conſulari, ſed prodiderunt, oppugnarunt, omni auxilio non ſolum ſuo, ſed etiam veſtro, ceterorumque ordinum, ſpoliatum eſſe voluerunt: quorum alter tamen neque me neque quemquam fefellit.

V. QUIS ENIM ullam ullius boni ſpem haberet in eo, 11 cujus primum tempus ætatis palam fuiſſet [24] ad omnium libidines divulgatum? qui [25] ne à ſanctiſſima quidem parte corporis potuiſſet hominum impuram intemperantiam propulſare? qui, cùm ſuam rem non minùs ſtrenuè quàm poſtea publicam confeciſſet, egeſtatem & luxuriam domeſtico lenocinio ſuſtentavit? qui niſi in aram tribunatus confugiſſet; neque vim prætoris, nec multitudinem creditorum, nec bonorum proſcriptionem effugere potuiſſet. q quo in magiſtratu niſi rogationem de piratico bello tuliſſet: profectò egeſtate & improbitate coactus piraticam ipſe feciſſet; ac minore quidem cum reipublicæ detrimento, [26] quàm quòd intra mœnia nefarius hoſtis prædoque

q *ita Lamb. alii* qui.

23. *Alter Cethegum.*] L. Piſo, nam C. Cornelius Cethegus, ordinis ſenatorii, unus è conjuratis & inter primos fuerat, ei enim provincia data erat, ut januam Cic. conſulis obſideret, eumque vi aggrederetur. Itaque damnato gula in carcere per vindices rerum capitalium fracta eſt. Appianus eum prætorem fuiſſe dicit, de quo propterea diffido, quia Salluſtius ſimpliciter eum ſenatorem appellat; qui non videtur id in integra hiſtoria prætermiſſurus fuiſſe. *Hotom.*

24. *Ad omnium libidines.*] Multo iſtud odioſius eſt in Gabinium, vulgato, *ad omnes lib.* reperi id in Pal. nono; Suffridus verò in Turingico. *Grut.*

25. *Ne à ſanctiſſima quidem parte corporis.*] Myſteria ea maxime ſancta exiſtimantur, quæ maxime occultantur: quæ aut raro aut nunquam vel attinguntur vel aſpiciuntur. Infra *Pſeudothyron* appellat. Gabinii obſcœnam infamiam ſignificat. *Hotom.* Neſcio quid ſibi velit Hotomannus. Sanctiſſimam partem corporis vocat caput. Nam id pro ſacro & divino habitum ab antiquis, quia per id juratur, Athenæus lib. II. Dipnoſoph. oſtendit, quia ſedes eſt mentis, quæ in capite tanquam in arce eſt collocata. Nimirum Cicero dicit Gabinium paſſum eſſe ſuo capiti illudi ac inſultari, ut Suetonius loquitur. *Grav.*

26. *Quàm quòd intra mœnia.*] Particulam *quòd*, ut inculcatam contra decus Latinæ linguæ, expellendam judicabat pater ad Livium XXVIII, 43. *Gronov.*

P. B. que verſatus eſt: quo inſpectante ac ſedente, legem tri-bunus plebis tulit, ne auſpiciis obtemperaretur: ne obnun-tiare concilio, aut comitiis; ne legi intercedere liceret: ut lex Ælia & [r] Fuſia ne valerent: quæ noſtri majores cer-tiſſima ſubſidia reipublicæ contra tribunicios furores eſſ[e] voluerunt.

[r] Fuſia, *aut* Suffia *alii.*

12 Idemque poſtea, cùm innumerabilis multitudo bono-rum de Capitolio ſupplex ad eum ſordidatá veniſſet, cum-que adoleſcentes nobiliſſimi, cunctique equites Roma[ni] ſe ad lenonis [s] impudiciſſimi pedes abjeciſſent: quo vult[u] cincinnatus ganeo non ſolùm civium lacrymas, verum etiam patriæ preces repudiavit? Neque contentus fuit, ſed etiam in concionem [t] adſcendit; eaque dixit, quæ, ejus vir Catilina revixiſſet, dicere non eſſet auſus: [27] nonarum Decembr. quæ me conſule fuiſſent, clivi[que] Capitolini pœnas ab equitibus Romanis eſſe repetiturum: neque ſolùm id dixit, ſed quos ei commodum fuit, com-pellavit: L. verò Lamiam, equitem Romanum, præſtanti dignitate hominem, & ſaluti meæ pro familiaritate, rei-publicæ pro fortunis ſuis, amiciſſimum, conſul impe-rioſus exire urbe juſſit: & cùm vos veſtem mutandam ce[n]ſuiſſetis, cunctique mutaſſetis, atque idem omnes bo[ni] jam antè feciſſent; ille unguentis oblitus, cum toga præ-texta, quam omnes prætores ædileſque tum abjecerant, irriſit ſqualorem veſtrum, & luctum [28] gratiſſimæ civita-tis: fecitque quod nemo umquam tyrannus, ut quo mi[...]

[s] *alii* im-puriſſimi.

[t] eſcendit *Gul.*

27. *Nonarum Decembrium.*] Quo die S. C. de conjuratis plecten-dis factum eſt, quod indicatur lib. Fam. 1. in epiſtola, *perjucun-da:* & ſupplicium de iis ſumtum, unde illud in orat. pro Flac-co: *O Nonæ illæ Decembres, quæ me conſule fuiſtis: quem ego di[em] vere natalem hujus urbis aut certe ſalutarem appellare poſſum.* Hinc il-lud Bruti, qui Cæſarem occidit ad Atticum: *An quia non omnibus horis jactamus idus Martias, ſimiliter atque ille nonas Decembres ſu[as] in ore habet, & meliore conditione,* &c. Erant autem illo die, ita ut aliis nonnullis antea fuerant, armati equites Rom. in clivo Capitolino, circa templum Concordiæ. Qua de re Salluſtius ſic ſcribit: *Nonnulli equites Romani qui præſidii cauſa cum telis erant cir-cum ædem Concordiæ, ſeu animi mobilitate,* &c. Scribit etiam eadem de re Cicero in Sextiana, & Phil. III. Et Suetonius præclarè in C. Cæſare. *Hotom.*

28. *Gratiſſimæ civitatis.*] Sic S. Victoris, & plerique Pall. item edd. vett. dictum autem reſpectu Ciceronis. id ipſum Lambinus, admiſſum priore editione, altera ejecit, reducto *graviſſimæ.* con-ſule Turnebum lib. XXIIX. cap. 17. *Gruter.*

29. *Gra-*

qui occultè veſtrum malum gemeretis, nihil diceret: ne apertè v incommoda patriæ lugeretis, ediceret. v incommodum MS. incommodo alii.
VI. Cùm verò in Circo Flaminio, non à tribuno plebis conſul in concionem, ſed à latrone archipirata, productus eſſet: primùm proceſſit, qua auctoritate vir? vini, ſomni, 13
ſtupri plenus, madenti coma, compoſito capillo, gravibus oculis, fluentibus buccis, preſſa voce & temulen- P. CCVII.
ta: quod in cives indemnatos eſſet animadverſum, id ſibi dixit, [29] gravis auctor, vehementiſſimè diſplicere. Ubi nobis hæc auctoritas tamdiu tanta latuit? cur in luſtris & helluationibus hujus calamiſtrati ſaltatoris tam eximia virtus tamdiu ceſſavit? Nam ille alter Cæſoninus Calventius ab adoleſcentia verſatus eſt in foro, cùm eum, [30] præter ſimulatam verſutamque triſtitiam, nulla res commendaret; [31] non juris ſtudium, non dicendi, non rei militaris, non

29. *Gravis auctor.*] *Auctores* dicuntur in legibus ferendis ſenatores primarii, qui ad eas ſuadendas aut diſſuadendas adhibentur: quorum alii poſtea ſententiam ſequuntur. Sic in Piſon. *Productus in concionem ab eo, cum eſſes interrogatus quid ſentires de conſulatu meo, gravis auctor, Calatinus credo aliquis, aut Africanus, aut Maximus*, &c. Livius lib. XLV, traditum fuiſſe ſcribit, nequis prius intercederet legi, quam privatis ſuadendi diſſuadendique legem poteſtas facta eſſet: eoque perſæpe eveniſſe, ut qui non profeſſi eſſent, ſe interceſſuros, animadverſis vitiis legis ex ratione diſſuadentium intercederent, & qui ad intercedendum veniſſent, deſiſterent, victi auctoritatibus ſuadentium legem. *Hotomanus.*

30. *Præter ſimulatam verſutamque triſtitiam.*] Turnebus d. cap. 17. ait in mſſ. haberi *ſimul. mutamque triſt.* & videtur melius. certè Pall. noſtri, *irritamque*: nonus verò, *victamque*. Gruter. Nec MSS. nec editiones priſcæ legunt *verſutam*, ſed Erfurt. *ſimulatam, irritamque*, ſed adſcripſerat al. manus *fictamque*. In Dreſd. ed. prima & Mediol. *ſimulatam irritamque*. In Franc. prim. *ſimulatam irritatamque*. Pith. *Simulatam fictamque*. In *mutam, irritam, victam*, latet vox minus librariis, aut correctoribus nota, quæ huic loco fraudi fuit. Ea fuit *mimicam*. Cicero ſcripſit: *ſimulatam mimicamque*. Hujus vocis *mimicam* verò *fictam*, quod in Pithœano & Erfurt. legitur, eſt interpretatio. Orat. in Piſon. *Cum ego Cælimontana porta introiſſe dixiſſem, reſponſione me mimica Exquiliana introiſſe homo promptiſſimus laceſſivit.* Petron. *Omnia mimico riſu exſonuerant.* Idem alibi: *Ideoque nec mercenarius ad raptum ferramentum expaverat, nec Eumolpus interpellaverat mortem mimicam.* Sic & *mimus* pro qualibet re ficta, pro qualibet ſimulatione. Senec. epiſt. 26: *Numquid ſimulatio fuit & mimus, quicquid contra fortunam jactavi verborum contumacium. Mimica triſtitia* eſt cum vultu præ me fero & mentior ſeveritatem quandam, qui minime ſeverus ſum. *Grævius.*

31. *Non conſilii ſtudium, non diſcendi initia rei militaris, non co-*

non cognoſcendorum hominum, non liberalitas. quem præteriens cum incultum, horridum, mæſtumque vidiſſes; etiam ſi agreſtem & inhumanum exiſtimares, tamen libidinoſum 32 & perditum non putares.

14 Cum hoc homine, an 33 cum ſtipite Æthiope ſi in foro conſtitiſſes, nihil crederes intereſſe. ſine ſenſu, ſine ſapore, elinguem, 34 tardum, inhumanum negotium, Cappadocem modò abreptum 35 de grege venalium diceres. Idem

... *cognoſcendorum hominum.*] Locum fœdè depravatum corrigi poſſe aliquando putavi, ſi ita legeretur: *Non conſilium, non ſcientia rei militaris, non ſtudium cognoſcendorum hominum.* Nam de eodem Piſone dixit in oratione, quam in eum ſcripſit. *Numquam erat audita vox in foro, numquam periculum factum conſilii, nullum non modo illuſtre, ſed ne notum quidem factum, aut militiæ, aut domi.* & paulo poſt, *Quid eſt aliud furere, niſi non cognoſcere homines, non cognoſcere leges?* Eodem fere modo in epiſt. ad Thermum L. XIII. de M. Anneio legato dixit: *Nam ejus opera, conſilio, ſcientia rei militaris vel maximè intelligo me & Rempublicam adjuvari poſſe.* Urſin. *Non juris ſtudium, non dicendi, non rei militaris, non &c.*] Miſerabiliter hæc multa mutarat Lambinus. nos expreſſimus quod erat in Pall. illo uno, de quorum verborum ſinceritate neminem dubitare puto, ut quæ veritas hic latet. antea ineptè legebamus: *non conſulis ſtudium, non diſcendi ſtudium rei militaris, non &c.* Turnebus conjectat, *non conſulendi ſtudium, non dicendi,* admodum dextrè. Gruterus.

32. *Et perditum non dubitares.*] *Non putaſſes* vetus liber. Urſin. *Non putares*] Scripti noſtri ferè omnes, *putares*, non *putaſti*; non ut hactenus editi, *dubitares.* vult enim eo frontis fuiſſe ſuperciliо, ut ignotis facile imponeret. noſtram lectionem probavit & Turnebus d. cap. 17. Gruter.

33. *Cum ſtipite Æthiope.*] Lectio hæc apprimè placet, quidquid dicat Lambinus; quid turpius Æthiope, quid ridiculum præterea magis ſtipite? convitium enim eſſe in bardum, blennum &c. notius eſt quam ut doceri debeat. *Idem.*

34. *Tardum, inhumanum negotium, Cappadocem.*] Non potui rejicere Pall. omnium ſcripturam, firmatam ab editione principe, item Aldina libro. recentiores exhibent, *negligentem Cappad.* ſine omni gratia; quæ ploſculum habitat in altero noſtro; ſed non item cuiris obvia eſt. Grut. Sane *negotium* legitur etiam in Erf. Pith. & Dreſd, ſed Franc. primus, vulgata retinet. *Inhumanum negotium*, ſi ita ſcripſit Cicero, *inhumanum negotium* eſt, qui nihil humani præ ſe fert, qui beſtiæ ſimilior eſt, quam homini, ut de Ptolemæo Ægyptio Rege loquitur Juſtinus. ſic in I. ad Atticum: *Teucris illa, lentum negotium, ſed tamen eſt in ſpe.* Græv.

35. *De grege venalium.*] Fabius lib. VIII, c. 2: *Quod commune eſt & aliis nomen intellectu alicui rei peculiariter tribuitur: ut urbem Romam accipimus, & venales novitios: cum ſint urbes aliæ quoque, & venalia multa.* Itaque Cicero in Piſoniana, *novitios* appellavit, quo

Idem domi quàm libidinoſus? quàm impurus? [36] quàm intemperans, non januâ receptis, ſed pſeudothyro intromiſſis voluptatibus? cùm verò etiam [37] litteras ſtudere incipit, [38] & helluo immanis cum Græculis philoſophari, tum eſt x Epicureus, non penitus y illi diſciplinæ, quæcumque eſt, deditus: ſed captus uno verbo voluptatis. Habet autem magiſtros non ex iſtis ineptis, qui dies totos de officio ac de virtute diſſerunt: qui ad laborem, ad induſtriam, ad pericula pro patria ſubeunda adhortantur: ſed eos, qui diſputent, horam nullam vacuam voluptate eſſe debere: in omni parte corporis ſemper oportere aliquod gaudium delectationemque verſari. His utitur quaſi præfectis libidinum ſuarum: hi voluptates omnes veſtigant atque odorantur: hi ſunt conditores inſtructoresque convivii: iidem expendunt atque æſtimant voluptates, ſententiamque dicunt & judicant, quantum cuique libidini tribuendum eſſe videatur. horum ille artibus eruditus, ita contempſit hanc pudentiſſimam civitatem, ut omnes ſuas libidines, omnia flagitia latere poſſe arbitraretur, ſi modò vultum importunum in forum detuliſſet.

x Epicurus *ed. pr.*
y ulli *MS.*
P. B.

VII. [39] IS ME (quamquam me quidem non; cognoram

quos hic *venales. Nemo*, inquit, *queritur, Syrum neſcio quem de grege novitiorum factum eſſe conſulem.* Hotom. *Venales* κατ᾽ ἐξοχὴν dicuntur mancipia venalia. Cic. v. Verr. *Illi ad deprecandum periculum proferebant alii purpuram Tyriam, vina nonnulli Græca, venaleſque Aſiaticos*, h. e. Aſiatica mancipia. Vide ibi notas. *Græv.*

36. *Quam intemperans non in avaro captis, ſed porro intermiſſis voluptatibus.*] In Venet. hic locus haud dubie reſtitutus, *Quam intemperans non janua receptis, ſed pſeudothyro intromiſſis voluptatibus.* Ut in IV. Verrina, *Numerantur illa ſeſtertia CCL. Syracuſanis: Ea quemadmodum ad iſtum poſtea per pſeudothyrum revertantur, tabulis vobis & teſtibus Jud. planum faciam.* Eſſe autem fores occultas & tectas, non verum oſtium, vocabulum indicat. *Camer.*

37. *Litteras ſtudere.*] Palatini noſtri meliores, item editio prima *litteris:* quod mallem, quamvis ſciam alterum etiam habere ſcriptorum auctoritatem. *Grut.*

38. *Et belluo immanis cum Græculis philoſophari.*] Sic repoſui, cum in cod. antiquo ſcriptum repeririſſem, *bellus imm.* & paullo ante, ubi vulgati habent, *neglectum*, manuſcr. partim *negotium*, partim *vegotium*, ego, *vecordem*, reponendum putavi, quamvis nonnulli malint, *ignavum.* Lambin. In Dreſdenſi eſt *belluus immanis*, ſed in prim. Franc. & edit. prima hæc verba plane non exſtant. Erfurt. *belluus immanis*, ſed al. man. ſuper illam vocem ſcripſerat *vel beluam*, ut reſtituerat Lambinus non ineptè. *Græv.*

39. *Is me (quamquam me quidem non; cognoram enim propter Piſonum affinitatem &c.)*] Ita hunc locum reſtitui, præeuntibus Pall.

qui-

[2] *alii* quem longe hinc.

ram enim, [40] propter Piſonum affinitatem, [2] quàm lon-gè hunc ab hoc genere cognatio materna Tranſalpini ſan-guinis abſtuliſſet) ſed vos populumque Romanum, non conſilio, neque eloquentia, quod in multis ſæpe accidit, 16 ſed rugis ſupercilioque decepit. L. Piſo, tune auſus es iſto oculo, non dicam iſto animo: iſta fronte, non vita tanto [a] ſupercilio, non enim poſſum dicere, [41] tantis re-bus

[a] ſupe&c. *non eſt in MS. Pith.*

quibus alludebat item liber S. Victoris; conjecerat que noſter Gu-lielmius. vetuſtiſſima lectio habebat: *Is me quamquam equidem non cognoveram eum propter &c.* at vulgata, *Is non me (quamquam equidem non cognoram eum propter.)* ex quo meras nugas exſculpſit Lambi-nus. *Gruter.* Vellem ſuorum codicum ſcripturam explicaſſet Gru-terus. Turbatus eſt valde hic locus. Hoccine eſt Tullianum? *quan-quam me quidem non.* Ope tamen Palatinorum codicum, & Pi-thœani, in quo exaratum eſt: *Sed me quanquam minime quidem non cognoſcatur à me propter Piſonum affinitatem, quanquam longe hunc ab hoc genere cognatio*, &c. Perperam *quanquam* hic eſt repetitum; & in aliis codicibus poſtea ſemel deletum, ſed alterum alieno loco relictum. In Erfurt. eſt: *Is me quanquam equidem non cognora pro-pter*, ſed alia antiqua tamen manus *e* in equidem notarat puncto, & *minime* adſcripſerat, & in *non cognora* itidem ultimam ſyllabam delendam notarat, adſcripſeratque *cognoſcatur à me.* Genuina fuit manus Tullii: *Is me quidem minime, cognoram enim propter Piſonum affinitatem, quanquam longe hunc ab hoc genera cognatio materna transalpini ſanguinis abſtuliſſet, ſed vos*, &c. Vides liquida eſſe omnia. Nec du-bitavi ſic in mea reponere editione, & quod omnia ex manu exaratis codicibus ſint hauſta, & quod editionum magna ſit diſ-crepantia. Mallem tamen pro *cognatio materna* ſcribi, *contagio ma-terna transalpini ſanguinis.* Perverſæ tantum ſunt litteræ in *cognatio*, & *contagio*. Sententia vero eſt apertiſſima. Me plane non decepit, inquit Cicero, qui illum dudum noram propter affinitatem Piſo-num, cum filia mea C. Piſoni nupſiſſet, quamvis propter ma-trem origine Gallam, quæ moribus transalpinis eum infecerat cum lacte materno, ſatis longe videretur ab hac familia abeſſe, & ab illius moribus deſciviſſe. Itaque me non decepit, ſed vos. *Grævius.*

40. *Propter Piſonum affinitatem.*] Cum eſſem affinis Piſonum, propter filiam meam C. Piſoni collocatam; cum tamen non cognoram, qualis eſt: quippe cum à Piſonum moribus diſceſſiſ-ſet, cognatione materna translatus ad alios mores. Matris au-tem Piſonis, Calventius quidam, transalpinus homo, qui profe-ctus in Italiam Placentiæ conſedit, pater fuit. *P. Manut.*

41. *Tantis rebus geſtis*] *Rebus* ex Manutiana & Lambiniana Gru-terus adoptavit, contra codicum tam manu exaratorum, quam editorum fidem. Non enim id agnoſcunt editiones priſcæ, nec Victoriana, nec Baſileenſis & Argentoratenſes editiones, nec MSS. Franc. Pith. Dreſd. Legitur tamen in Erfurtenſi ab alia ma-nu, verum antiqua, adſcriptum. *Grævius.*

42. Cum

…s geſtis, cum A. Gabinio cónſociare conſilia peſtis meæ? …onte illius unguentorum odor, non vini anhelitus, non …ons calamiſtri [b] notata veſtigiis, in eam cogitationem ad…cebat, ut, cùm illius re ſimilis fuiſſes, frontis tibi inte…amento ad occultanda tanta flagitia diutiùs uti non lice…et? [42] cum hoc coire auſus es, ut conſularem dignitatem, …t reipublicæ ſtatum, ut ſenatus auctoritatem, ut civis …ptimè meriti fortunas [43] provinciarum fœdere addiceres? …e conſule, tuis edictis & imperiis, ſenatui populoque Romano non eſt licitum, non modò ſententiis atque au…ctoritate ſua, [44] ſed ne luctu quidem ac veſtitu reipubli…cæ ſubvenire.

b torta *edd. vett.* intorta *alii.*

Capuæne te putabas, in qua urbe [45] domicilium quondam 17

42. *Cum hoc tu coire.*] Semper fere in malam partem accipi…tur *coire* pro ſocietatem inire ſeditionum, tumultuum excitando…rum cauſſa, ut *conſpirare*, *conjurare*. Hinc *coitio*, eſt conſpiratio. Recepi autem ex Pithœano, *tu* quod hic ἱμφατικώτερον inſeritur in ceteris editionibus & libris male omiſſum. Erfurt. *cum autem coire*. GRÆV.

43. *Provinciarum fœdere addiceres.*] Syria & Macedonia, ut ſuperius dictum eſt. *Hotom.* *Addicere* nimirum Clodio, hoc eſt Clodium patereris impune pro libitu Ciceronem vexare, affligere, perdere. Eleganter enim Latinis hic dicuntur *addici*, *adſignari*, *dedi*, *tradi*, *donari hoſtibus*. Superius vide quæ notavi ad Cluentium. c. 69. & pro Flacco. cap. 11. Sic paullo poſt; *Me conſtrictum inimicis Reipublicæ tradidiſti.* & mox: *Duobus impiis nefariiſque conſulibus ærarium, provinciæ, legiones, imperia donabantur.* Idem.

44. *Sed ne luctu quidem ac veſtitu.*] Optime Pith. *Sed ne vultu quidem ac veſtitu.* In Erfurtenſi alia manus, ſed perantiqua, quæ paſſim in hac inprimis oratione conſpicitur, voci *luctu* punctis notatæ ſuperſcripſerat *vultu.* Nulli licebat vultu ac mutata veſte ſuum dolorem teſtari. Nam vultus malis temporibus à tyrannis, aut à ſeditioſis hominibus notantur & puniuntur. Tacit. 1. Ann. 7: *Cognitum eſt ad introſpiciendas etiam procerum voluntates indutam dubitationem. Nam verba, vultus in crimen detorquens recondebat.* Hiſt. II, 52: *Milites ut falſum rumorem aſpernantes, quod infenſum Othoni ſenatum arbitrabantur, cuſtodire ſermones, vultum habitumque trahere in deterius.* Vides hic *vultum habitumque*, ut apud noſtrum, *vultu ac veſtitu.* Eadem eſt transpoſitio litterarum in *luctu* pro *vultu*, ut ſtatim ante in *cognatio* & *contagio.* Non videtur autem *luctu* opus eſſe cum ſequatur *veſtitu.* Quo enim alio ſigno luctus indicatur quam veſtitu. Sed adducto & triſti vultu poſſumus noſtrum mœrorem in animo ſævientem propter rerum præſentium ſtatum, etiam ſine veſtitu inſigni indicare. Sueton. Ner. 37: *Pæto Thraſeæ objectus eſt triſtior & pædagogi vultus*, quo ſcilicet damnabat infelicitatem temporum. *Idem.*

45. *Domicilium quondam ſuperbiæ.*] Capua in tres maximas, Ro-

dam / mam,

dam ſuperbiæ fuit, conſulem eſſe, ſicut eras eo tempo
an Romæ, in qua civitate omnes ante vos conſules ſe
tui paruerunt? tu es auſus in Circo Flaminio productus c
tuo illo pari dicere, te ſemper miſericordem fuiſſe? q
verbo ſenatum, atque omnes bonos tum, [46] cùm à pa
peſtem depuliſſem, crudeles demonſtrabas fuiſſe. Tu
P. CCVIII. ſericors me affinem tuum, quem comitiis prærogati
primum cuſtodem præfeceras, quem kalendis Jan. tertio l
co ſententiam rogaras, conſtrictum inimicis reipublic
tradidiſti: tu meum generum, propinquum tuum: tu a
finem tuam, filiam meam, ſuperbiſſimis & crudeliſſi
verbis à genibus tuis repuliſti: idemque tu clementia
miſericordia ſingulari, cùm ego unà cum republica n
tribunicio, ſed conſulari ictu concidiſſem: tanto ſcele
re, tantaque intemperantia fuiſti, ut ne unam quid
horam intereſſe paterere inter meam peſtem, & tuam p
dam; ſaltem dum conticeſceret illa lamentatio & gen
urbis.

18 [47] Nondum palàm factum erat occidiſſe rempublicam
cùm tibi [48] arbitria funeris ſolvebantur. uno eodemqu
te

mam Carthaginemque olim numerata: ut ait Flor. lib. I.
que noſter in prima contra Rullum: *Qui locus*, inquit, *prop
ubertatem agrorum, abundantiamque rerum omnium ſuperbiam & crud
litatem genuiſſe dicitur*, qua de cauſſa Plin. lib. III. felicem eam
pellat: & (ut veteres dixerunt) *ſummum Liberi patris cum Cere
certamen*, de Campanorum ſuperbia Liv. lib. IX. & Valerius l. I
c. 5. *Hotom.*

46. *Cum à patria peſtem depuliſſem.*] Secutus ſum Pal. no
vulgati, *expuliſſent*, aut *expellerent*. Gruterus. Sed in primo Fra
Dreſdenſi ac editione prima hæc verba non exſtant: nec dubi
quin irrepſerint ex margine, cui adſcripſerat non nemo, qui v
luit declarare, quando & cur crudeles ſint habiti ſenatores. Vi
detur iſtud *tum cum* oſtendere, quoque infarta hæc verba eſſe in
vito Tullio, quamvis *tum* non legatur in Mediolanenſi edition
Grævius.

47. *Nondum palam factum erat occidiſſe remp.*] Metaphora fune
bris; de qua diximus in Suſpitionum libellis. ideoque malui *o
cidiſſe*, cum libris potioribus, quàm ut erat in vulgata *concidiſſ*
Grut.

48. *Arbitria funeris.*] Sic in Piſoniana: *Eodem & loci veſtigi
temporis, arbitria, non mei ſolum, ſed patriæ funeris abſtuliſti.* Et
ea pro Domo: *Videre prætextatos inimicos, nondum morte compl
arbitria petentis funeris.* Ut facile appareat, arbitria in funer
dici ſolita, pro mercede libitinariorum, veſpillonum, pollinctoru
eorum denique omnium qui mercede funera juvabant. *Hot*
Arbitria dicebatur pecunia vectigalis, quæ à ſociis pendeba
r

[te]mpore domus mea diripiebatur, ardebat: bona ad vicinum conſulem de Palatio: de Tuſculano ad c item vicinum alterum conſulem deferebantur: cùm, iiſdem operis ſuffragium ferentibus, eodem gladiatore latore, vacuo non modo à bonis, ſed etiam à liberis, atque inani foro, ignaro populo Romano quid ageretur, ſenatu verò oppreſſo & afflicto, duobus impiis nefariiſque conſulibus, ærarium, provinciæ, legiones, imperia donabantur.

c item non eſt in MSS.

VIII. Horum conſulum ruinas vos conſules veſtra virtute fulſiſtis; d ſumma tribunorum plebis, prætorumque fide & diligentia e ſublevati. Quid ego de præſtantiſſi- 19
mo viro, T. Annio, dicam? aut quis de tali cive f ſatis dignè umquam loquetur? qui cùm videret, ſceleratum civem, aut domeſticum potiùs hoſtem, ſi legibus uti liceret, [49] judicio eſſe frangendum: ſin ipſa judicia vis impediret ac tolleret, audaciam virtute, furorem fortitudine, temeritatem conſilio, manum g manu, vim h vi eſſe ſuperandam: primò de vi poſtulavit. poſteaquam ab eodem judicia ſublata eſſe vidit; ne ille omnia vi poſſet efficere, curavit: qui docuit, neque tecta, neque templa, neque forum, neque curiam, ſine ſumma virtute, ac maximis opibus & copiis ab inteſtino latrocinio poſſe defendi: qui primus, poſt meum diſceſſum, [50] metum bonis, ſpem audacibus, timorem huic ordini, ſervitutem depulit civitati.

d ſummaque *MSS.*
e ſublevaſtis *alii.*
f ſatis *non eſt in MS.*
g copiis *MS.*
h viribus *Gul.*
P. B.

Quam rationem pari virtute, animo, fide, P. Sextius 20
ſecutus, pro mea ſalute, pro veſtra auctoritate, pro ſtatu civitatis, nullas ſibi inimicitias, nullam vim, nullos impetus, nullum vitæ diſcrimen vitandum umquam putavit: qui cauſam ſenatus, exagitatam i concionibus improborum, ſic

i contentionibus *MSS.*

reipublicæ, pro jure monopolii, ut docuit Gronovius ad Liv. 11, 9. quem vide. Peſſime legitur in Gruteri, & quæ ex illa expreſſa ſunt, editionibus *arbitraria*. Græv.

49. *Judicio eſſe frangendum.*] Milo enim Clodium de vi reum fecit, quod ipſius domum oppugnaſſet, & cædem in foro cum gladiatoribus feciſſet. Dio lib. XXXIX. Cic. lib. ad Attic. IV: *Nam Milonis domum meamque in Ceramio expugnare & incendere ita conatus eſt, ut palam hora quinta cum ſcutis homines, eductis gladiis, alios cum accenſis facibus adduxerit.* Hotom.

50. *Metum bonis, ſpem audacibus, timorem &c.*] Hoc κόμμα *ſpem audacibus*, quia γνήσιον ſit, nemo dubitabit. exſtat autem in Pal. nono & Turing. nec recedit editio vetus; niſi quod loco *ſpe* ſervet *&c.* Grut.

51. *Quid*

ſic ſua diligentia multitudini commendavit, ut nihil ta[m]
populare quàm veſtrum nomen: nihil tam omnibus c[a]
rum aliquando quàm veſtra auctoritas videretur: qui m[e]
cùm omnibus rebus, quibus tribunus plebis potuit, def[en]
dit, tum reliquis officiis, [k] juxta, ac ſi meus frater eſſ[et]
ſuſtentavit: cujus ego clientibus, libertis, familia, c[o]
piis, litteris ita ſum ſuſtentatus, ut meæ calamitatis no[n]
adjutor ſolùm verùm etiam ſocius videretur.

k non aliter *MS.*

21 Jam ceterorum officia, [l] ſtudia vidiſtis: quàm cupid[e]
mei C. [m] Ceſtilius, quàm ſtudioſus veſtri, quàm non v[a]
rius fuerit in cauſa. [51] Quid M. Ciſpius? cui ego ipſi, p[a]
renti, fratrique ejus, ſentio quantum debeam: qui [52] cu[m]
à me voluntas eorum in privato judicio eſſet offenſa, pu
blici mei beneficii memoria privatam offenſionem [n] obli
teraverunt. Jam T. Fadius, qui mihi quæſtor fuit, M
Curtius, [53] cujus ego patri quæſtor fui, ſtudio, amor[e]
animo, huic neceſſitudini non defuerunt. Multa de m[e]
[54] C. Meſſius, & amicitiæ & reipublicæ cauſa, dixit: le
gem [o] ſeparatim initio de ſalute mea promulgavit.

l ſtudiaque *Vict. Lamb.*
m alii Seſtilius aut Sextilius.
n oblitteravit *MS.* & *ed. pr.*
o ſpeciatim *MSS.*

22 [55] Q. Fabricius, ſi, quæ de me agere conatus eſt, c
con-

51. *Quid M. Ciſpius.*] Eſt à Pal. nono, nam ceteri, *M. Opſi[us]* aut verò *Mopſius*. *Ciſpii* mentio in Planciana cap. 31. cujus lo[co] memoria, editioni ſuæ iſtud intulerat P. Manutius, ejecto v[ul]gato, *Moſopius*; quod & damnat Pighius noſter ad ann[um] V. C. DCXCVI.

52. *Cum à me voluntas eorum in privato judicio eſſet offenſa.*] Cu[m] Cicero judex eſſet in judicio quodam additus, in quo de re ip[so]rum ageretur. *Hotom.* Prim. Franc. & Dreſd. *cum mihi vol[untas]* *eorum*, &c. *eſſet offenſa.* ut Tacitus 1, 1: *Veteris populi Rom[ani]* *proſpera vel adverſa claris ſcriptoribus commemorata ſunt.* pro vulg[ato] à claris ſcriptoribus. Suet. Jul. *Opera optimatibus data eſt.* pro, *a[b]* *optimatibus.* Grævius.

53. *Cujus ego patri quæſtor fui.*] Valde hic hæreo. huic enim C[u]rio, neque conſuli, qui conſulatum numquam geſſit, neque pr[o]vinciam aliquam poſt præturam adminiſtranti quæſtor eſſe Ci[ce]ro potuit, quem ſcimus quæſtorem Sex. Peducæo in Sicilia fui[ſſe].
P. Manut.

54. *C. Meſſinius.*] Scribendum eſt *C. Meſcinius*, qui pater fort[aſ]ſe fuit L. Meſcinii Rufi ejus, qui Quæſtor in Cilicia Cicero[ni] pro Cos. & ſub Auguſto III. vir monetæ cudendæ fuit, ut ex d[e]nariorum inſcriptionibus intelligimus. *Urſin.* Pighius d. l. *C. Me[ſcinium]* eſſe legendum docet.

55. *Q. Fabricius.*] *Princeps rogationis, qui octavo Kal. Febr. ro[ſtra]* *mature occupavit, ut de me cum populo ageret.* In Sextiana. *Ho[tom.]* Hujus Fabricii meminit quoque in epiſtola ad Q. Fratrem lib. I ep. ult. quæ ſcripta eſt anno ſuperiore in exilio: *De novis ma[giſtratibus]*
tri

...tra vim & ferrum perficere potuiſſet: menſe Janua- [p veſtrum *ed. prim.*] [P. CCIX.]
...r noſtrum ſtatum [q] recuperaſſemus. quem ad ſalutem [q recuperaſſem *MS.*]
...am voluntas impulit, vis retardavit, auctoritas veſtra
...ocavit.

IX. [56] JAM VERÒ prætores quo animo in [r] me fue- [r me nunc *MS.*]
..., vos exiſtimare potuiſtis, cùm L. Cæcilius privatim
... ſuis omnibus [ſ] copiis ſtuduerit ſuſtentare: publicè pro- [ſ ſtudiis *quad. edd.*]
...lgarit de mea ſalute [57] cum collegis pænè omnibus: di-
...ptoribus autem meorum bonorum in jus adeundi pote-
...tem non fecerit. M. autem Calidius, ſtatim deſigna-
...s, ſententia ſua, quàm eſſet cara ſibi mea ſalus, decla-
...vit.

... Omnia officia C. Septimii, Q. Valerii, P. Craſſi, Sex. 23
Quintilii, C. Cornuti, ſumma & in me & in rempubli-
...am conſtiterunt. quæ cùm libenter [t] commemoro, tum [t *alii* commemorem. *alii aliter.*]
...on invitus nonnullorum in me nefariè commiſſa prætereo.
...on eſt mei temporis injurias meminiſſe; quas ego [v] etiam [v etiam *non eſt in MSS.*]
... ulciſci poſſem, tamen oblivisci mallem. aliò transferen-
...a mea tota vita eſt, ut benè de me meritis referam gra-
...iam: [58] amicitias igne perſpectas tuear: cum apertis ho-
ſtibus

...ribunis plebis eſt ille quidem in me officioſiſſimus Seſtius, & ſpero Cu-
...ius, Milo, Fadius, Fabricius.* ſed perperam legitur in editis li-
...ris *Gratidius* pro *Fabricius*. ut olim monuit Pighius in Annalibus
...d annum D C XCVI. *Gravius.*

56. *Jam vero prætores.*] Haſtenus octo tribunos pl. enumeravit,
...i ipſius reditum adjuverunt, duo reliqui non conſenſerunt:
...umerius Quintius & Sex. Attilius Serranus, non intercefſerunt
...men; cum & Senatus & omnium magiſtratuum conſenſum vi-
...erent. *Hotom.*

57. *Cum collegis pæne omnibus.*] Uno excepto Appio, Clodii fra-
...re. in Piſonem: *De me cum omnes magiſtratus promulgaſſent, præter
...num prætorem, à quo non fuit poſtulandum, fratrem inimici mei, præ-
...erque duos de lapide emptos tribunos pl. legem comitiis centuriatis tuli,
... Lentulus conſul.* Et pro Milone: *Septem prætores, octo tribuni pl.
...lius adverſarii, defenſores mei.* Hic quoque ſeptem prætores no-
...minantur. Quibus locis de toto prætorum numero admonemur.
P. Manut.

58. *Amicitias igne perſpectas tuear.*] Clauſulam iſtam tribuunt
...ctori noſtro Pal. nonus, Erfurd. & S. Victoris, niſi quod illi
...æferant *digne perſpectas*; hic, *amicitia ſogni perſp.* ex quo elicuit
...ulielmius *igni.* ſine dubio verè. ſicque dixit noſter libro II. de
Officiis *igne ſpectatus*; qui nulla re ab honeſto deducitur. *Gruter.*
...ne ſpectatus non eſt, ut Gruterus vult, qui nulla re ab honeſto
deducitur; ſed cujus fides & amicitia in rebus adverſis multis do-
cumentis eſt probata. Tuentur hæc verba, quæ in editis ante Gru-
terum

ſtibus bellum geram: timidis amicis ignoſcam: 59 prodi-
ribus meis non indicem dolorem profectionis meæ: de-
fenſores reditus dignitate conſoler.

24 Quòd ſi mihi nullum aliud eſſet officium in omni vi-
reliquum, niſi ut erga duces ipſos, & principes at-
auctores ſalutis meæ, ſatis gratus judicarer: tamen e-
x reliquum MS. Pith. guum x reliquæ vitæ tempus non modò ad referendam
verùm etiam ad commemorandam gratiam mihi relict-
putarem. Quando enim ego huic homini ac liberis eju-
quando omnes mei gratiam referent: quæ memoria, qu-
vis ingenii, quæ magnitudo obſervantiæ, tot tantiſq-
beneficiis reſpondere poterit? qui mihi primus afflicto
jacenti conſularem fidem dexteramque porrexit: qui m-
à morte ad vitam, à deſperatione ad ſpem, ab exitio
P. B. ſalutem revocavit. qui tanto amore in me, ſtudio in re-
publicam fuit, ut excogitaret, quemadmodum calamit-
tem meam non modò levaret, ſed etiam honeſtaret. qu-
enim magnificentius, quid præclarius mihi accidere po-
tuit, quàm quòd, illo petente, vos decreviſtis, ut cunc-
ex omni Italia, qui rempublicam ſalvam vellent, ad m-
unum, hominem fractum & propè diſſipatum, reſtituen-
y & defend. non eſt in Pith. dum y & defendendum venirent? 60 ut, qua voce te-
omni-

terum non legatur, Pithœi excerpta, in quibus tamen nihil-
hil corrupte, *amicitias dignas perſpectas tuear*. Grævius.

59. *Proditoribus meis &c.*] Sic ſolum Pal. ſec. ac tert. nam B-
furd. item Pal. non. & pr. *proditores meos non indicem: dolor-
profectionis meæ, reditus dignitate conſoler.* neque aliter quart. aut o-
niſi quod ii *vindicem.* ſententiæ ſunt bellæ: haud tamen præf-
ram vulgatis, cum Gulielmio, qui videatur Plautinæ Trucul-
ti cap. 5. *Grut.*

60. *Ut qua voce à te, Romule, poteſt R. c.*] Lambinus emend-
vit. *Ut qua voce ſemel omnino poſt Romam conditam Conſul uſus eſſ-*
Sed huic emendationi primo adverſantur hiſtoriæ, ex quibus du-
conſulares hujuſmodi voces eliciuntur, cum ex Oratione Ra-
riana perduellionis, tum ex Corneliana apud Aſconium, dein
veteris libri auctoritas qui eſt apud me manuſc. à quo Faë-
conjectura pro *à te Romule*, corrigentis, *ter omnino*, ita confi-
matur, ut nihil dubii, quin ita legendum ſit, relinquatur, &
tertia tantum voce dubitabat Faërnus, an eſſet ea, qua uſus c-
ditur Opimius Coſ. cum in C Gracchum invectus eſt, quæ t-
men nullius ſcriptoris teſtimonio probatur. Quid ſi de C. Ma-
intelligendum ſit? de eo enim ita ſcriptum eſt in oratione p-
Reditum ad Quirites. *Nam C. Marii qui poſt illos veteres clariſſ-
conſulares veſtra patrumque memoria tertius ante me conſularis ſu-
indigniſſimam fortunam &c.* Urſin.

61. Ut

nino poſt Romam conditam conſul uſus eſſet pro uni-
ſa republica apud eos ſolùm, qui ejus vocem exaudire
ſſent; eadem voce ſenatus omnibus agris [z] atque oppi-
, cives, totamque Italiam ad unius ſalutem defenden-
excitaret.

z *alii* vicis atque *contra MSS.*

X. QUID EGO glorioſius meis poſteris potui relinque-
, quàm hoc ſenatum judicaſſe, qui civis me non defen-
ſet, eum rempublicam ſalvam noluiſſe? Itaque tantum
ſtra auctoritas, tantum eximia conſulis dignitas valuit,
t dedecus & flagitium ſe committere putaret, ſi quis
n [a] veniret. Idemque conſul, cùm illa incredibilis mul-
udo Romam, & pæne Italia ipſa veniſſet, vos frequen-
ſimos in Capitolium convocavit. quo tempore quantam
[b] naturæ bonitas haberet, aut vera nobilitas, intelli-
re potuiſtis. nam Q. Metellus, & inimicus, & [62] frater
imici, perſpecta veſtra voluntate, omnia privata odia
poſuit: quem P. Servilius, vir cùm clariſſimus tum
rò optimus mihique amiciſſimus, & auctoritatis &
tionis ſuæ divina quadam gravitate, ad ſui generis
mmuniſque ſanguinis facta virtuteſque revocavit, ut
beret in conſilio & [63] fratrem ab inferis, ſocium rerum
mea-

a veniſſet *MS.*

b vera bon. *Lamb. contra MSS.*

61. *Ut omne is flagitium ſe committere putaret.*] Ant. Auguſtinus
njectura ductus, omnibus in numerum plurium commutatis,
endavit, *Ut omnes flagitium ſe committere putarent.* Quæ ſane
rectio veteris quoque manuſcripti codicis confirmatur aucto-
te. *Urſinus.* *Ut dedecus & flagitium ſe committere putaret.*] Inte-
io hujus loci debita Pal. nono. alluditque S. Victor. in quo
flag. nam ſec. *reus flagitium.* hactenus vulgata, *ut omnis flagi-*
, &c. Grut. Adſtipulatur Pithœi codex, in quo *dedecus & fla-*
. Erfurt. in qua *reus flagitium.* ſed illa manus antiqua ſu-
ſcripſerat voci *reus* vel *dedecus*, ut ſola copula in illo deſit.
vius.

62. *Frater inimici.*] Sic in oratione pro Cœlio fratrem patrue-
Clodii Metellum hunc appellat, oratorie potius, quam ex
iſconſultorum ſubtilitate: qui conſobrinum potius dixiſſent,
a P. Clodius Cæciliæ filius erat, quæ hujus Metelli Nepotis
ra fuerat. *Hotom.*

63. *Fratrem ab inferis.*] Significat Q. Metellum Celerem, qui
erone conſule Prætor cum eſſet, ei in opprimenda conjura-
e adjutor ac ſocius exſtitit. *Hotom.* *Ut haberet in conſilio & fra-*
ab inferis.] Quid, ſi dicamus legendum eſſe, *ut adhiberet in*
ilium, &c. Omnino ſic placet magis. Verumtamen nihil mu-
auſim ſine libris manuſcr. Nam ſi Latine dicere licet, *fuit*
mihi in conſilio: cur non etiam licet dicere, *habui illum in con-*
? Jam quod ſequitur, *& fratrem ab inferis*, *ſocium rerum mea-*
. hoc, *ab inferis*, mendoſum eſt, & adulterinum, putoque
initio

mearum, & omnes Metellos, præſtantiſſimos cives, p[illegible] nè ex Acheronte excitatos: in quibus Numidicum illu[illegible] cujus quondam [64] de patria diſceſſus, honeſtus ipſi, om[illegible] bus luctuoſus tandem viſus eſt.

26 P. CCX. [65] Itaque dimittitur non modò ſalutis defenſor, qui a[illegible] hoc unum beneficium fuerat inimicus; verùm etiam a[illegible] e adſertor MS. Pith. ſcriptor dignitatis meæ. [66] Quo quidem die cùm ccccx[illegible] ex ſenatu eſſetis, magiſtratus autem hi omnes adeſſe[illegible] diſſenſit unus, is, qui ſua lege conjuratos etiam ab infe[illegible]

initio fuiſſe interpretationem ejus, quod infra poſitum eſt; *Acheronte*, è regione ſcriptam: deinde in contextum, ut fieri [illegible] let, ab indocto & imperito librario translatam. Nam prim[illegible] *ab inferis*, ſic per ſe poſitum, ineptum eſt: deinde, quamvis [illegible] ſtoriæ non repugnet: (erat enim hic Metellus, cognomine [illegible] ler, Q. Metelli Nepotis frater, hoc tempore, quo hæc oratio [illegible] bita eſt, mortuus: immo, ut ex oratione pro Cœlio & pro S[illegible] tio intelligere licet, diem ſuum obierat, antequam M. Tull[illegible] P. Clodio è civitate expelleretur) quamvis igitur hoc, *ab inferis* hiſtoriæ non adverſetur, immo vero cum hiſtoria & verita[illegible] conſentiat: tamen ſupervacaneum eſt. nam idem valet, *ab Ache-ronte*, quod ſequitur, & ad hunc quoque Metellum commun[illegible] cum ceteris pertinet, quod, *ab inferis*. Quare cenſeo delendum ut alienum, & foris profectum, & ex ora libri in verba Ci-ceronis illatum: ut totus hic locus ſic legatur, *ut haberet in co[illegible] & fratrem ſocium rerum mearum, & omnes Metellos, præſtantiſ[illegible] cives, pæne ex Acheronte excitatos*, &c. Lambin.

64. *De patria diſceſſus.*] C. Saturninus tribunus pl. cùm leg[illegible] Agrariam per vim tuliſſet, Numidico jurare in illam recuſ[illegible] diem dixit, qui cum à bonis civibus defenderetur, ne cauſa [illegible] lorum certaminum eſſet, in voluntarium exilium Rhodum [illegible] fectus eſt. Qua de re multa Cicero in Sextiana, in Piſonem [illegible] Balbo. & Liv. Epit. 69. Appian. lib. I. Plut. in Mario. auctor de Viris Illuſtribus. *Hotom. De patria diſceſſus, honeſtus ipſi, [illegible] bus luctuoſus tandem viſus eſt.*] Editio prima, *honeſtis omnibus* quomodo & S. Victoris exemplar & Pall. plerique. nam [illegible] ille; *diſceſſus moleſtus omnibus; ipſi ne luctuoſus quidem eſt viſus.* [illegible] Celeb. Grævius edidit: *Cujus quondam de patria diſceſſus mo[illegible] omnibus ſane, ipſi ne luctuoſus quidem viſus eſt.*

65. *Itaque dimittitur non modò ſalutis &c.*] Eſt ab editione [illegible] ſtiſſima. probavit Gulielmius, intelligebatque poſt oratio[illegible] Servilii ſoluto Senatu, quem convocarat Lentulus, & quò [illegible] tellus inimicus venerat. mſſ. noſtri *dimittet*, niſi quod Pal. [illegible] *exitit*. Grut.

66. *Quo quidem die &c.*] Veneti ccccxvii. *Camer. Cùm cccc[illegible] ex ſenatu eſſetis, magiſtratus autem hi omnes &c.*] Numerus hic ſtat in Pal. nono, habetque item Turingicus, qui præterea [illegible] bat *ex ſenatu.* conveniebant enim in ſenatum, non ſenatores tùm, ſed & ii quibus ſententiæ dicendæ jus. *Grut.*

67.

itandos putarat. Atque illo die, quo rempublicam meis
nſiliis conſervatam graviſſimis verbis & plurimis judi-
ſſetis, idem conſul curavit, ut eadem à principibus ci-
itatis in concione poſtero die dicerentur: [d] cùm qui- d tum MS.
em ipſe egit ornatiſſimè cauſam meam perfecitque, ad-
ante atque audiente Italia tota, ut nemo cujuſquam con-
ſti aut perditi vocem acerbam atque inimicam bonis
oſſet audire.

XI. AD HAEC non modò adjumenta ſalutis, ſed etiam 27
rnamenta dignitatis meæ, reliqua vos iidem addidiſtis:
decreviſtis, ne quis ulla ratione [e] rem impediret: qui [f] id e remp. MS.
mpediſſet, graviter moleſtéque laturos: illum contra f id non eſt in MS.
empublicam, ſalutemque bonorum, concordiamque ci-
ium facturum: & ut ad vos de [g] eo ſtatim referretur: g ea ſ. referrentur alii.
tque etiamſi diutiùs calumniarentur, redire juſſiſtis.
Quid? ut agerentur gratiæ, qui è municipiis veniſſent?
uid? ut ad illam diem, [67] res cùm rediſſent, rogarentur,
ut

67. *Res cum rediſſet.*] Legendum ut in antiquis: *Ad res cum re-diſſent.* Nam in Sext. *Atque*, inquit, *ut iidem ad res redeuntes, ut venirent rogarentur.* HOTOM. *Quid? ut ad illam diem res cum rediſſent.*] unc locum P. Manutius ex loco ſimillimo, qui eſt in oratione o P. Sextio, non longe ab extremo: qui ſic legitur in libris ulg. *atque, ut iidem ad res redeuntes*, &c. ubi tamen quidam do-ti legi volunt, *ad ſuos redeuntes*; ſic legendum exiſtimat, *Quid t illam, ad res cum rediſſent, rogarentur, ut pari ſtudio convenirent?* quo nunc diſſentio. nam contra atque ille exiſtimavit, locus rationis Sextianæ mendoſus eſt: hic autem emendatus & inte-r: aut, ſi locus Sextianæ emendatus eſt: hic ex illo non eſt andus, cùm mendo vacet. Quod ex Plauti verbis in Capti-s demonſtro. Sic igitur Plautus ſtatim in principio: *Prolatis us, paraſiti venatici ſumus. Quando res redierunt, moloſſici odio-que, & multum incommodiſtici.* ex quibus verbis perſpicuum eſt, *prolatas* dici, cùm lites, & res forenſes ac judiciales inter-itti juſſæ ſunt: *res rediiſſe*, cùm repetitæ ſunt. Sic igitur hunc ocum explico primum, deinde ad eum, qui eſt in Sextiana, ve-iam. Quid (inquit Cicero) quod decreviſtis, ut rogarentur mu-icipia, ut pari ſtudio Romam convenirent ad illam diem, id , ad illud tempus, cum res rediiſſent, id eſt, quo tempore intermiſſæ ac prolatæ repeterentur? Venio nunc ad illa ver-a Sextiana: *Decrevit eodem tempore ſenatus, ut iis, qui ex tota Ita-lia ſalutis meæ cauſa convenerant, agerentur gratiæ: atque ut iidem ad res redeuntes, ut venirent, rogarentur.* Dico igitur in his verbis, *at-que ut iidem, ad res redeuntes*, &c. ſubeſſe mendum: idque ſic eſſe urgandum ac tollendum: *atque ut iidem ad illam diem, cum res rediſſent, ut venirent, rogarentur.* ut idem dicatur in Sextiana, quod hic dicitur, & locus ille ex hoc emendetur. Quod ſi quis dicat,

 iiſdem

ut pari ſtudio convenirent? Quid denique h illo die, qu
P. Lentulus, mihi, fratrique meo, liberiſque noſtris n
talem conſtituit, non modò ad noſtram, verùm etiam
ſempiterni memoriam temporis? quo die nos comitiis ce
turiatis, quæ maximè majores comitia juſta dici habe
que voluerunt, arceſſivit in patriam: ut eædem centuri
quæ me conſulem fecerant, conſulatum meum comp
barent.

h ille dies MS.

28 Quo die quis civis fuit, qui fas eſſe putaret, quacumqu
aut ætate, aut valitudine eſſet, non ſe de ſalute mea ſe
tentiam ferre? quando tantam frequentiam in campo, ta
tum ſplendorem Italiæ totius, ordinumque omnium
quando illa dignitate [68] rogatores, diribitores cuſtode
que vidiſtis? Itaque P. Lentuli beneficio excellenti atqu
divino, i non reducti ſumus in patriam, ſicut nonnu
clariſſimi k cives; ſed equis inſignibus, & curru aurato r
portati.

P. B.

i *alii* non ſolum.

k *alii* viri.

29 Poſſum ego ſatis in Cn. Pompejum umquam gratus vi
deri, [69] qui non ſolùm apud vos, qui omnes idem ſentie-
batis,

iiſdem verbis manentibus eandem fere ſententiam conſtare poſſe,
hoc modo, ut iidem ad res redeuntes, id eſt, negotia ſua inte
miſſa repetentes, rogarentur, ut venirent: primum, ſi hoc con
fitear, non continuo ei aſſentiar, qui hujus orationis locum e
illo mutare conetur. Deinde hoc dico, ineptam eſſe hanc ſenten
tiam, *ut iidem ad res redeuntes, rogarentur, ut venirent.* nam, ſi
hoc ſentit Cicero, decretum eſſe, ut tum, cum ad res ſuas redi
bant, rogarentur, ut venirent: quando venirent? nam quo te
pore, aut ad quod tempus venirent, non dicitur. Sin hoc ſigni
cat, decretum eſſe, ut rogarentur, ut tum venirent, cum ad
ſuas redirent: quid ineptius, atque adeo quid abſurdius, aut
pugnantius dici poteſt, quam aliquem rogare, ut veniat tu
cum redeat? *Lambinus.* *Quid ut ad illam diem res cum rediſſent ro
garentur, ut pari ſtudio convenirent.*] Pantagathus aliter hunc locu
legebat, & multo quidem, ut videtur, melius, *Quid ut ad comi
tia pridie nonas Sextiles rogarentur, ut pari ſtudio convenirent.* Urſi

68. *Rogatores.*] Inſtituti ſunt olim in comitiis, quo tempo
ſuffragia non tabella, ſed voce ferebantur, qui centurias ſing
las ſuum ſuffragium rogarent. poſtea latis legibus tabellariis
tenta ſunt, ut ciſtam per centurias ferrent, in quam ſuffragii ta
bulas populus conjiceret. *Hotom.*

69. *Qui non ſolum apud vos, qui idem ſentiebatis, ſed etiam apu
univerſum populum R. ſalutem Reip. & conſervatam per me & conju
ctam eſſe cum mea direxit.*] Hoc quidem, *direxit*, falſum: Itaqu
reponetur *dixerit*, ut alibi legitur: ubi & hic locus ita exponitur,
ſed etiam apud univerſos, ſalutem pop. Rom. & conſerv. &c.
Camer.

tis, ſed etiam 70 apud univerſum populum Romanum ...utem reipublicæ & conſervatam per me, & conjunctam ...e cum mea dixerit? qui cauſam meam prudentibus com...endarit, imperitos edocuerit, eodemque tempore im...obos auctoritate ſua compreſſerit? bonos excitarit? qui ...pulum Romanum pro me, tamquam pro fratre, aut ...o parente, non ſolum hortatus ſit, verum etiam obſe...rarit? qui ipſe, cùm, propter metum dimicationis & ſan...inis, domo ſe teneret, etiam à ſuperioribus tribunis pe...erit, ut de ſalute mea & promulgarent & l ferrent? qui ...n colonia nuper conſtituta, cùm ipſe gereret magiſtratum, ...qua nemo erat emptus 71 interceſſor, vim & crudelita...m 72 privilegii, auctoritate honeſtiſſimorum hominum, ... publicis litteris 73 conſignavit, princepſque Italiæ to...us præſidium ad meam ſalutem implorandum putavit? ...ui, cùm ipſe mihi ſemper amiciſſimus fuiſſet, etiam ut ...uos neceſſarios mihi amicos redderet, m elaboravit?

l referrent alii.

m ita Græv. elaborarit Grut.

30 XII. QUIBUS autem officiis T. Annii beneficia n re...munerabor? cujus 74 omnis actio, ratio, cogitatio, totus

n remunerabo MS.

70. *Apud univerſum Pop. Romanum ſalutem reipublicæ.*] Longe acrius & venuſtius Erfurtenſis: *Apud univerſum populum populi Romani ſalutem.* Quod qui non præfert vulgatis, is in hac arte nihil videt. Librarii poſt vocem *populum* earundem litterarum vocem *populi* omiſerant, inde intruſerunt *reipublicæ.* Grævius.

71. *Interceſſorum.*] Legendum videtur, *interceſſor.* Nemo, inquit, repertus eſt mercenarius interceſſor Capuæ, ſicuti fuit ille Ælius Ligur, qui Senatus decreto, quod de me referente L. Mummio, factum erat, interceſſit, ut in Sext. oratione legimus, nam illum hoc loco perſtringit. *Hotom.* *In qua nemo erat emptus interceſſorum.*] Quidam legi volunt, *interceſſor:* quibus aſſentior: quamquam non multum intereſt, utro modo legatur. Notat autem Sex. Atilium Serranum, & Numerium Quinctium, qui interceſſerant ſenatuſconſulto, quo M. Tullius revocabatur. *Lamb.*

72. *Privilegii.*] Clodii legem qua pulſus eſt, invidiæ cauſſa privilegium vocat. pro Domo: *Vetant leges ſacratæ, vetant* XII. *tabulæ, leges privatis hominibus irrogare:* id eſt enim privilegium. *P. Manut.*

73. *Conſignavit.*] Subobſcurus locus. videtur autem ſignificare Campanos in decreto, quod de Cicerone adjuvando fecerunt, legem Clodiam & privilegium appellaſſe; & tamquam violentam & crudelem notaſſe. Nam in ea pro Milone, de Pompejo loquens: *Qui cum de me,* inquit, *decretum Capuæ feciſſet, ipſe cunctæ Italiæ cupienti & ejus fidem imploranti ſignum dedit, ut ad me reſtituendum Romam concurrerent.* Hotom.

74. *Omnis actio, ratio &c.*] Abeſt à libris aliquot, *actio.* non recte. refellunt enim attributa totidem ſingulis his nominibus adjecta. *Grut.*

tus denique tribunatus, nihil aliud fuit, niſi conſtans, perpetua, fortis, invicta defenſio ſalutis meæ? Quid de P. Sextio loquar? qui ſuam erga me benivolentiam & fidem non ſolum animi dolore, ſed etiam corporis vulneribus oſtendit? Vobis verò, patres conſcripti, ſingulis & egi & agam gratias. univerſis, egi ᵒ ab initio, quantum potui: ſatis ornatè agere nullo modo poſſum. Et quamquam ſunt in me præcipua merita multorum, quæ ᵖ ſileri nullo modo poſſunt, tamen hujus temporis ac timoris mei non eſt conari commemorare beneficia in me ſingulorum, nam difficile eſt, non aliquem; nefas, quemquam præterire. Ego vos univerſos, patres conſcripti, deorum numero colere debeo. Sed, ut in ipſis diis immortalibus non ſemper eoſdem, atque aliàs alios ſolemus & venerari, & precari, ſic in ᵍ hominibus de me divinitus meritis omnis erit ætas mihi ad eorum erga me merita prædicanda atque recolenda.

ᵒ ab deeſt in *MSS.* P. CCXI.

ᵖ non ſil. ullo *MS.*

ᵍ *alii* omnibus.

31 Hodierno autem die nominatim à me magiſtratibus ſtatui gratias eſſe agendas; & de privatis uni, qui pro ſalute mea municipia ʳ coloniaſque adiſſet, ˢ populum Romanum ſupplex obſecraſſet, ſententiam dixiſſet eam, quam vos ſecuti, mihi dignitatem meam reddidiſtis. vos me florentem ſemper ornaſtis: laborantem, mutatione veſtis, & propè luctu veſtro, quoad licuit, defendiſtis. Noſtra memoriâ ſenatores ne in ſuis quidem periculis mutare veſtem ſolebant: in meo periculo ſenatus veſte mutata fuit, quoad licuit per eorum edicta, qui mea pericula non modò ſuo præſidio, ſed etiam veſtra deprecatione nudarunt.

ʳ coloniæque adeſſent *ed. pr.*

ˢ populumque *MSS.*

32 Quibus ego rebus objectis, cùm mihi privato confligendum viderem cum ᵗ eodem exercitu, quem conſul non armis, ſed veſtra auctoritate ſuperaram: multa mecum ipſe reputavi.

ᵗ eorum *alii.*

XIII. Dixerat in concione conſul, ſe clivi Capitolini pœnas ab equitibus Romanis repetiturum. nominatim alii compellabantur, alii citabantur, alii relegabantur: ⁷⁵ aditus templorum erant non ſolum ᵛ præſidiis & manu, ve-

ᵛ prædatione *alii.*

75. *Aditus templorum.*] Significat gradus templi Caſtoris, quos Clodius, poſteaquam in illud aſcendit, ut legem per vim ferret, evellendos tollendoſque curavit: ne, ſi qui ei adverſarentur, ingredi in templum & eum deturbare poſſent: ut. ex Sextiana intelligitur & ex his Piſonianæ verbis: *Id autem templum ſublato aditu, revulſis gradibus, à conjuratorum reliquis armis teneretur.* Pro Domo:

verùm etiam demolitione ſublati. [76] Alter conſul, ut me & rempublicam non modò desererent, ſed etiam hoſtibus reipublicæ proderent, pactionibus eos ſuorum præmiorum obligarat. Erat alius ad portas cum imperio in multos annos, magnoque exercitu: quem [x] ego inimicum mihi fuiſſe non dico; tacuiſſe, cum diceretur eſſe inimicus, ſcio. P.B.

x ego deeſt in MS.

Duæ partes eſſe in republica cùm putarentur: altera me depoſcere, propter inimicitias; altera timidè defendere, propter ſuſpicionem cædis putabatur. Qui autem me depoſcere [y] videbantur, [77] in hoc auxerunt dimicationis metum, quòd numquam [78] inficiando ſuſpicionem hominum curamque minuerunt. Quare cùm viderem ſenatum ducibus orbatum, me à magiſtratibus partim oppugnatum, partim 33

y dicebantur Grav. & MS.

Domo: *Cum vero gradus Caſtoris convelliſti ac removiſti, tum ut modeſte tibi agere liceret, homines audaces ab ejus templi aditu atque adſcenſu repuliſti.* Hotom.

76. *Alter conſulem.*] Ant. Auguſtinus legit *conſules*: & deinceps *deſererent*, & *proderent* numero multitudinis. *Urſinus.* Erfurt. ed. prim. Mediol. & aliæ vetuſtiores: *Alter conſul, ut me & rempublicam non modo deſereret, ſed etiam hoſtibus reipublicæ proderet, pactionibus eos ſuorum præmiorum obligarat.* Forte ſcripſit Cicero: *Alterum conſulem, ut me & rempublicam non modo deſereret, ſed etiam hoſtibus reipublicæ proderet, pactionibus Clodius ſuorum præmiorum obligarat.* Nam *eos* quò referas, quamcumque lectionem amplecteris, non habebis. Nam ſi legas cum Hotomanno & Auguſtino *conſules*, delendum eſt *eos*. Dicendum enim erat, Alter conſules pactionibus obligarat. Sin vero legas, *Alter conſul*, qui ſint, quos pactionibus obligarit non invenies. Quamvis autem utroſque Clodius obligarit conſules, quia tamen, ut præcedente [illegible] dixerat, alterum conſulem gradus clivi Capitolini demolitum eſſe, ne equites poſſent ejus inſtitutum inhibere, in hac addit, alterum conſulem pactionibus Clodii inductum ſe & rempublicam prodidiſſe. *Gravius.*

77. *Ii hujus auxerunt dimicationis metum.*] Veneti multo rectius, ut exiſtimo, *Ii in hoc auxerunt.* Camerar.

78. *Inſitiando.*] Hoc referri neceſſe eſt non ad eos, qui Ciceronem depoſcebant, ſed ad eos, qui ab iis Ciceronis inimici eſſe dicebantur: qui cum non inſitiarentur, ſed tacerent, hominum ſuſpicio & cura non minuebatur, ſed augebatur bonis viris dimicandi metus. Traduxit in hunc locum mutatione aliqua ſententium illum, qui eſt in oratione in Piſonem: *Numquam iſtam imminuam curam inſitiando tibi.* Huc fortaſſe adſpexit, cum illa quoque pro Sextio diceret: *Atque ego de Antonio nihil dico, præter unum, numquam illum in illo ſummo timore ac periculo civitatis, neque communem metum omnium, neque propriam nonnullorum de ipſo ſuſpicionem aut inſitiando tollere, aut diſſimulando ſedare voluiſſe.* P. Manut.

tim proditum, partim derelictum: ſervos [79] ſimulatione col-
legiorum nominatim eſſe conſcriptos, copias omnes Catili-
næ pænè iiſdem ducibus, ad ſpem cædis & incendiorum
eſſe revocatas: [80] equites Romanos, proſcriptionis; muni-
cipia, vaſtitatis; omnes, cædis metu eſſe permotos: potui,
[z] potui, patres conſcripti, multis auctoribus fortiſſimis viris,
me vi armiſque defendere: nec mihi ipſe ille animus idem
meus; [a] vobis non incognitus, defuit. ſed videbam, ſi viciſ-
ſem præſentem adverſarium, nimiùm multos mihi alios eſſe
vincendos: ſi victus eſſem: multis bonis & pro me, &
mecum, etiam poſt me eſſe pereundum: tribuniciiique
ſanguinis ultores eſſe [b] præſentes; meæ mortis pœnam
judicio & poſteritati reſervari.

z potui illud deeſt in MS.

a vobis deeſt in MS.

b præſtantiſſimæ mort. Pith.

34 XIV. Nolui, cùm conſul communem ſalutem ſine
ferro defendiſſem, meam privatus armis defendere: bo-
noſque viros lugere malui meas fortunas, quàm ſuis deſpe-
rare. ac, ſi ſolus eſſem interfectus, mihi turpe: ſi cum
multis, reipublicæ funeſtum fore videbatur. Quòd ſi mi-
hi æternam eſſe ærumnam propoſitam arbitrarer: morte
[c] me ipſe potius, quàm ſempiterno dolore multaſſem. ſed
cum viderem, me non diutiùs, [81] quàm ipſam rempu-
blicam ex hac urbe abfuturum: neque ego illâ exterminatâ
mihi remanendum [d] amplius [e] putavi: & illa, ſimulatque
revocata eſt, me ſecum pariter [f] reportavit. Mecum le-
ges, mecum quæſtiones, mecum jura magiſtratuum, me-
cum

c mei ipſius Pith.

d alii non habent amplius.

e putavi deeſt in MS.

P. CCXII.

f revocavit Grav.

79. *Simulatione collegiorum.*] Collegia Clodius in tribunatu non ſolum vetera, à ſenatu antea ſublata, reſtituit, ſed nova quædam ex omni urbis fæce ac ſervitio conſtituit. ad Quirites: *Cum homines in tribunali Aurelio palam conſcribi centuriarique vidiſſem.* Pro Domo: *Cum in tribunali Aurelio conſcribebas palam non modo liberos, ſed etiam ſervos, ex omnibus vicis concitatos; vim tum videlicet non parabas.* Pro Sextio: *Iiſdem conſulibus inſpectantibus, ſervorum delectus habebatur in tribunali Aurelio, nomine collegiorum.* Et in Piſonem. *P. Manut.*

80. *Equites Romanos proſcriptionis; municipia vaſtitatis; omnes cædis metu eſſe permotos.*] Prim. Franc. & Dreſd. multis reciſis ſcribunt: *Equites Romanos proſcriptionis, vaſtitatis, cædis metu eſſe perterritos.* Non ſane reſpuo *perterritos.* Grævius.

81. *Quam ipſam remp. ex hac urbe afuturam.*] Cum reperiſſem ſcriptum in libris manuſcript. *ex hac urbe afuerunt*, facile conjeci, *afuerunt*, perverſe à librario, pro *afuturam* eſſe ſcriptum. Nam infra quidem paucis poſt verſibus, ubi vulgati habent, *abfuerunt* iidem libri veteres habent, *afuerunt*, litteris omnibus integris atque expreſſis. quod quamvis non ita eſſet, tamen pro meo jure, ratione & veritate fretus, ita repoſuiſſem. *Lambin.*

82. Pro

mecum ſenatus auctoritas, mecum libertas, mecum etiam frugum ubertas, mecum deorum & hominum ſanctitates omnes & religiones abſuerunt. Quæ ſi ſemper abeſſent: magis veſtras fortunas lugerem, quàm deſiderarem meas. ſin aliquando revocarentur: intelligebam, mihi cum illis unà eſſe redeundum.

Cujus mei ſenſus certiſſimus teſtis eſt hic idem, qui cuſtos capitis fuit, Cn. Plancius, qui, omnibus provincialibus ornamentis commodiſque depoſitis, totam ſuam quæſturam in me ſuſtentando & conſervando collocavit. 35
Qui ſi mihi quæſtor imperatori fuiſſet, in filii loco fuiſſet. nunc certè erit in parentis, cùm fuerit quæſtor non imperii, ſed doloris mei. Quapropter, patres conſcripti, quoniam in rempublicam ſum pariter cum republica reſtitutus: 36
non modò in ea defendenda nihil g minuam de libertate mea priſtina, ſed etiam adaugebo. g immin. Pith.

XV. Etenim, ſi eam tum defendebam, cùm mihi aliquid illa debebat: quid nunc me facere oportet, cùm ego illi plurimùm debeo? nam quid eſt, quod animum meum frangere, aut debilitare poſſit, cujus ipſam calamitatem non modò nullius delicti, ſed etiam divinorum in rempublicam beneficiorum teſtem eſſe videatis? nam & importata eſt, quia defenderam civitatem: & mea voluntate ſuſcepta eſt, ne à me defenſa reſpublica per eundem me extremum in diſcrimen vocaretur.

Pro me non, ut [82] pro P. Popillio, nobiliſſimo homine, adoleſcentes filii, non propinquorum multitudo populum Romanum eſt deprecata, non, ut pro Q. Metello, ſummo & clariſſimo viro, ſpectatâ jam adoleſcentiâ filius: non L. & C. Metelli, conſulares, non eorum liberi, non Q. Metellus Nepos, qui tum conſulatum petebat, non Luculli, Servilii, Scipiones, [83] Metellorum filii, flentes ac 37

82. *Pro P. Popillio.*] Totum hunc locum totidem pene verbis inculcat in orat. ad Quirites poſt Reditum: Hic eſt P. Popillius, qui cum in conſulatu in eos qui cum T. Graccho conſenſerant, juſſu ſenatus animadvertiſſet, poſteà C. Graccho legem adverſus eos ferente, qui cives Rom. indictâ cauſâ ex urbe ejeciſſent, in exilium abiit: & aliquanto poſt à L. Beſtia tribuno pl. reſtitutus eſt. Plutarchus in Gracchis: Valer. lib. IV, cap. 7. Cicero in Bruto, & in oratione pro Domo. *Hotom.*

83. *Metellorum filii.*] Manutius Paulus conjicit *Metellarum*, quomodo item fuerat in oratione præcedenti. & abſurdum ſanè Me-

P. B. ac ſordidati, populo Romano ſupplicaverunt: ſed unus frater, qui in me pietate, filius; conſiliis, parens; amore, (ut erat) frater inventus eſt: ſqualore & lacrymis, & quotidianis precibus, deſiderium mei nominis renovari, & rerum geſtarum memoriam uſurpari coëgit, qui cùm ſtatuiſſet, niſi [h] per vos me recuperaſſet, eandem ſubire fortunam, atque idem ſibi domicilium & vitæ & mortis [i] depoſceret: [k] tamen numquam nec magnitudinem negotii, nec ſolitudinem ſuam, nec vim inimicorum ac tela pertimuit.

h vos per me *alii.*
i depoſcere *alii.*
k tamen *deeſt in aliis.*

38 Alter fuit propugnator mearum fortunarum & defenſor aſſiduus, ſumma virtute & pietate, C. Piſo, gener: qui minas inimicorum meorum: qui inimicitias affinis mei, propinqui ſui, conſulis: qui Pontum & Bithyniam quæſtor pro mea ſalute neglexit. Nihil umquam ſenatus de P. Popillio decrevit, numquam in hoc ordine [l] Q. Metelli mentio facta eſt. Tribuniciis ſunt illi rogationibus, [m] interfectis inimicis, denique [n] nulla auctoritate ſenatus reſtituti; cùm alter eorum ſenatui paruiſſet, alter [o] vim cædemque fugiſſet. Nam C. quidem Marius, qui hac hominum memoriâ tertius ante me conſularis, tempeſtate civili expulſus eſt, non modò à ſenatu non eſt reſtitutus: ſed reditu ſuo ſenatum cunctum pænè delevit. nulla de illis magiſtratuum conſenſio, nulla ad rempublicam defendendam populi Romani convocatio, nullus Italiæ motus, nulla decreta municipiorum & coloniarum exſtiterunt.

l de Q. Metello *Pith.*
m refecti nimis *idem.*
n n. a. ſ. *deeſt in eod.*
o vim cædis *MS.*

39 Quare cùm me veſtra auctoritas arceſſierit, populus Romanus revocarit, [p] reſpublica implorarit, Italia cuncta [84] pænè ſuis humeris reportarit: non committam, patres conſcripti, ut, cùm ea mihi ſint reſtituta, quæ in poteſtate mea non fuerunt, ea non habeam, quæ ipſe præſtare [q] poſſim, præſertim cùm illa amiſſa recuperarim; virtutem & fidem numquam amiſerim.

p reſp. implorante *MS.*
q poſſum *alii.*

tellas iſtas ſorores Metellis ejuſdem familiæ nuptas fuiſſe; ut obſervat Pighius lib. XIV. Rom. Annalium. *Grut.*

84. *Pæne ſuis humeris reportarit.*] Vocem hanc crebro in orationibus uſurpat. Unde illud Vatinii apud Macrob. libro Saturn. II. qui Ciceroni humeris ſe reportatum glorianti dixit: *Inde ergo tibi per varices.* Sic enim legendum, non, *unde.* Plutarchus autem hac de re ita loquitur: Καὶ τοσαύτῃ τὰς πόλεις χαρᾷ περὶ αὐτὸν καὶ τοὺς ἀνθρώπους περὶ τὴν ἀπάντησιν εἶχον, ὥστε τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Κικέρωνος ὕστερον ἐνδεέστερον εἶναι τῆς ἀληθείας. ἔφη γὰρ αὐτὸν τοῖς ὤμοις τὴν Ἰταλίαν φέρουσαν εἰς τὴν Ῥώμην εἰσενεγκεῖν. Hotom.

M. TULLII CICERONIS

P. CCXIII.

PRO

DOMO SUA, AD PONTIFICES,

ORATIO PRIMA ET TRICESIMA.

ARGUMENTUM.

Reſtitutus in patriam Cicero, Lentuli præcipue conſulis operâ, XVI. *menſe, poſtquam in exſilium iniquiſſima lege à Clodio pulſus erat, ſtatim habuit hanc orationem ad Pontifices, in qua nervos omnes intendit, ut domum ſuam, eadem lege publicatam & everſam, deinde, ne profana umquam fieri poſſet, libertati conſecratam, neque publicari; neque conſecrari potuiſſe oſtenderet. Habita eſt oratio iiſdem conſulibus, quibus in patriam rediit, id eſt Lentulo & Metello. De genere, de ſtatu, de partibus orationis, quæ nonnulli oſtentationis potius, quam utilitatis publicæ cauſſa, ſedulò perſequuntur, nihil addam: vel quia ſunt in promptu, ſatiſque patent ex rhetorum libris: vel quod à veterum interpretum conſuetudine non libenter diſcedo.* P. Manutius. [Habita A. V. C. DCXCVI.]

I. CUM multa divinitus, pontifices, [a] à majoribus noſtris inventa atque inſtituta ſunt, tum nihil præclarius, quàm quòd [b] [1] vos eoſdem & religionibus deorum immortalium, & ſummæ reipublicæ præeſſe voluerunt: ut ampliſſimi & clariſſimi cives [2] rempublicam benè

a à *non eſt in MSS.*
b vos *deeſt in MS.*

1. *VOs eoſdem & religionibus deorum immortalium & ſummæ reipublicæ præeſſe.*] Non tam eos, qui tum pontifices erant, qui longe aberant à majorum ætate, quam ſuperiores omnes pontifices; ut religioni præeſſet nemo, qui ſummam rempublicam ſimul non adminiſtraret, id eſt, qui ſenator non eſſet. infra: *Conſilium majorum in ampliſſimis viris ad ſacerdotia deligendis.* P. Manut.

2. *Remp. bene gerendo: religiones religionibus ſapienter interpretando.*] Ant. Auguſtinus delet *religionibus*: Quod verbum certe parum

rum

benè gerendo, pontifices religiones ſapienter interpreta[n]do, rempublicam conſervarent. Quod ſi ullo tempo[re] ³ magna cauſa ſacerdotum populi Romani judicio ac poteſtate verſata eſt: hæc profectò tanta eſt, ut omnis reipublicæ dignitas, omnium civium ſalus, vita, libertas, aræ, foci, dii penates, bona, fortunæ, domicilia, veſtræ ſapientiæ, fidei ᶜ poteſtatique commiſſa creditaque eſſe videantur.

c poteſtati MS.

2 Vobis hodierno die conſtituendum eſt, utrum poſthac amentes ac perditos magiſtratus improborum ac ſceleratorum civium præſidio nudare, ⁴ an etiam deorum immortalium religione armare malitis. Nam ſi illa labes ac flamma reipublicæ ſuum illum peſtiferum & funeſtum tribunatum, quem æquitate humana tueri non poteſt, divina religione defenderit: aliæ cæremoniæ nobis erunt, alii antiſtites deorum immortalium, alii interpretes religionum requirendi. Sin autem veſtrâ auctoritate ſapientiâque, pontifices, ea, quæ furore improborum ⁵ in republica ab aliis oppreſſa, ab aliis deſerta, ab aliis prodita, geſta ſunt, reſcinduntur, erit cauſa, cur conſilium majorum, in ampliſſimis viris ad ſacerdotia ᵈ deligendis, ju[...]

d dilig. MS.

rum aptum eſt, non enim hic ſenſus eſt, qui ſolet uſurpari: Ariſtotelem Ariſtotele optime declarari, & Platonem Platone. itaque Pantagathus hunc locum ita emendabat: Religioſiſſimi religiones ſapienter interpretando eandem conſervarent: ut par pari referatur, ad Remp. bene gerentes, *ampliſſimi & clariſſimi:* ad religiones ſapienter interpretantes, *religioſiſſimi.* ſecundo loco Remp. ineptum eſt, itaque libenter legerem *eandem.* Urſinus. *Pontifices, religiones.*] Sic plerique Pall. nam aliquot habent *religiones religionibus*, omiſſo eo *Pontifices.* vett. edd. *pontifices religiones religiones.* Pantagathus conjecit, *religioſiſſimi religiones*, quod invaſit Lambinus. *Grut.*

3. *Magna cauſa ſacerdotum &c.*] Ita Pall. & Ahalæ liber, nec non S. Victoris, atque editio prima, ſine præpoſitione *in.* Grut. Potuit eandem diligentiam præpoſitionis conſiderandæ impendere etiam primis verbis, ubi jam Torrentius ad Suetonii Julium cap. 19. monuit in MSS. codicibus legi *majoribus noſtris inventa*, non *à maj.* quod & Lambinus teſtatur de duobus V. C. Sed forſan ubique Gruterus inveniens retinuit, ut cap. 17. & 29. *Gronov.*

4. *An etiam deorum immortalium religione armare.*] Armavit Clodius ac munivit improbitatem ſuam religione deorum immortalium, cum domum Ciceronis, à ſe publicatam atque everſam, dedicandam etiam curavit. *P. Manut.*

5. *In Rep. ab aliis oppreſſa.*] Particula *in* deeſt in libris manuſcriptis & recte paulo poſt, *reſcindentur*, legebat Pantagathus pro *reſcinduntur.* Urſin.

meritò laudare poſſimus. Sed, quoniam ille demens, ſi 3
ea, quæ ego per hos dies in ſenatu de republica ſenſi, P. B.
vituperaſſet, aliquem ſe aditum ad aures veſtras eſſe ha- e omnia MS.
biturum putavit, ſomittam ordinem dicendi meum: re- f non omitt. MS.
ſpondebo hominis furioſi non orationi, qua ille uti non poteſt, ſed convicio, cujus exercitationem cùm intolerabili petulantia, tum etiam diuturna impunitate munivit.

II. AC PRIMÙM illud à te, homine veſano ac furioſo, requiro, quæ te tanta pœna tuorum ſcelerum flagitiorumque vexet, ut hos tales viros, qui non ſolùm conſiliis ſuis, ſed etiam [7] ſpecie ipſa dignitatem reipublicæ ſuſtinent, quòd ego in ſententia dicenda ſalutem civium cum honore Cn. Pompeji conjunxerim, mihi eſſe iratos, & aliud [8] de ſumma hoc tempore religione ſenſuros, [9] ac me abſente ſenſerint, arbitrere.

Fuiſti

6. *Vituperaſſet.*] Apud vos. Videtur Clodius apud pontifices verba feciſſe, priusquam Cicero de ſua domo ageret. cujus orationi ſtatim reſpondendum putavit: ut, ſi qua facta eſſet in pontificum animis offenſio, eam deleret, priuſquam ad cauſſam accederet: quod boni oratoris eſt. præoccupatis enim judicum animis opinione aliqua, vel odio, iracundia, invidia commotis, agi cauſſa æquo jure non poſſet. *P. Manut.*

7. *Specie ipſa.*] Non ſolum dignitate formæ, & oris majeſtate, ſed etiam inſignibus honoris & ſplendore vitæ & dignitatis. Nam *ſpecies* notat omnem apparatum exteriorem, qui in oculos incurrit, & hominibus apud vulgum utique ſolet afferre dignitatem aliquam & venerationem. Horat. lib. I. ep. 6:

Si fortunatum ſpecies & gratia præſtat.

Vide quæ notavi ad Agrar. II, cap. 12. *Grævius.*

8. *De ſumma hoc tempore religione &c.*] Pal. nonus, *hujus temporis.* quarto utraque vox deeſt. *Grut.* Deeſt *hoc tempore* etiam in Franc. & ed. prima. *Summa religio* eſt res à qua pendet fere tota religio. Sic *ſumma exiſtimatio* in epiſtolis ad Atticum eſt res in qua agitur noſtra omnis exiſtimatio, de qua locutione diximus alibi plura, & multis egit exemplis J. Fr. Gronovius ad Livium. *Grævius.*

9. *Ac me præſente ſenſ.*] Ven. *Me abſente:* quod poſitum magis quam illud noſtrum, loco videtur eſſe. Et mox, *cum ſervos tuos ad rapinam, ad bon.* commodius Ven. *Servos tuos à te jam pridem ad bon.* Camer. *Ac me abſente ſenſerint.*] In ſenatu, cum & de ſalute mea, & de meis bonis ageretur. Hoc eſt, opinor, quod ait in ea de Haruſp. Reſp. cauſſam de domo duobus locis eſſe dictam: ſemel videlicet in ſenatu, abſente Cicerone, iterum in foro, ipſo agente. Propterea ſubjungitur: Quoniam te ad populum contuliſti: id eſt in forum, ubi populus aderat. Niſi ſi hoc ſenſu dictum accipias: Quoniam, cum extraordinarium imperium ad Pompejum detuliſti,

4 Fuiſti g tu, inquit, apud pontifices ſuperior: ſed ja
quoniam te ad h populum contuliſti, ſis inferior, nec
eſt. Itane verò? quod in imperita multitudine eſt vitio
ſimum, varietas, & inconſtantia, & crebra, tamqu
tempeſtatum, ſic ſententiarum, commutatio, hoc tu
hos transferas, quos ab inconſtantia gravitas, à libidi
ſententia certum & definitum jus religionum, vetu
exemplorum, auctoritas litterarum monumentorumq
deterret? Tune es ille, inquit, quo ſenatus carere n
potuit? quem boni luxerunt? quem reſpublica deſide
vit? quo reſtituto, ſenatus auctoritatem reſtitutam pu
bamus? quam primùm adveniens prodidiſti? Nond
de mea ſententia dico. impudentiæ primùm reſpond
tuæ.

g tum *Horom.* h Pompejum *Lamb.*

5 III. Hunc igitur, funeſta reipublicæ peſtis, hunc
civem ferro, & armis, & exercitus terrore, & conſul
ſcelere, & audaciſſimorum hominum minis, ſervoru
i delectu, obſeſſione templorum, occupatione fori, op
preſſione curiæ, domo & patria, ne cum improbis bo
ni ferro dimicarent, cedere curaſti, quem à ſenatu, que
à bonis omnibus, quem à cuncta Italia deſideratum,
ceſſitum, revocatum, conſervandæ reipublicæ cauſa, co
fiteris? At enim in ſenatum venire, in Capitolium intr
turbulento illo die non debuiſti.

i dilectu *Lamb.*

P. CCXIV.

6 Ego verò neque veni, & k domo me tenui, quamdi
turbulentum tempus fuit; cùm ſervos tuos ad rapina
11 ad bonorum cædem paratos, cum illa tua, l conſcele
torum ac perditorum manu, armatos m etiam in Capi
lium tecum veniſſe conſtabat. quod cùm mihi nuntiaretur
ſcio me domi manſiſſe, & tibi, & gladiatoribus tuis i
ſtaurandæ cædis poteſtatem non feciſſe. poſteà quàm m
hi nuntiatum eſt, populum Romanum in Capitoliu
propter metum atque inopiam rei frumentariæ, co
veniſſe; miniſtros autem ſcelerum tuorum perterritos, pa
tim amiſſis gladiis, partim ereptis, n diffugiſſe: veni no

k domi *alii malè.* l ſcelerat. *MS.* m *ita Grav. alii delent* etiam. n defug. *MSS.*

liſti, ſenatum, & pontifices ipſos, qui ſenatores ſunt, & ta
quam ſenatores ab extraordinariis imperiis abhorrent, offen
ſti: ut à ſenatu ad populum defeciſſe videaris. *P. Manutius.*

10. *Domo me tenui.*] Vulgò, *domi*, ſed contra omnes memb
nas & antiquitus impreſſos. *Grut.*

11. *A te jam pridem ad bonorum cædem paratos.*] In manuſcri
eſt, *ad rapinam, ad bonorum cædem paratos.* Urſin. In Erfurd
Pal. non eſt, *ad impiam prædam.*

12. Ha

…m ſine ullis copiis, ac manu, verùm etiam cum pau-
…amicis.

7 An ego, cùm P. Lentulus conſul, optime de me ac republica meritus, cùm Q. Metellus, qui, cùm meus …micus eſſet, frater tuus, & o diſſenſioni noſtræ, & pre-…s tuis ſalutem ac dignitatem meam prætuliſſet, me …eſſerent in ſenatum: cùm tanta multitudo civium tam …centi officio ſuo me ad referendam gratiam nominatim …carent: non venirem, cùm præſertim te jam illinc cum … fugitivorum manu diſceſſiſſe conſtaret? Hic tu me …iam cuſtodem defenſoremque Capitolii templorum-…e omnium, hoſtem Capitolinum appellare auſus es; …od, cùm in Capitolio ſenatum duo conſules haberent, … venirem? Utrumne eſt tempus aliquod, quo in ſena-…m veniſſe turpe ſit? an res illa talis erat, p de qua age-…tur, ut rem ipſam repudiare, & eos, qui agebant, con-…emnare deberem?

o diſceſſioni *MS.*

p de qua ageb. *non eſt in MSS.*

8 IV. Primùm dico ſenatoris eſſe boni, ſemper in ſe-…atum venire: nec cum his ſentio, qui q ſtatuunt minus …nis temporibus in ſenatum r ipſi non venire; non intel-…gentes, [12] hanc ſuam nimiam perſeverantiam vehe-…enter iis, quorum animum offendere voluerunt, gra-…am & ſ jucundam fuiſſe. At enim nonnulli propter ti-…orem, quòd ſe in ſenatu tutò non eſſe arbitrabantur, …ſceſſerunt. non reprehendo; nec quæro, fueritne ali-…uid pertimeſcendum. puto, ſuo quemque t arbitratu ti-…ere oportere. cur ego non timuerim, quæris? quia te …inc abiiſſe conſtabat. Cur, cùm viri boni nonnulli puta-…nt, tutò ſe in ſenatu eſſe non poſſe, ego non idem ſenſe-…m? Cur, cùm ego me v exiſtimaſſem tutò omninò in …ivitate eſſe [13] non poſſe, illuc irem? an aliis licet, & …ectè licet, in meo metu ſibi nihil timere: mihi ubi neceſ-…e x erit & meam & aliorum vicem pertimeſcere?

P. B.

q ſtatuerunt *MSS.*

r ut ipſi non venirent *MSS.*

ſ jocund. *MS.*

t arbitrio *alii.*

v ſenſiſſem *MS.*

x non erit *ed. pr.*

An,

12. *Hanc ſuam nimiam perſeverantiam vehementer iis.*] In Dreſdenſi …odice legitur, *hanc ſententiam nimia perſeverantia iis.*

13. *Illi non item?*] Non item exiſtimarunt: quia, me timente, ipſi non timuerunt. Aliter hic antea, nec ſine mendo, legeba-…ur: ego ſic reſtitui ex antiquo libro ſummi poëtæ, doctiſſimi hominis, amiciſſimi mei, Petri Angelii Bargæi. *P. Manut.* *Non …oſſe, illuc irem?*] P. Manutius è Bargæi mſ. *illi non item?* Erfurd. …abet, *illi ſenſerant*, quod & in Pal. nono; ſed idem etiam ha-…bet loco *exiſtimaſſent*, *ſenſiſſent*. Grut.

9 An, y quia non condemnavi ſententia mea z duo co ſules, ſum reprehendendus? eos a igitur ego potiſſimu damnare debui, quorum lege perfectum eſt, ne ego i demnatus atque optimè de republica meritus, damna rum pœnam ſuſtinerem? quorum etiam delicta, prop eorum egregiam in me conſervando voluntatem, non m dò me, ſed omnes bonos ferre oporteret, eorum op mum conſilium ego potiſſimum, per eos in meam pri nam dignitatem reſtitutus, conſilio repudiarem meo? A quam ſententiam dixi? Primùm eam, quam populi ſerm [14] in animis noſtris jam antè defixerat: deinde eam, qu erat ſuperioribus diebus agitata in ſenatu: deinde eam quam ſenatus frequens, tum, cùm mihi eſt aſſenſus, ſ cutus eſt: ut neque allata ſit à me res inopinata ac recen nec, ſi quod in ſententia vitium eſt; magis ſit ejus, q

10 dixerit, quàm omnium, qui probarint. At enim liber ſenatus judicium, propter metum, non fuit. Si timuiſ eos facis, qui diſceſſerunt, concede, non timuiſſe eos, qui remanſerunt. ſin autem ſine iis, qui tum b abfuerunt, nihil c decerni liberè potuit: cùm omnes adeſſent, cœptu eſt referri de inducendo ſenatusconſulto. Ab univerſo ſena tu reclamatum eſt.

y quod cond. *MS.*
z duos *alii.*
a autem *MS.*
P. CCXV.
q affuerunt *MS.*
c diſcerni *alii.*

V. Sed quæro, in ipſa ſententia, quoniam prin ceps ego ſum ejus atque auctor, quid reprehendati Utrùm cauſa capiendi novi conſilii non fuit? an meæ par tes in ea cauſa non præcipuæ fuerunt? an aliò potiùs con fugiendum fuit? [15] quæ res, quæ cauſa major eſſe, quà

fame

14. *In animis noſtris.*] Placet *veſtris*, ut eſt in antiquo. *Urſin.*

15. *Quæ res, quæ cauſa major eſſe.*] Pall. S. Victor. editioque ve tus, *fuit? vis. quæ cauſa.* Gruter. Ed. prima: *jus. quæ cauſſa ma jor quam fames eſſe potuit.* Dreſd. *vis, quæ cauſſa major eſſe, quam fa mes potuit?* Prim. Franc. *quæ vis, quæ cauſſa major eſſe, quam fa mes potuit.* quod ſane non contemſerim. Quæ vis major eſſe p teſt ad nova conſilia capienda, & hanc rationem ineunda quam iniit meam ſecutus ſententiam ſenatus. Nam fames quævis ſcelera incendit homines, & ad ſummam deſperation redegit, quia nil fame eſt miſerius in rebus humanis. Hinc S nec. de Brevit. vitæ cap. 18. famem vocat ultimum malorum eti obſeſſis. Hinc vero dixit Theocr. Idyll. xv:

—— ἀνάριστος Διοκλείδας.
Χὠνὴρ ὀξύθυμος ἄγαν, πεινᾶντι γε μηδὲ ποτ' ἔνθῃς.
—— *impranſus eſt adhuc Dioclidas.*
Eſt autem vir iracundus valde, Eſurienti vero ne unquam
curras. Grævius.

16. Ill

…ines, potuit? quàm ſeditio? quàm conſilia tua tuo-
rumque; qui, facultate oblata, ad imperitorum animos
citandos, renovaturum te tua [16] illa funeſta latrocinia ob
nonæ cauſam putarunt? Frumentum provinciæ frumen-
riæ partim non habebant; partim in alias terras, credo,
propter varietatem venditorum miſerant; partim, quo
atius eſſet, tum, cùm in ipſa fame ſubveniſſent, cuſto-
is ſuis clauſum continebant, ut ſubitò novum mitterent.
es erat non in opinione dubia, [18] ſed in præſenti, atque
nte oculos propoſito periculo: neque id conjecturâ pro-
iciebamus, ſed jam experti videbamus. nam, cùm in-
aveſceret annona, ut jam planè inopia ac fames, non
ritas timeretur, concurſus eſt ad [d] templum Concordiæ
ctus, ſenatum illuc vocante Metello conſule. qui ſi ve-
s fuit, ex dolore hominum, & fame; certè conſules
uſam ſuſcipere, certè ſenatus aliquid conſilii capere po-
it. [19] ſin in cauſa fuit annona, ſeditionis quidem [e] inſti-
mula-

d *Gul. delet* templum.

e *ita MSS. alii* ſtimulator.

16. *Illa funeſta latrocinia ob annonæ cauſſam putarunt.*] Longe præ-
ro primi Francii codicis lectionem, *qui facultate oblata*, &c.
novaturum te tua illa funeſta latrocinia ob annonæ cauſſam putaviſti.
Clodio enim adſcribit hujus tumultus & ſeditionis cauſſam. Non
longe abludit editio prima. Sane *putaviſti* quoque in illa legitur,
ſi aliter interpungatur? In Dreſd. vero *putavit*, proxime verum.
Græv.

17. *Propter varietatem venditorum.*] Celeb. Grævius legit, *propter
avaritiam venditorum*, non malè quidem, ſed recepta lectio pro-
terea loco movenda haud videtur. Illud ſcilicet Cicero dicit;
umentum in una regione multo carius quam in altera fuiſſe,
que eam varietatem venditorum, id eſt pretii quod venditores
umento ſtatuebant, feciſſe, ut frumentariæ provinciæ illud alið
anſmitterent, ut ita plus lucrarentur. *Verburg.*

18. *Sed in præſenti atque ante oculos poſito periculo.*] Nata lectio
editione P. Manutii, item veteris Lugdunenſis: hæc enim ha-
t illud *poſito*, illa *præſenti*. at vulgata, *ſed in præſentia atque an-
oculos propoſito*; quod idem in mſſ. Pall. *Grut.*

19. *Sin in cauſa fuit annona.*] Libri manuſcr. non habent præpo-
tionem, *in*. & paullo ante doctiſſimi quidam viri, *capere debuit*,
gendum contendunt, ubi & vulgati libri, & manuſcr. habent,
uit. infra autem paullo poſt, ubi vulgati habent, *ſtimulator*,
er manuſcr. habet, *inſtimulator*. Lambin. Nullus dubito verum
xiſſe Manutium *τὸ in* delendum eſſe, licet repugnent libri:
uia hoc genus loquendi adverſatur emendate loquentium con-
etudini. Nullus melioris ætatis ſcriptor unquam dixit, *in cauſ-
hac res fuit, ut hoc fieret.* Sed *hac res fuit cauſſa, ut id fieret.* Aliud
t in epiſt. 1. lib. 1. ad Famil. *In cauſſa hac ſunt*, ſubaudi acta
u geſta, ut ex ſequentibus patet. Τὸ *in* ortum eſt aut ex repe-
titione

mulator & concitator tu fuiſti: nonne id agendum no
omnibus fuit, ut materiem ſubtraheremus furori tuo?

12 Quid, ſi utrumque fuit, [20] & ut fames ſtimularet hom
nes, & tu [21] in hoc ulcere, tamquam unguis, exſiſtere
P.B. nonne fuit eo major adhibenda medicina, quæ & illud n
f deliƈtum MS. tivum & hoc [f] delatum malum ſanare poſſet? Erat ig
tur & præſens caritas & futura fames. [22] non eſt ſatis
facta lapidatio eſt. Si ex dolore plebei, nullo incitant
magnum malum. ſi P. Clodii impulſu: uſitatum hominis f
cinoroſi ſcelus. ſi utrumque, ut & res eſſet ea, quæ ſuâ ſpon
te multitudinis animos incitaret, & parati atque arm
ſeditionis duces: videturne ipſa reſpublica & conſulis au
lium imploraſſe & ſenatus fidem? Atqui utrumque fui
g ad incendia perſ. ed. pr. [g] perſpicuum eſt, difficultatem annonæ, ſummamque in
piam rei frumentariæ, ut homines non jam diuturnam c
ritatem, ſed ut famem planè timerent, nemo negat. ha
iſtum, otii & pacis hoſtem, cauſam arrepturum fuiſſe
incendia, cædem, rapinas, nolo, pontifices, ſuſpica
mini, niſi videritis.

13 Qui ſunt homines à Q. Metello, fratre [h] tuo, conſul
h ſuo MS. in ſenatu palàm nominati, à quibus ille ſe lapidibus app
tum, etiam percuſſum eſſe dixit? L. Sergium, & M. Lo
lium nominavit. Quis eſt iſte Lollius? qui ſine ferro n
nunc quidem tecum eſt: qui, te tribuno plebis, nihil d
me dicam, ſed qui [23] Cn. Pompejum interficiendum depo
poſci

titione præcedentis voculæ *ſin*, aut intruſum eſt à librario, a
ſciolo, qui in conſilio habuit ſuæ potius, quam ætatis Tullia
uſum. Hæc ſcripſeram, antequam conſuluerám annotatio
Lambini. His inſpeƈtis, cum in MS. *τὸ in* non conſpici inte
xerim, & poſtea nec id in editione prima invenirem, tuto id d
lendum exiſtimavi, quippe quod contaminat candorem Cicero
nianæ diƈtionis. *Gravius.*

20. *Et ut fames.*] An non corrigenda eſt tranſpoſitio male f
ƈta? quum Cicero dederit, *ut & fames*, æque ac mox procedit
& cap. 14. *Gronov.*

21. *In ulcere unguis.*] S. Viƈtoris, *in viſcere inguen*, quod *ing*
deprehendi item in Pal. nono. nam ceteri fere *unguis*. Grut.

22. *Non eſt ſatis facta lapidatio.*] Idem iſtud quoque in Pall. n
ſtris, nec non Erf. ac S. Viƈt. nam vulgata: *inde ſatis facta la
datio*: quod ne quidem in antiquis edd. quæ, *inde ſatisfacta lap*
Idem.

23. *Cn. Pompejum.*] Damnianum quendam Pedianus, locum in
terpretans pro Milone; inſidiatorem Pompeji nominat præ
eum. potuit & hic Lollius de tollendo Pompejo, impulſus à Cl
dio, cogitare. *P. Manut.*

24. Pe

oſcit. Quis eſt Sergius? armiger Catilinæ, ſtipator tui rporis, ſignifer ſeditionis, concitator tabernariorum, mnatus injuriarum, percuſſor, lapidator, fori depoulator, obſeſſor curiæ. His atque hujusmodi ducibus, m tu in annonæ caritate in conſules, in ſenatum, in bo fortunaſque locupletium, [24] per cauſam inopum ate imperitorum, repentinos impetus comparares: cùm bi ſalus eſſe in otio nulla poſſet: cùm deſperatis ducibus ecuriatos ac deſcriptos haberes exercitus perditorum: onne providendum ſenatui fuit, [25] ne in hanc tantam ateriem ſeditionis iſta funeſta fax adhæreſceret? Fuit igi- 14
r cauſa capiendi novi conſilii. Videte nunc, fuerintne P. CCXVI.
rtes meæ penè præcipuæ.

VI. QUEM TUM Sergius ille tuus, quem Lollius, uem ceteræ peſtes in lapidatione illa nominabant? quem nnonam præſtare oportere dicebant? nonne me? quid? uerorum illa concurſatio nocturna? num à te ipſo inſtiuta? Me frumentum flagitabant. Quaſi verò ego aut rei rumentariæ præfuiſſem, aut compreſſum aliquod frumentum tenerem, aut in iſto genere omnino quidquam, t curatione aut poteſtate, valuiſſem. Sed homo ad cæem imminens, meum nomen [i] operis ediderat, [k] impetis injecerat. Cùm de mea dignitate in templo Jovis Optii Maximi ſenatus frequentiſſimus, uno iſto diſſentiente, ecreviſſet: ſubitò, illo ipſo die, cariſſimam annonam ec-opinata vilitas conſecuta eſt.

Erant qui deos immortales (id quod ego ſentio) numine 15
o reditum meum dicerent comprobaſſe. nonnulli autem am rem ad illam rationem conjecturamque revocabant, qui, [l] quòd in meo reditu ſpes otii & concordiæ ſita videba-

[i] operariis *MSS.* obæratis *Gul.*
[k] peritis *MSS.*
[l] qui *delet J.F. Gron.*

24. *Per cauſam inopum atque peregrinorum.*] Ven. *Imperitorum.* Sed t neutrum admodum arridet, ita quid reponam non invenio. *amer.*

25. *Ne in hanc tantam materiem ſeditionis iſta funeſta fax adhæreſceret.*] Franc. & ed. prima, *adoleſceret.* non fruſtra. Sed hoc ſi reinemus, legendum eſt: *ne in hac tanta materia ſeditionis iſta funeſta fax adoleſceret.* hoc eſt, illam magis incenderet, & flammam ſeditionis augeret. Virgil. IV. Georg.

Panchæis adoleſcunt ignibus aræ.

Vide ibi Servium. Qui non intellecto hoc vocabulo id mutarunt n *adhæreſcerent*: refinxerunt quoque præcedentia, & pro *in hac nta materia ſeditionis*; ſcripſerunt, *in hanc tantam materiam ſeditionis.* Grævius.

debatur, in diſceſſu autem quotidianus ſeditionis timor, jam pænè belli depulſo metu, commutatam annonam di- cebant: quæ quia rurſus in meo reditu facta erat durior, a me, cujus adventu fore vilitatem boni viri dictitabant, an- nona flagitabatur.

VII. EGO DENIQUE non ſolùm ab operis tuis, im- pulſu tuo, nominabar, ſed etiam, depulſis ac diſſipatis tuis copiis, à populo Romano univerſo, qui tum in Capi- tolium convenerat, cùm illo die minùs valerem, nomina- tim in ſenatum vocabar.

16 Veni exſpectatus. multis ſententiis jam dictis, rogatus ſum ſententiam. dixi reipublicæ ſaluberrimam, mihi ne- ceſſariam. Petebatur à me frumenti copia, annonæ vili- tas; [26] quaſi poſſem aliquid in ea re gerenda: non habe- batur. flagitabar bonorum expoſtulatione. improborum

P. B. convicia ſuſtinere non poteram. delegavi amico locuple- tiori, non quò illi, ita de me merito, onus illud impone- rem (ſuccubuiſſem enim potiùs ipſe) ſed quia videbam id, quod omnes: quod nos de Cn. Pompejo polliceremur, id illum fide, conſilio, virtute, auctoritate, felicitate deni- que ſua facillimè perfecturum.

Itaque,

26. *Quaſi poſſem aliquid in ea re gerenda: non habebatur.*] Ita ha- bent Victorius & Manutius, vitiatis codicibus, Ant. Aug. longe melius *gerenda: nominabar: flagitabar.* quæ correctio poteſt loco ſuperiore confirmari. Pantagathus autem mutabat *non* in *boni* *habe* in *præ: batur* in *ceteris*, legebatque hoc modo: *Quaſi poſſem aliquid in ea re gerenda præ ceteris.* nec male. nam præficiendum aliquem negotio gravi & moleſto, & difficili, nominatim non fortuito, ut æquum eſt, nemo diceret, niſi eum, cui aliqua ars aut facultas illi negotio accommodata ſit: alioqui fit ei injuria, ſi extra ſortem nominetur: quam artem aut facultatem negat ſibi eſſe Tul- lius, in Pompejo agnoſcit. *Urſin.* Ita omnis lectio cuſa. at ſcri- pti Pall. *non debebatur.* unde aliquando conjiciebam; *annona debe- batur.* ſed ab hac ſcriptura recedit Pal. nonus, in quo ſine *quaſi* illo: *poſſem aliquod mea regere accuſatione habebatur.* S. Vict. item, *poſſem aliquid in ea re generatio non habebatur.* In Pal. octavo exſtat vulgata, ſed à recenti manu emendatum, *barebatur*, adnotatum- que *dubitabatur.* Gruter. Locum eſſe mendoſum ipſa varietas co- dicum argumento eſt. In primo Francii ſcribitur, ut in octavo Palatino, *non narebatur.* Quod ſane præferendum eſt vulgato, in quo nullus eſt ſenſus. Sed ex S. Victor. veſtigiis cenſeo ſcripſiſſe Tullium: *num poſſem aliquid in ea re gerenda ratio non habebatur.* *quaſi* vulgatum nec in nono Palatino habetur. *num* puto librario- rum culpa periiſſe, & pro illo poſtea ſubſtitutum *quaſi*, duo ve- ro vocabula *gerenda ratio* coaluiſſe & degeneraſſe in *generatio.* in- de nata monſtroſa hæc lectio. *Gravius.*

27. Rem

Itaque, ſive hunc dii immortales fructum mei reditus 17
populo Romano tribuunt, ut, quemadmodum diſceſſu
meo frugum inopia, fames, vaſtitas, cædes, incendia,
rapinæ, ſcelerum impunitas, fuga, formido, diſcordia
fuiſſet: ſic reditu meo ubertas agrorum, frugum copia,
ſpes otii, tranquillitas animorum, judicia, leges, Con-
cordia populi, ſenatus auctoritas, mecum ſimul reducta
videantur: ſive egomet aliquid adventu meo, conſilio,
auctoritate, diligentia pro tanto beneficio [m] populi Roma- [m] populo Romano
ni præſtare debui: præſto, promitto, ſpondeo: nihil di- *Græv. è MS.*
co amplius: hoc, quod ſatis eſt huic tempori, dico, rem-
publicam annonæ nomine in id diſcrimen, quò vocaba-
tur, non eſſe venturam.

VIII. NUM IGITUR in hoc officio, quod fuit præci- 18
puè meum, ſententia mea reprehenditur? [27] Rem maxi-
mam eripui è peſte ſummi periculi, non ſolùm eam, ſed
etiam vos à cæde, incendiis, vaſtitate: nemo negat:
cùm ad cauſam caritatis [n] accederet iſte ſpeculator com- [n] accedit *MS.*
munium miſeriarum, qui ſemper in reipublicæ malis ſce-
leris ſui faces inflammarit. Negat oportuiſſe quidquam uni
extra ordinem decerni. Non jam tibi ſic reſpondebo, ut
ceteris: Cn. Pompejo [o] plurima, periculoſiſſima, maxi- [o] plur. *deeſt in MS.*
ma, terra marique bella extra ordinem [p] eſſe commiſſa: [p] ſunt *MSS.*
quarum rerum ſi quem pœniteat, [28] eum victoriæ populi
Romani pœnitere. non ita tecum ago.

Cum his hæc à me haberi oratio poteſt, qui ita diſputant, 19
ſe, ſi qua res [q] ad unum deferenda ſit, ad Cn. Pompejum [q] eſt ad u. d. *MS.*
delaturos potiſſimùm: ſed ſe extra ordinem nihil cuiquam P. CCXVII.
dare: cùm Pompejo datum ſit, id ſe pro dignitate hominis
ornare ac tueri ſolere. Horum ego ſententiam ne laudem,
impedior Cn. Pompeji triumphis: quibus ille, cùm eſſet
extra ordinem ad patriam defendendam vocatus, auxit no-
men populi Romani, imperiumque honeſtavit: conſtan-
tiam

27. *Rem maximam eripui è peſte ſummi periculi, non ſolum eam, ſed etiam vos.*] Pall. ferè *à peſte.* at nonus: *Rem maximam fuiſſe ſuum periculum non ſolum eam, ſed etiam à cæde &c.* S. Vict. *Rem maximam potuiſſe ſummi periculi, non ſolum ea me, ſed etiam à cæde.* Gulielmius tentabat, *po. fuiſſe & ſummi periculi, non ſolum jam me ſed &c.* Grut.

28. *Eum victoriæ populi Romani pœnitere.*] Vetus liber habet, *cum victoris populi Romani neceſſe eſt pœnitere.* Urſin. Grævius edidit: *cum victoria populi Romani neceſſe eſt pœnitere.*

 29. *Quo*

tiam probo, qua mihi quoque utendum fuit, [29] quo ille auctore extra ordinem bellum cum Mithridate Tigraneque geſſit.

20 Sed cum illis tamen [30] poſſum aliquid diſputare: tua verò quæ tanta impudentia eſt, ut audeas dicere, extra ordinem dari nihil cuiquam oportere? qui cùm lege nefaria Ptolemæum, regem Cypri, fratrem regis Alexandrini, eodem jure regnantem, cauſa incognita, publicaſſes, populumque Romanum ſcelere obligaſſes: cùm in ejus regnum, bona, fortunas, [31] patrocinium hujus imperii immiſiſſes, cujus cum patre, avo, majoribus ſocietas nobis & amicitia fuiſſet: hujus pecuniæ deportandæ, &, ſi quis ſuum [1] jus defenderet, bello gerendo M. Catonem præfeciſti.

1 jus non eſt in MS.

21 Dices, Quem virum? ſanctiſſimum, prudentiſſimum, fortiſſimum, amiciſſimum reipublicæ, virtute, conſilio, [32] ratione, vita mirabili ad laudem, & propè ſingu-

29. *Quo ille auctore.*] Cur non dixit, quo ille ſuaſore? nam Manilio auctore potius id eſt factum. Reſpondeo, Manilium quidem legis auctorem fuiſſe, Ciceronem autem ſuaſorem: ſed Ciceronem populo auctorem fuiſſe, ut Pompejo bellum illud cum Mithridate & Tigrane gerendum extra ordinem traderet. *Lambin.* Male Manilium auctorem legis vocat Lambinus. Ille fuit legis iſtius lator, Cicero vero auctor, qui ſuaſit. Sic enim dicebantur, qui legem ſuadebant promulgatam populo. Cicero III. de Legibus: *Itaque illi rationi neque lator quiſquam inventus eſt, nec auctor unquam bonus.* Suet. Cæſ. 16. *Cæcilio Metello trib. plebis turbulentiſſimas leges adverſus collegarum interceſſiones ferenti, auctorem propugnatoremque ſe pertinaciſſime præſtitit.* Grævius.

30. *Poſſum aliquid diſputare.*] Suam enim quandam rationem habent, cum nimiam in uno homine potentiam non probant. tu vero cur id non probas in Pompejo, quod in Catone antea probaſti? quænam hæc impudentia eſt, ut in re ſimili non ſimiliter ſentias? *P. Manut.*

31. *Patrocinium hujus Imperii immiſ.*] Ven. *Latrocinium*, rectè, ut puto. Hoc enim dicit fuiſſe tum graſſatum in Cyprum imperium pop. Ro. *Camer.*

32. *Ratione, vita mirabili ad laudem.*] Sic Franc. prim. ed. & Mediolanenſis. Sed Dreſdenſis, P. Victor. Manut. Lambini, *ratione vitæ mirabili ad laudem.* Scio conſilium & rationem non nunquam conjungi, ut in orat. pro Plancio: *Non eſt enim conſilium in vulgo, non ratio, non diſcrimen, non diligentia.* & ſic alibi quoque loquitur, & conſilium ac rationem opponit temeritati & impetui. Sed tamen illorum librorum, qui *ratione vitæ* legunt, ſcriptura hic eſt præferenda. Pro lege Manilia: *Honores autem neque a me, neque ex hoc loco, ſed eadem illa noſtra laborioſiſſima ratione vitæ, ſi veſtra voluntas feret, conſequemur.* Alibi, *o miſera vitæ ratio!* P[illegible]

ſingulari. Sed quid ad te, qui negas eſſe [f] verum, quemquam ulli reipublicæ extra ordinem præfici? [f] juris MSS.

IX. ATQUE IN hoc ſolùm inconſtantiam redarguo tuam: qui in ipſo Catone, [33] quem tu non pro illius dignitate produxeras, ſed pro tuo ſcelere ſubduxeras; quem tuis Sergiis, Lolliis, Titiis, ceteriſque cædis & incendiorum ducibus objeceras: quem carnificem civium, quem indemnatorum necis principem, quem crudelitatis auctorem fuiſſe dixeras: ad hunc, honorem & imperium extra ordinem nominatim rogatione tua detuliſti: & tantâ fuiſti intemperantiâ, ut illius tui ſceleris rationem occultare non poſſes. P. B.

Litteras in concione recitaſti, quas tibi à C. Cæſare miſſas diceres. 22 [34] CAESAR PULCHRO: cùm etiam es argumentatus, amoris eſſe hoc ſignum, cùm nominibus tantùm uteretur, neque adſcriberet, [t] PROCONSULI, aut TRIBUNO PLEBIS. deinde gratulari tibi, quòd idem in poſterum M. Catonem tribunatu tuo removiſſes, [35] & quòd idem in poſterum de extraordinariis poteſtatibus [36] libertatem ademiſſes. quas aut numquam tibi ille lit- [t] Proconſule *Grav.*

ratio vita Vell. Paterculus dixit *propoſitum* lib. II. 2: *Vir propoſito ſanctiſſimus.* Grævius.

33. *Quem tu non pro illius dignitate produxeras.*] Pal. nonus, *quem tu meo produxeras pro illius dig.* editio prima, *quem tu non modo pro ill. &c.* quod mutat Gulielmius in, *quem tu non domo.* producebantur enim magiſtratus uſque ad portam à familiaribus neceſſariiſque imprimis, quorum lege aut ſuffragatione provenerant. *Gruter.* Peſſime Guilielmius. recte Hotomanus, *produxeras* exponit ornaveras, mandata hac provincia, quamvis non conſilium eſſet Clodii Catonem ornandi, ſed ſub ſpecie honoris relegandi. Auguſtus epiſtola ad Livium apud Sueton. in Claudio: *Nam ſi eſt ἄρτιος, ut ita dicam, ὁλόκληρος, quid eſt quod dubitemus, quin per eoſdem articulos & gradus producendus ſit, per quos frater ejus productus fuit.* Curt. VII: *Ad magna & honorata miniſteria illius maximè ſuffragatione producti.* Grævius.

34. *Caſar P. Clodio.*] Ven. etiam familiarius, ita *Caſar Pulchro.* Camerar.

35. *Et quod idem in poſterum de extraordinariis poteſtatibus libertatem ademiſſet.*] Eidem legendum eſſe ſuſpicor ex loco ſimili orationis Sextianæ: *non illi* (inquit) *ornandum M. Catonem, ſed relegandum: nec illi committendum illud negotium, ſed imponendum putaverunt: qui in concione palam dixerint, linguam ſe evelliſſe M. Catoni, qua ſemper contra extraordinarias poteſtates libera fuiſſet, ſentient, ut ſpero, brevi tempore manere libertatem illam, &c.* Urſin.

36. *Libertatem ademiſſes.*] Catoni: ne poſſet in poſterum contra extraordinarias poteſtates verba facere. quod enim ipſe accepiſ-

 ſet,

litteras miſit: aut, ſi miſit, in concione recitari noluit: aut, ſive ille miſit, ſive tu finxiſti; certè conſilium tuum de Catonis honore, illarum litterarum recitatione patefactum eſt. Sed omitto Catonem, cujus eximia virtus, dignitas, & in eo negotio, quod geſſit, fides & continentia tegere videntur improbitatem & legis & actionis tuæ.

23 [37] Quis provinciam homini poſt homines natos turpiſſimo, ſceleratiſſimo, contaminatiſſimo? quis illam v opimam fertilemque Syriam, quis bellum pacatiſſimis gentibus, quis pecuniam ad emendos agros conſtitutam, [38] ereptam vi ex Cæſaris rebus actis, quis imperium infinitum dedit? Cui quidem cùm Ciliciam dediſſes, mutaſti pactionem, & Ciliciam ad prætorem item extra ordinem transtuliſti: Gabinio, pretio amplificato, Syriam nominatim dediſti. Quid? homini tæterrimo, crudeliſſimo, fallaciſſimo, omnium ſcelerum libidinumque maculis notatiſſimo, L. Piſoni, nonne nominatim populos liberos, multis ſenatusconſultis, etiam recenti lege x ſoceri ipſius liberatos, vinctos & conſtrictos tradidiſti? nonne, cùm ab eo merces tui beneficii pretiumque provinciæ meo ſanguine tibi eſſet perſolutum, tamen ærarium cum eo partitus es?

v optimam *alii.*

x generi *Lamb.*

24 Itane verò? tu provincias conſulares, quas C. Gracchus, qui unus maximè popularis fuit, non modò non P. CCXVIII. abſtulit ab ſenatu, ſed etiam, [39] ut neceſſe eſſet quotannis

ſet, in aliis reprehendere non poſſet. huc illud pertinet ex oratione pro Sextio: *Qui in concionibus palam dixerint, linguam ſe evelliſſe M. Catoni, quæ ſemper contra extraordinarias poteſtates libera fuiſſet.* P. Manut.

37. *Quis provinciam homini poſt &c.*] Lectio minus proba: neque enim dictio *provinciam*, viſitur in olim excuſis, in quibus: *Quid homini poſt*, neque aliter Pall. niſi quod ii, *quod homini*, iſthæc annectentes ſuperioribus. ſolus tertius habet: *Quis hominum poſt &c.* Grut.

38. *Ereptam vi ex Cæſaris rebus actis.*] Pall. omnes & S. Victoris, *ereptam ex vi Cæſaris.* an fuit: *ereptam ex Sex. Cæſaris.* Grut. Prim. Franc. *ereptam in Cæſaris rebus actis.* Dreſd. *ereptam Cæſaris rebus actis.* Locus eſt contaminatus, qui ſine melioris libri ope non poteſt purgari. *Actis* quid ſibi velit nemo dixerit. Forte ſcripſit Cicero, *ereptam vi Cæſaris rebus, quis imperium infinitum dedit?* Videtur autem eſſe *erepta rebus Cæſaris pecunia*, quæ aſſignata erat Cæſari ad res gerendas in Gallia, vi ex ærario à Clodio ad ornandam provinciam Gabinii. Sed nihil decerno. *Gravius.*

39. *Ut neceſſe eſſet quotannis conſtitui per ſenatum decreta.*] Non dubito, quin pro *ſenatum*, legendum ſit *ſenatus*: In Vatinium: *eri-*

pueras

nis conſtitui per ſenatum, decreta lege ſanxit: [40] eas lege Sempronia per ſenatum decretas reſcidiſti? extra ordinem, ſine ſorte, nominatim dediſti, non conſulibus, ſed reipublicæ peſtibus? nos, quòd nominatim rei maximæ pænè jam deſperatæ ſummum virum, ſæpe ad extrema reipublicæ diſcrimina delectum, præfecimus, à te reprehendemur?

X. QUID TANDEM? ſi, quæ tum illis reipublicæ tenebris, cæciſque nubibus & procellis, cùm ſenatum à gubernaculis dejeciſſes, populum è navi exturbaſſes, ipſe archipirata cum grege prædonum impuriſſimo pleniſſimis velis [y] navigares: ſi, quæ tum promulgaſti, conſtituiſti, [z] promiſiſti, vendidiſti, [a] perferre potuiſſes, qui locus in orbe terrarum vacuus extraordinariis faſcibus atque imperio Clodiano fuiſſet?

[y] navigaſſes MS.
[z] permiſ. MS.
[a] perficere MSS.

25 Sed excitatus aliquando Cn. Pompeji (dicam ipſo audiente, quod ſenſi, & ſentio, quoquo animo me auditurus eſt) excitatus, inquam, aliquando Cn. Pompeji nimium diu reconditus & penitus abſtruſus animi dolor ſubvenit ſubitò reipublicæ, civitatemque [41] fractam malis, mutam,

tam,

pueras ſenatui provincia decernenda poteſtatem, Imperatoris deligendi judicium &c. ſed ſi *ſenatum* retinere malimus, *decretas* pro *decreta*, ſcribendum erit. *Urſin.* Mihi videtur *decreta* legendum eſſe, aut pro *decreta* legendum, *lata lege.* Græv.

40. *Eas lege Sempronia per ſenatum decretas reſcidiſti?*]Franc. Dreſdenſ. ed. prim. Mediol. *Eas leges Sempronias per ſenatum decretas reſcidiſti?* niſi quod pro *Sempronias* ſcribatur *ſempiternas* in editione principe. Vulgata lectio hic quoque laborat & merito aſteriſcum appoſuit Paullus ſuæ editionis margini. Auſit ne quis affirmare Latine dici *reſcindere provinciam?* Lex, decretum, teſtamentum dicitur reſcindi, non vero provincia. Ex præcedente verſu videtur *per ſenatum*, huc translatum & perperam repetitum irrepſiſſe, & Tullium dixiſſe: *Eas leges Sempronias tu reſcidiſti?* Præterea male interpungitur tota hæc περικοπὴ, quam ſic conſtituendam decrevi: *Itane vero? tu provincias conſulàres, quas C. Gracchus, qui unus maxime popularis fuit, non modo non abſtulit à ſenatu, ſed etiam ut neceſſe eſſet quotannis conſtitui per ſenatum lege ſanxit: eas leges Sempronias tu reſcidiſti: extra ordinem, ſine ſorte nominatim dediſti, non conſulibus, ſed reipublica peſtibus, nos, quod nominatim*, & quæ ſequuntur: *Leges Sempronias* pro *legem Semproniam* Cicero dixit, ut ſæpe hoc numero utuntur priſci ſcriptores. Sic *legibus ſolvi* apud Suetonium & Tullium, qui unâ tantum lege ſolvitur. *Idem.*

41. *Fractam malis, mutam, debilitatam.*] Quid hic poteſt eſſe *muta civitas?* Aliter veteres libri. Franc. & prim. & Mediolanenſis ed. *fractam malis, mutatam ac debilitatam.* Dreſd. *fractam*

malis,

tam, debilitatam, abjectam metu, ad aliquam ſpem li-bertatis & priſtinæ dignitatis erexit. Hic vir extra ordinem rei frumentariæ præficiendus non fuit? Scilicet tu [42] heluoni ſpurciſſimo, prægustatori libidinum tuarum, homini egentiſſimo & facinoroſiſſimo [43] Sex. [b] Clodio, ſocio tui ſanguinis, qui ſuâ linguâ etiam ſororem tuam a te abalienavit, omne frumentum privatum & publicum, omnes provincias frumentarias, omnes mancipes, omnes horreorum claves lege tua tradidiſti. qua ex re primùm caritas nata eſt: deinde inopia: impendebat fames, incendia, cædes, direptio: imminebat tuus furor omnium fortunis & bonis.

b Celio, aut Clælio MSS.

26 Queritur etiam importuna peſtis ex ore impuriſſimo Sex. Clodii rem frumentariam eſſe ereptam, ſummiſque in periculis ejus viri auxilium imploraſſe rempublicam, a quo ſæpe ſe & ſervatam & amplificatam eſſe meminiſſet. Extra ordinem ferri nihil placet Clodio. Quid? de me quod tuliſſe te dicis, patricida, fratricida, ſororicida, nonne extra ordinem tuliſti? An de peſte civis, quemadmodum omnes jam dii atque homines [c] judicaverunt, conſervatoris reipublicæ, quemadmodum autem tute ipſe confiteris, non modò indemnati, ſed ne accuſati quidem, licuit tibi ferre non legem, ſed nefarium privilegium, lugente ſenatu, mœrentibus bonis omnibus, totius Italiæ precibus repudiatis, oppreſſa captaque republica: mihi populo Romano implorante, ſenatu poſcente, temporibus rei-

P. B.

c alii judicarunt.

malis, mutam ac debilitatam. Cicero ſcripſit: *fractam malis, nudatam, debilitatam.* ut Plancius ad Ciceronem ep. x. 17: *Quod acerbiſſimo interitu conſulum rempublicam nudatam tali cive pratore in urbanis officiis indigere exiſtimabam.* Sic hoc loco dicit Cicero nudatam fuiſſe rempublicam nimirum omni præſidio, omnibus vindicibus & cuſtodibus, cum nemo auderet reipublicæ cauſſam ſuſcipere & contra vim Clodii eam tueri. *Gravius.*

42. *Heluoni ſpurciſſimo.*] Lambinus ex lectione S. Victoris facit *impuratiſſimo*, Gulielmius *ſpurcatiſſimo*, & propius literas, & flagitio ejus convenientius. *Grut.*

43. *Sex. Clodio ſocio tui ſanguinis.*] *Facinoris* legebat Pantagathus pro *ſanguinis*, ſive ex ingenio, ſive ex antiquo libro. In oratione de Aruſpicum Reſponſis, de Clodio dixit, *conſules ſceleris ſui ſocios:* Piſonem ſcilicet & Gabinium. *Urſin.* Melius explicat Manutius, qui tibi ſocius eſſet in turpi conſuetudine ſororis tuæ. *Sex. Clodio &c.*] Pal. nonus *Delio.* voluit fortè *Clælio*, quod in S. Victoris codice, ſicque ſemper heic invenit in melioribus mſſ. Suffridus noſter. *Grut.*

44. Non

ipublicæ flagitantibus, 44 non licuit de ſalute populi Ro-
ani ſententiam dicere? Qua quidem in ſententia, ſi Cn. 27
ompeji dignitas aucta eſt, conjuncta cum utilitate com-
uni, d certè laudandus eſſem, ſi ejus dignitati ſuffragatus d ſedecim ſeqq. voces deſunt in MSS.
iderer, qui meæ ſaluti opem & auxilium tuliſſet.

XI. DESINANT, deſinant homines iiſdem machinis
perare me reſtitutum poſſe labefactari, quibus anteà ſtan-
em perculerunt. Quod enim par amicitiæ e conſularis fuit e conſul. non eſt in editis ante Victor.
nquam in hac civitate conjunctius, quàm fuimus inter
nos, ego & Cn. Pompejus? quis apud populum Roma-
num de illius dignitate f induſtrius, quis ſenatui ſæpius di- f illuſtrius Manut. Lamb.
xit? qui tantus fuit labor, quæ ſimultas, quæ contentio,
quam ego non pro illius dignitate ſuſceperim? qui ab illo
in me honos, quæ prædicatio de meâ laude, quæ remune-
ratio benivolentiæ prætermiſſa eſt?

Hanc noſtram conjunctionem, hanc conſpirationem in 28
republica bene gerenda, hanc jucundiſſimam vitæ atque
officiorum omnium ſocietatem, certi homines fictis ſer-
monibus & falſis criminibus diremerunt: cùm iidem il-
lum, ut me metueret, me caveret, monerent: iidem P. CCXIX.
apud me, mihi illum eſſe uni inimiciſſimum dicerent: ut
neque ego ab illo quæ mihi petenda eſſent, 45 ſatis g au- g alii audacter.
daciter petere poſſem: neque ille, tot ſuſpicionibus certo-
rum hominum & ſcelere h exulceratus, quæ meum tem- h exviſceratus MSS. & ed. pr.
pus poſtularet, ſatis prolixè mihi polliceretur.

Data merces eſt erroris mei magna, pontifices, ut me 29
non ſolùm pigeat ſtultitiæ meæ, ſed etiam pudeat: qui,
cùm me non repentinum aliquod meum tempus, ſed ve-
teres multo antè ſuſcepti & proviſi labores, cum viro for-
tiſſimo & clariſſimo conjunxiſſent, ſim paſſus à tali ami-
citia diſtrahi; neque intellexerim, quibus aut ut apertis
inimicis obſiſterem, aut ut inſidioſis amicis non crederem.
Proinde deſinant aliquando me iiſdem i inflammare ver- i inflare alii & MS.
bis: Quid ſibi iſte vult? neſcit, quantùm auctoritate va-
leat,

44. *Non licuit de ſalute populi Rom. dicere ſententiam.*] Gemblacenſis *ſalute publicam dicere ſent.* ut appareat reſcribendum, dempta litera, *publica.* Grut.

45. *Satis audaciter.*] Non video, quamobrem hanc vocem quidam ſimii Ciceronis, tanquam barbaram, fugiant, cum eam veteres grammatici, tum à bonis omnibus Latinis ſcriptoribus, tum à Cicerone uſurpatam eſſe teſtentur, quod & in ſcholiis orat. Roſcianæ, & alibi admonuimus. *Lambin.*

leat, quas res geſſerit, qua dignitate ſit reſtitutus. cur- nat eum, à quo deſertus eſt?

30 [46] Ego verò neque me tum deſertum puto, ſed pænè d- ditum: nec, quæ ſint in illa reipublicæ flamma geſta con- me, neque quomodo, neque per quos, patefaciund- mihi eſſe arbitror. Si utile reipublicæ fuit, haurire me unu- pro omnibus illam indigniſſimam calamitatem: etiam ho- utile ſit, quorum id ſcelere conflatum ſit, me occulta- & tacere. Illud verò eſt hominis ingrati, tacere. Itaqu- libentiſſimè prædicabo, Cn. Pompejum ſtudio & auct- ritate æquè, ut unumquemque veſtrûm, opibus, conte- tione, precibus, periculis denique, præcipuè pro ſalu- mea laboraſſe.

XII. HIC TUIS, P. Lentule, cùm tu nihil aliud di- & noctes, niſi de ſalute mea cogitares, conſiliis omnib- interfuit: hic tibi graviſſimus auctor ad inſtituendam, fid- liſſimus ſocius ad comparandam, fortiſſimus adjutor a- rem perficiendam fuit: hic municipia coloniaſque adiit- P. B. hic Italiæ totius auxilium cupientis imploravit: hic in ſen- tu princeps ſententiæ fuit: idemque cùm dixiſſet, tum etiam pro ſalute mea populum Romanum obſecravit.

31 Quare iſtam orationem, quâ es uſus, [k] omittas licet; poſt illam ſententiam, [l] quam dixeram de annona, ponti- ficum animos eſſe mutatos: perinde, quaſi iſti aut de Cn. Pompejo aliter, atque ego exiſtimo, ſentiant: aut, quid mihi pro exſpectatione populi Romani, pro Cn. Pompeji meritis erga me, pro ratione mei temporis faciendum fue- rit, ignorent: aut etiam, ſi cujus fortè pontificis animum, quod [m] certò ſcio aliter eſſe, mea ſententia offendit, alio modo ſit conſtituturus aut de religione [47] pontificum, aut de republica, quàm eum aut cæremoniarum jus, aut civita- tis ſalus coëgerit.

k amittas *MS.*

l qui dixerant *MS.*

m ego certè *MS. & ed. pr.*

32 Intelligo, pontifices, me plura extra cauſam dixiſſe, quàm aut opinio [n] tulerit, aut voluntas mea: ſed cùm me purga-

n tulerat *Grav. è MS.*

46. *Ego vero neque me tum deſertum, ſed pænè deditum.*] *Planè* pro *Panè* non dubito quin ſcribendum ſit, vel repugnantibus antiquis libris. *Urſin.*

47. *Pontificum, aut de repub. quàm eum &c.*] Locus minimè in- teger. nam editio vetus & Pall. *pontificis, aut de rep. cujuſquam,* neque aliter S. Vict. quam quod is *pontifices*, quod etiam in nono, adeo ut videatur reſcribendum cùm Gulielmio, *aut de religione pon- tifex, aut de republ. civis.* ſententia ſimillima illi, quam initio ſta- tim libri poſuit. *Grut.*

48. Nam

gatum vobis eſſe cuperem, tum etiam veſtra in me at-
nè audiendo benignitas provexit orationem meam. Sed
c compenſabo brevitate ejus orationis, quæ pertinet ad
m cognitionem veſtram: quæ cùm ſit in jus religionis,
in jus reipublicæ diſtributa, religionis partem, quæ
lto eſt verboſior, prætermittens, de jure reipublicæ
am.

Quid eſt enim aut tam arrogans, quàm de religione, de 33
bus divinis, ° cæremoniis, ſacris, pontificum collegium o de cærim.
cere conari; aut tam ſtultum, quàm, ſi quis quid in Grav. è MS.
ſtris libris invenerit, id narrare vobis; aut tam curioſum,
àm ea ſcire velle, de quibus majores noſtri vos ſolos &
nſuli & ſcire voluerunt?

XIII. NEGO POTUISSE jure publico, legibus iis,
ibus hæc civitas utitur, quemquam civem ulla ejuſmodi
lamitate affici, ſine judicio: hoc juris in hac civitate,
iam tum, cùm reges eſſent, dico fuiſſe: hoc nobis eſſe
majoribus traditum: hoc eſſe denique proprium liberæ P. CCXX.
vitatis, ut nihil de capite civis, aut de bonis, ſine judi-
o ſenatus, aut populi, aut eorum, qui de quaque re
nſtituti judices ſint, detrahi poſſit.

Videsne me p non radicitus evellere omnes actiones 34
as? q neque illud agere, quod apertum eſt, te omni- p non *delet*
o nihil geſſiſſe jure, [48] non fuiſſe tribunum plebis? *Lamb.*
hoc dico, eſſe r parricidium: dico apud pontifices: q meque *idem.*
ugures adſunt: verſor in medio jure publico. Quod eſt, r patricium
ontifices, jus adoptionis? nempe ut is adoptet, qui ne- *Grav.*
que

48. *Non fuiſſe Trib. pl. hoc dico eſſe parricidium.*] Ita ſcriptum eſt
vulgatis libris. Ant. Auguſtinus legit, *Hoc dico eſſe Pontificium.*
d non id agit nunc Cicero, ut probet cauſam hanc eſſe Ponti-
iam, quæ profecto erat, & agebatur apud Pontifices, ſed op-
nit illud *hoc* (quod demonſtrat Clodii privilegium in Tullium
e judicio) ad illud *omnes actiones tuas*, quas poſſum generatim
communiter coarguere non eſſe legitimas, quia ſpecie, non
Tribunus eas egiſti: ſed nunc non ago id, ut redarguam il-
s omnes: hoc ago, ut etiamſi legibus & revera eſſes Tribu-
pl.; tamen hoc tuum de me privilegium contra leges, con-
a jura, mores & religionem latum ſit; atque ideo parricidium
ceſſe ſit fateare tute ipſe. Vel igitur vulgatam lectionem *par-
icidium* retineamus, neceſſe eſt; vel pro ea, ſi magis placet,
rricidam reponamus, quomodo alibi appellat Clodium. *Urſi-
us.*

49. *Hoc dico eſſe patricium.*] Placet magis quod habet Pal. no-
s; *eſſe patricium*, ejecto illo, *hoc dico.* Grut.

50. *Cum*

que procreare jam liberos poſſit, & , cùm potuerit, expertus. Quæ deinde cauſa cuique ſit adoptionis, qu ratio generum ac dignitatis, quæ ſacrorum, quæri à po tificum collegio ſolet. Quid eſt horum in iſta adopti quæſitum? Adoptat annos viginti natus, etiam min ſenatorem. Liberorumne cauſa? At procreare poteſt. ha bet uxorem: ſ ſuſcepit etiam liberos. t exheredabit igi pater filium. Quid? ſacra Clodiæ gentis cur intereunt, qu in te eſt? v quæ omnis notio pontificum, 50 cùm adoptar re, eſſe debuit.

ſ ſuſcipiet duo MSS.
t exheredavit MSS.
v quia omnis natio MSS.

35 Niſi fortè ex te ita quæſitum eſt, num perturbare re publicam ſeditionibus velles: & ob eam cauſam x adopt ri, non ut filius eſſes, ſed ut tribunus plebis fieres, & fu ditus everteres civitatem. Reſpondiſti, credo, te ita ve le. Pontificibus bona cauſa viſa eſt: approbaverunt. no ætas ejus, qui adoptabat, quæſita eſt, ut in Cn. Aufidio 51 M. Pupio: quorum uterque noſtrâ memoriâ, ſumm ſenectute, alter Oreſtem, alter Piſonem adoptavit. qu adoptiones, ſicut alias innumerabiles, hereditates nom nis, pecuniæ, ſacrorum ſecutæ ſunt. Tu neque Fonte es, qui eſſe debebas: neque y patris heres: neque, ami ſacris paternis, in hæc adoptiva veniſti. Ita perturbatis ſa cris, contaminatis gentibus, & quam deſeruiſti, & qua polluiſti, jure Quiritium legitimo tutelarum & heredita tum relicto, factus es ejus filius contra fas, cujus per æta tem pater eſſe potuiſti.

x optari MSS.
y partis Hotom.
P.B.

36 XIV. Dico apud pontifices. nego, iſtam adoptio nem pontificio jure eſſe factam: primùm, quòd hæ veſtr z ſint ætates, 52 ut is, qui te adoptavit, vel filii tibi loc pe

z jure ſint MSS.

50. *Cum adoptarere, eſſe debuit.*] Sic eſt legendum. vincit ratio ipſa veritas: non, ut habent libri vulg. *adoptaret.* Clodium eni nunc alloquitur. At Clodius adoptatus eſt, nempe ut fieret pl bejus, & ita tribunatum gerere poſſet. hanc meam conjectur adjuvat codex manuſcr. in quo ſic ſcriptum eſt, *adoptare, re,* ſc licet poſtremum à librario omiſſum eſt. Jam vero Fontejus er is, qui adoptabat. *Lambin.*

51. *M. Puppio.*] Legendum *M. Pupio* ex veterum lapidum aucto ritate: itaque Piſo, qui à M. Pupio adoptatus fuit, in antiqu monumentis M. PUPIUS M. F. PISO FRUGI deſcribitur *Urſin.*

52. *Ut is, qui te adoptavit, vel filii tibi loco per ætatem.*] Sic e legendum, ordine verborum, qui perturbatus erat, reſtituto, at que hanc meam emendationem adjuvat vetus codex, in quo it ſcriptum eſt: *vel illi tibi loco per ætatem,* &c. Lamb. Prim. Franc. d

ætatem eſſe potuerit; [53] vel eo quo fuit. deinde quòd ...ſa quæri [a] ſoleat adoptandi, ut & is adoptet, qui, quod ...tura jam aſſequi non poteſt, & legitimo, & pontificio ...e quærat: & ita adoptet, ut nequid aut de dignitate ge...rum, aut de ſacrorum religione minuatur. illud in pri...is, nequa calumnia, nequa fraus, nequis dolus adhi...atur: [54] ut hæc ſimulata adoptio filii, quàm maximè ...ritatem illam ſuſcipiendorum liberorum imitata eſſe vi...atur.

Quæ major calumnia eſt, quàm [55] veniré imberbem 37 ...doleſcentulum, bene valentem, ac [b] maritum, [c] dicere, ...lium ſenatorem populi Romani ſibi velle adoptare: id au...em ſcire, & videre [d] omnes, non ut ille filius inſtituatur, ...d ut è patriciis exeat, [e] & tribunus plebis fieri poſſit, id...irco adoptari? neque id obſcurè. nam adoptatum eman...ipari ſtatim, ne ſit ejus filius, qui adoptarit. [56] Cur ergo ...doptatur? probate genus adoptionis. jam omnium ſacra ...terierint, quorum cuſtodes vos eſſe debetis, patricius ...emo relinquetur. [57] cur enim quiſquam vellet tribunum ...lebis ſe fieri non licere? anguſtiorem ſibi eſſe petitionem ...onſulatus? in ſacerdotium cùm poſſit venire, quia patri...io non ſit [f] is locus, non venire? Ut cuique aliquid acci-derit,

[a] ſolet MSS.
[b] meritum MSS.
[c] dici MS.
[d] omn. poſſunt MSS.
[e] & deeſt in MSS.
[f] alii non habent is.

...d. prima: *Ut is, qui te adoptavit patris loco; vel illi tibi loco filii per ætatem.* Non fuit repudiandum *patris loco*, quod hic eſt ſingulari vi. Nam quamvis, qui adoptat, ſemper patris locum & numerum obtinet, tamen hic oratoriè additur *patris loco*, appoſitum *filii loco*, quod ſequitur, ut magis feriat & advertat judicum & auditorum animos rei abſurditas. *Gravius.*

53. *Vel eo quo fuit.*] Quadrigulam hanç verborum redono Ciceronianis, auctoritate omnium librorum, antiquitus editorum ac mſſ. niſi quod illi habebant, *quod.* & ſignificat ſanè iſtis, loco Ganymedis fuiſſe Clodio Fontejum. *Grut.*

54. *Ut hæc ſimulata adoptio filii.*] Pantagathus legebat *adeptio*, pro *adoptio*: quæ lectio ſi minus vera ſit, ingenioſam eſſe nemo negabit. *Urſin.*

55. *Venire imberbum.*] Ita laudat Cariſius libro I, non ut hodiè vulgatur *imberbem.* ſed tamen an de hoc loco Tullii ſenſerit neſcio. Itaque viderit Lambinus, an iſtud heic potiſſimum intrudi debuerit. *Grut.*

56. *Cur ergo adoptatur.*] Videntur à gloſſa. certè nihil habent quo firment ſententiam. variantque libri. nam Pal. nonus legit *adoptabatur?* S. Vict. *adoptabat.* ceteri *adoptat.* Idem.

57. *Cur enim quiſquam vellet.*] *Volet* idem Pantagathus. *Urſinus.*

derit, quare commodius ſit eſſe plebejum, ſimili ratio[ne] adoptabitur.

38 g Ita populus Romanus brevi tempore, neque regem ſa-crorum, neque flamines, nec h ſalios habebit, nec ex pa[r]te dimidia reliquos ſacerdotes: neque auctores centuriat[o]rum & [58] curiatorum comitiorum: auſpiciaque pop[uli] Romani, ſi magiſtratus patricii creati non ſint, interea[nt] neceſſe eſt, cùm interrex nullus ſit, quòd & ipſum patricium eſſe, & à patricio prodi neceſſe eſt. Dixi apud pontifices, iſtam adoptionem nullo decreto hujus collegii probatam, contra omne pontificium jus factam, pro nihil[o] eſſe habendam: qua ſublata, intelligis, totum tribunatu[m] tuum concidiſſe.

g *alii* Itaque.
h alios *MS.* & *ed. pr.*
P. CCXXI.

39 XV. Venio ad augures. quorum ego libros, ſi q[ui] ſunt reconditi, non ſcrutor: non ſum in exquirendo ju[re] augurum curioſus. hæc, quæ unà cum populo didici, qu[æ] ſæpe in concionibus reſponſa ſunt, novi. Negant fas eſſe agi cum populo, cùm de cœlo ſervatum ſit. Quo die de te lex curiata lata eſſe dicatur, audes negare de cælo eſſe ſervatum? i Adeſt præſens vir ſingulari virtute, conſtantia, gravitate præditus, M. Bibulus. hunc conſulem illo ipſo die contendo ſervaſſe de cælo. Infirma ſunt igitur, tu[a] k ſententiâ, acta C. Cæſaris, viri fortiſſimi? Minimè. neque enim mea jam quidquam intereſt, exceptis his telis, quæ ex illius actionibus in meum corpus immiſſa ſunt.

i At eſt *MS.*
k ſententia *deeſt in MSS.*

40 Sed hæc de auſpiciis, quæ ego nunc perbreviter attingo, acta ſunt à te. tu, tuo præcipitante jam & debilitato tribunatu, auſpiciorum patronus ſubitò exſtitiſti: tu M. Bibulum in l concionem, tu augures produxiſti. te interrogante augures reſponderunt, cùm de cælo ſervatum ſit, cum populo agi non poſſe. tibi M. Bibulus quærenti, ſe de cælo ſervaſſe reſpondit: idemque in concione dixit, ab m Appio, fratre tuo, productus, te omnino, [59] quòd contra auſpicia adoptatus eſſes, tribunum plebis non fuiſſe. Tua denique omnis actio poſterioribus menſibus fuit, omnia, quæ C. Cæſar egiſſet, quæ contra auſpicia eſſent acta,

l concione *alii.*
m Oppio *alii.*

58. *Curiatorum.*] Quorum ſpecies & imago quædam, triginta lictoribus curias repræſentantibus, auſpiciorum cauſſa remanſerat. in Rullum II. *P. Manut.* Vide inprimis J. F. Gronov. Obſerv. Lib. I. c. 25.

59. *Qua contra auſpicia eſſent acta.*] *Quia* pro quæ habet Ant. Auguſtinus. *Urſin.*

60. Vi-

ſta, per ſenatum reſcindi oportere. quod ſi fieret, dice-
ſte tuis humeris me cuſtodem urbis in urbem relaturum. P. B.
Videte hominis amentiam, ⁿ ubi per ſuum tribunatum n ut *alii.*
ſaris actis ᵒ illigatus teneretur. Si & ſacrorum jure pon- 41
ſices, & auſpiciorum religione augures totum ᵖ evertunt o *ita Lamb.*
ibunatum tuum, quid quæris amplius? an etiam apertius *alii* alliga-
quod jus populi atque legum? tus.
XVI. HORA fortaſſe ſexta diei queſtus ſum in judicio, p vertunt *MS.*
um C. Antonium, collegam meum, defenderem, quæ-
am de republica, quæ mihi viſa ſunt, ad illius miſeri cau-
m pertinere. hæc homines improbi ad quoſdam viros
rtes longè aliter, atque à me dicta erant, detulerunt. Hora
ona, illo ipſo die, tu es adoptatus. Si, quod in ceteris le-
bus trinûm nundinûm eſſe oportet, id in adoptione ſatis
t, trium eſſe horarum: nihil reprehendo. [62] ſin eadem ob-
ſervanda ſunt: decrevit ſenatus, M. Druſi legibus, quæ
contra

60. *Videte hominis amentiam, ubi per ſuum tribunatum Cæſaris actis illigatus teneretur.*] Prim. Franc. *Videte hominis amentiam, ut per ſuum tribunatum Cæſaris actis irritatis teneretur.* Sic & Dreſd. niſi quod ...o *irritatis* in illo ſcribatur *illigatis.* Editio princeps: *Videte hominis amentiam, ut ſuum tribunatum Cæſaris actis illigatum teneret.* ...re aſteriſcum his verbis appoſuit Victorius. In hac varietate mihi videtur aptiſſime legi poſſe, aut ipſum Ciceronem ſcripſiſſe: *Videte hominis amentiam, ut per ſuum tribunatum Cæſaris actis illigatus tenetur.* Ut homo amens ſe ipſe damnat, cum Cæſaris acta damnat, quum ejus tribunatus ſit Cæſaris actis illigatus, ut ſine illis non poſſit eſſe tribunatus. In Victor. Lamb. & ...iis editionibus legitur *alligatus*, quod & ipſum poteſt ferri. *Grævius.*

61. *Hora fortaſſe ſexta diei.*] *Fortaſſe* eſt, circiter, plus minus: nihil auctoribus vulgatius, & tamen ecce, Lambinus præter libros emendat. *Hora circiter ſexta.* Grut.

62. *Sin eadem obſervanda, ſicut decrevit Senatus, M. Druſi legibus, quæ contra legem Cæciliam & Didiam lata eſſent, populum non teneri ...m intelligis, &c.*] Ita hunc locum legebat Octav. Pantagathus. F. Urſin. In hoc loco particula *ſi*, prætermiſſa, quæ invenitur in optimo Franciſ & editione prima, peperit obſcuritatem & pravam diſtinctionem in omnibus editionibus. Reſcribo igitur ex illis, quos laudavi, libris, cum ſic immutata interpunctione: *Sin eadem obſervanda ſunt: ſi decrevit Senatus, M. Druſi legibus, quæ contra legem Cæciliam & Didiam latæ eſſent, populum non teneri, jam intelligis omni genere juris,* &c. *te tribunum pl. non fuiſſe.* Si trinundinum, inquit, obſervandum eſt in lege curiata ferenda ad adoptionem, ſi ſtatuit ſenatus Druſi leges non pro legibus eſſe habendas, quia contra legem Cæciliam & Didiam, quæ trinundinum in legibus ferendis ſanxerant, latæ erant, ſatis per te cognoſcis

contra legem Cæciliam & Didiam latæ eſſent, populu
non teneri.

42 Jam intelligis, omni genere juris, quod in ſacris, quo
in auſpiciis, quod in legibus ſit, te tribunum plebis no
fuiſſe? Atque ego hoc totum non ſine cauſa relinquo. V
deo enim quoſdam clariſſimos viros, principes civitati
aliquot locis judicaſſe, te cum plebe q jure agere potuiſſe
qui etiam de me ipſo, cùm tua rogatione funere elata
rempublicam eſſe dicerent, tamen id funus, etſi miſeru
atque acerbum fuiſſet, jure indictum eſſe dicebant: quo
de me r cive ac de republica bene merito tuliſſes; ſ fune
ſtum funus te indixiſſe reipublicæ: quod ſalvis auſpiciis tu
liſſes, jure egiſſe dicebant. Quare licebit, ut opinor, no
bis eas actiones non infirmare, quibus illi actionibus co
43 ſtitutum tribunatum tuum comprobaverunt. Fueris ſan
tribunus plebis tam jure, quàm lege; quàm fuit hic ip
t Rullus, vir omnibus rebus clariſſimus atque ampliſſi
mus: quo jure, quo more, quo exemplo legem nomina
tim de capite civis indemnati tuliſti?

P. CCXII. XVII. Vetant leges ſacratæ, vetant XII. tabulæ
63 leges privatis hominibus irrogari: id eſt enim privi
gium. nemo umquam tulit: nihil eſt crudelius, nihil pe
niciofius, nihil, quod minùs hæc civitas ferre poſſit. Pro
ſcriptionis miſerrimum nomen illud, & omnis acerbita
Sullani temporis, quid habet, quod maximè ſit inſigne a
memoriam crudelitatis? opinor; pœnam in cives Roma
nos nominatim ſine judicio conſtitutam.

44 Hanc vos v igitur, pontifices, judicio atque aucto
tate veſtra tribuno plebis poteſtatem dabitis, ut proſcribe
poſſit quos velit? quæro enim, quid ſit aliud proſcribe
re. Velitis, jubeatis, ut M. Tullius i
civitate ne sit, bonaque ejus ut m
sint. Ita enim fecit, etſi aliis verbis tulit. Hoc pleb
ſcit

q jure *deeſt in MS.*

r civi *Lamb. Grut.*

ſ funeſte *MSS.*

t Tullus *MS.*

v ergo *alii & MSS.*

gnoſcis te tribunum non fuiſſe. Nam licet Druſi leges dicant
ab Aſconio latæ fuiſſe contra auſpicia, poterant tamen etiam l
tæ eſſe contra legem Cæciliam & Didiam, non ſervato trin
dino. Delevi *τελείαν στιγμὴν poſt teneri*, & notam interrogatio
poſt *tribunum plebis non fuiſſe*, & huic loco ſuam integritatem r
ſtitui. Vidi poſtea Pantagathum quoque in eadem fere fuiſſe ſe
tentia, & conſenſu viri acuti lætatus ſum. *Grævius.*

63. *Leges privatis hominibus irrogari.*] Malè Lambinus *priva*
melius Scaliger Joſephus apud Feſtum in *Privos*, *privis homini*
ſequentia enim ita legendum clarè evincunt. *Grut.*

64. V

tum eſt? hæc lex? hæc rogatio eſt? hoc vos pati poteſtis? hoc ferre civitas, ut ſinguli cives ſingulis verſiculis è civitate tollantur? Equidem jam perfunctus ſum: nullam vim, nullum impetum metuo: explevi animos invidorum: placavi odia improborum: ſaturavi etiam perfidiam & ſcelus proditorum: denique de mea cauſa, quæ videbatur perditis civibus ad invidiam eſſe propoſita, jam omnes urbes, omnes ordines, omnes dii atque homines judicaverunt.

45 Vobiſmetipſis, pontifices, & veſtris liberis ceteriſque civibus, pro veſtra auctoritate & ſapientia conſulere debetis. nam, cùm tam moderata judicia populi ſint à majoribus conſtituta: primùm, ut ne pœna capitis cum pecunia conjungatur; deinde, ne, niſi x prodicta die, quis accuſetur: [64] ut ter antè magiſtratus accuſet, intermiſſa die; y quàm multam irroget, aut judicet: quarta ſit accuſatio z trinûm nundinûm a prodicta die, qua die judicium ſit futurum: tum multa etiam ad placandum, atque ad miſericordiam reis conceſſa b ſunt: deinde exorabilis populus, facilis ſuffragatio pro ſalute: denique etiam ſiqua res illum diem aut auſpiciis, aut excuſatione ſuſtulit, tota cauſa judiciumque ſublatum eſt.

x indicta, aut proindicta, aut prædicta MSS.
y quæ MSS.
z trinundinûm MS.
a prodita Vict.
b ſit MS. P.B.

46 XVIII. HÆC CÙM ita ſint in re, ubi crimen eſt? ubi accuſator? ubi teſtes? Quid indignius, quàm, qui neque adeſſe ſit juſſus, neque citatus, neque accuſatus, de ejus capite, liberis, fortunis omnibus, conductos c ſicarios egentes & perditos ſuffragium ferre, & eam legem putare? At, ſi hoc de me potuit, quem honos, quem d dignitas, quem cauſa, quem reſpublica tuebatur, cujus denique pecunia non e expetebatur, cui nihil oberat præter converſionem ſtatus & inclinationem communium temporum: quid tandem futurum eſt iis, quorum vita remota ab honore populari, & ab hac illuſtri gratia eſt: pecuniæ autem tantæ ſunt, ut eas nimium multi, egentes, ſumptuoſi, nobiles concupiſcant?

c alii & ſic.
d civitas MSS.
e expectabatur MS. & ed. pr.

47 Date hanc tribuno plebis licentiam, & intuemini pauliſper animis juventutem, & eos maximè, qui imminere jam

[64]. *Ut ter ante magiſtratus accuſet.*] Lambinus; *mag. citet*, tanquam id ratio & veritas probet. contra omnes libros; ideoque inepte. Ald. Nepos edidit; *tertiò ut ante mag. accuſet*. nimis profectò licentioſè. ſed cum Augiæ ſtabulo mihi res fuerit, ſi criticorum produxero fatuas correctiones omnes. *Grut.*

65. Ab

jam cupiditate videntur in tribuniciam poteſtatem: collegia, medius fidius, tribunorum plebis tota reperientur, hoc jure firmato, quæ coëant de hominum locupletiſſimorum bonis, præda præſertim populari & ſpe largitionis oblata. [65] At quid tulit legum ſcriptor peritus f & callidus? VELITIS, JUBEATIS, UT M. TULLIO AQUA ET IGNI INTERDICATUR? Crudele, nefarium, ne in ſceleratiſſimo quidem civi ſine judicio ferundum. Non tulit, ut interdicatur. quid ergo? UT INTERDICTUM SIT. O cænum, ô portentum, ô ſcelus! hanc tibi legem Clodius ſcripſit, [66] ſpurciorem linguâ ſuâ, ut interdictum ſit, cui non ſit interdictum? Sexte noſter, [67] bona venia, quoniam jam dialecticus, & hoc quoque [68] ligurris: quod factum non eſt, ut ſit factum, ferri ad populum, aut verbis ullis ſanciri, aut ſuffragiis confirmari poteſt?

f & deeſt in MSS.

48 Hoc tu ſcriptore, hoc conſiliario, hoc miniſtro, omnium non bipedum ſolùm, ſed etiam quadrupedum impuriſſimo, rempublicam perdidiſti. neque tu eras tam excors, tamque demens, ut neſcires hunc Clodium eſſe, qui contra leges faceret: g alios, qui leges ſcribere ſolerent. ſed neque eorum, neque ceterorum, in quibus eſſet aliquid modeſtiæ, cujuſquam tibi poteſtas fuit: neque tu legum ſcriptoribus iiſdem potuiſti uti, quibus ceteri, [69] neque operum architectis:

P. CCXXIII.

g & alios MS.

65. *At quid tulit legum ſcriptor peritus & callidus.*] Copulam primus, ut puto, inſeruit Lambinus. Nam ante hujus editionem nulla vetuſtior, nec Victor. nec Manut. nec MSS. eam agnoſcunt. Ego exiſtimo *peritus* eſſe interpretationem adſcriptam margini, qua magiſter explicuit quid ſit *callidus*, quæ vox poſt in contextum irrepſit. Nam *callidus*, eſſe peritus, quis ignorat. Cicero III. de Nat. Deorum: *Callidos appello, quorum tanquam manus opere ſic animus uſu concalluit.* Plaut. Aſin. 1, 3: *Ad ſuum quemque hominem quæſtum eſſe æquum eſt callidum.* hoc eſt peritum rationis quæſtum ſuum cum lucro exercendi. Cicero pro Roſc. Amer. 17: *Non ut in iſto artificio accuſatorio callidior es, quam hic in ſuo.* Tac. II. Hiſt. *Quo nemo ea tempeſtate callidior rei militaris.* Græv.

66. *Spurciorem lingua ſua.*] Offendi in aliquot mſſ. *ſpurciciorem*, quod antiquariis forte non diſplicebit. *Grut.*

67. *Bona venia, quoniam jam dialecticus, & hoc quoque ligurris.*] Ita Palatini ſex, non ut vulgata, *bona venia dic, quoniam dial. es, & hoc quoque Liguris.* & verò binas illas voculas eſſe à Criticis, produnt & edd. primæ, quæ eas non habent. *Idem.*

68. *Ligurris.*] Appetis, avide ſumis, item ut cum lingis mulierum pudenda. Nam eò ſpectat hoc verbum. *P. Manut.*

69. *Neque operum architectis.*] *Architectum* habet vetus liber, quod magis placet. *Urſin.*

70. I

lectis: neque pontificem adhibere quem velles: poſtremò ne [70] in prædæ quidem ſocietate mancipem, aut prædæ ſocium, extra tuorum gladiatorum numerum: aut denique [h] ſuffragii latorem in iſta tua proſcriptione quemquam, niſi furem aut ſicarium, reperire potuiſti. h ſuffragatorem.

XIX. ITAQUE CùM tu florens ac potens [71] per medium forum popularis volitares: amici illi tui, te uno amico tecti & beati, qui ſe populo commiſerant, ita repellebantur, [72] ut etiam Palatinam tuam perderent. qui in judicium venerant: ſive accuſatores erant, ſive rei; te deprecante damnabantur. denique etiam ille novicius [i] Ligur, venalis [k] adſcriptor & ſubſcriptor tuus, cùm M. Papirii, ſui fratris, eſſet teſtamento & judicio improbatus, mortem ejus ſe velle perſequi dixit: nomen Sex. Propertii detulit. [73] accuſare alienæ damnationis ſceleriſque ſocios, propter calumniæ metum, non eſt auſus. 49

i Ligus *MSS.*
k ſcriptor *MS.*

Dè

70. *In præda quidem ſocietate.*] Non adhibere potuiſti in prædæ ſocietate prædæ ſocium abſurde dicitur, non equidem ore Tulliano. Pro *ſocietate* ſcribendum cenſeo *ſectione.* quod & Pithœo in mentem veniſſe deprehendo. Cum bona mea diriperes, nullum potuiſti invenire, qui vellet particeps eſſe hujus cruentæ prædæ, qui vellet eſſe ſector & emptor, niſi ex ſceleratorum tuorum ſatellitum numero. *Græv.*

71. *Per medium forum popularis volitaris.*] Lectio minus vera. nam Pall. & S. Victor. *per medium ſcortum populare volitares.* quod admiſit Lambinus, ſed præterea recepit illud *forum*, præter ullos libros. nam & editi vetuſtè; *per medium ſortitum popularem vol.* Grut. Dreſd. *per medium ſcortiis*, ſed vera lectio eſt ſervata in Francii primo: *per medium cohortis popularis.* Cohortem popularem vocat illos Clodii ſocios ac ſatellites, quorum opera & audacia omnia turbabat ſub prætextu libertatis populi tuendæ. Cum te illis, inquit, jactares, ac iis commendares tuos amicos, ut eorum ſuffragatione ad magiſtratus proveherentur. In Pall. S. Victoris & Dreſdenſi ſunt veſtigia veri. *Græv.*

72. *Ut etiam Palatinam tuam perderent.*] Tribum, in quo Clodius cenſebatur, & ſuffragium ferebat. quam in oratione pro Sextio, hanc ipſam rem commemorans, nominat his verbis: *Ædilitatem petivit cum hominibus primis, ſed non præſtantiſſimis opibus & gratia: tribum ſuam non tulit, Palatinam denique, per quam omnes illæ peſtes vexare populum Romanum dicebantur, perdidit.* P. Manut. *Palatinam tribum tuam* Pantagathus: ſed Ant. Auguſtinus *Palatinam illam tuam* legit. *Urſin.*

73. *Accuſare non eſt auſus.*] Nominis delationem accuſatio ſequebatur, ſed legitur, cum nomen jam detuliſſet accuſationem omiſit, veritus, ne calumniæ damnaretur qui accuſaret eum, in quo culpa non eſſet, cum in ipſo potius crimen hæreret, cui Papirium, fratrem ſuum, hereditatis cupiditate & ſpe tollendum

cu-

50 De hac igitur lege dicimus, quæ jure rogata [l] videatur: cujus quam quiſque partem tetigit, digito, voce, præda, ſuffragio: quocumque venit, repudiatus convictuſque diſceſſit. Quid, ſi iis verbis ſcripta eſt iſta proſcriptio, ut ſe ipſa diſſolvat? eſt [m] enim, QUOD M. TULLIUS FALSUM SENATUSCONSULTUM RETULERIT. Si igitur retulit falſum ſenatusconſultum, tum eſt rogatio: ſi non retulit, nulla eſt. Satisne tibi videtur à ſenatu judicatum, me non modo non ementitum eſſe auctoritatem ejus ordinis, ſed etiam unum poſt urbem conditam diligentiſſimè ſenatui paruiſſe? Quot modis doceo, legem iſtam, quam vocas, non eſſe legem? Quid, ſi etiam pluribus de rebus uno ſortitu retuliſti? tamenne arbitraris, id, quod 74 M. Druſus in legibus ſuis pleriſque, [n] bonus ille vir, M. Scaurus & L. Craſſus conſularis non obtinuerint, id te poſſe, omnium facinorum & ſtuprorum [o] omnium Decumis & Clodiis 51 auctoribus, obtinere? Tuliſti de me, ne [p] reciperer, non ut exirem: quem tu ipſe non poteras dicere non licere eſſe Romæ.

l videtur *MS.*
m etenim *ed. pr.*
P. B.
n in bonis *MSS.*
o principem *Hotom.*
p reciperet *ed. pr.*

XX. QUID ENIM diceres? damnatum? certè non. ex-

curaſſet. ideo ſubjungitur: *Alienæ damnationis ſceleriſque ſocius.* quia damnari nemo vere poſſet, niſi ſimul ſceleris ejuſdem ſocius Ligur damnaretur. *P. Manut.*

74. *M. Druſus.*] Tribunus pl. pater tamen, an filius, non omnino conſtat, ſed de patre dictum ideo videtur, quia nominatur ante M. Scaurum & L. Craſſum qui & poſt M. Druſum patrem, C. Graccho æqualem, & ante filium, qui L. Philippo conſule tribunus pl. fuit, in republica floruerunt. Movet me illa quoque ratio, quod filii non pleræque leges, ut hic ait Cicero, ſed omnes plane uno S. C. referente conſule, Philippo, ſublatæ ſunt. *P. Manut.* *M. Druſus in legibus ſuis pleriſque, bonus ille vir M. Scaurus, & L. Craſſus conſularis non obtinuerint.*] Examinet quæſo critica natio ſcripturam hanc. Pal. pr. & ſec. *tuis pleriſque in bonis ille vir M. Scauro & L. Craſſo Coſſ. non obtinuerit.* ſenſus ſanè inde reſultat egregius, reformato *tuis* in *ſuis*, rejectoque *ille vir.* ut bina faciat legum genera Druſi; bona & mala. ne in bonis quidem inquit obtinuit quæ voluit, anno quo conſul erat Scaurus, anno quo Craſſus. inſpexi obiter Faſtos; ſed nihil ſtatim ultrò occurrit. ſedere ad calculos, non libuit, neque adeo licuit; flagitatus nimium ab eis, qui jamdudum prodire Ciceronem debuiſſe, clamitant. & verò dum in ejus mari naviculor; naufragium vitæ fecerunt Bongarſius, Rittershuſius, Caſaubonus, Velſerus, Freherus, Petavius, Vulcanius amiciſſima illa mihi capita. itaque ejuſdem fere cum pleriſque ætatis; ad portum adſpirem oportet, niſi amem item exanimis ejici ad littus. *Grut.*

expulſum? qui licuit? ſed tamen ne id quidem eſt ſcriptum, ut exirem? pœna eſt, qui receperit: quam omnes neglexerunt. ejectio nuſquam eſt. Verùm ſit. [75] quid? operum publicorum exactio: [76] quid? nominis inſcriptio, q tibi num aliud videtur eſſe, ac meorum bonorum direptio: præterquàm quòd ne id quidem per legem Liciniam, ut ipſe tibi curationem ferres, facere potuiſti? Quid hoc ipſum, quod nunc apud pontifices agis, te meam domum conſecraſſe, te monumentum feciſſe, in meis ædibus te ſignum dedicaſſe, eaque r te ex una rogatiuncula feciſſe: [77] unum & idem videtur eſſe, atque id, quod de me ipſo nominatim tuliſti?

q num tibi non *MS.*

r re *MS.*

Tam hercule eſt unum, quàm quod idem tu lege una tuliſti: ut Cyprius rex, cujus majores huic populo ſocii atque amici ſemper fuerunt, cum bonis omnibus ſub præcone ſubjiceretur, & exſules Byzantium reducerentur. Eidem, inquit, utraque de re negotium dedi. ſed quid, ſi eidem negotium dediſſes, [78] ut in Aſia ciſtophorum flagitaret, 52

75. *Quid operum publicorum exactio.*] Obſcurum eſt, quid dicat; dici tamen hoc arbitror: cum id, quod in publicata & everſa Ciceronis domo ædificatum fuerat, (id autem quid eſſet ſatis infra oſtenditur) Clodius à conductoribus exegiſſet, id ei facere non licuiſſe: cum opera publica ab iis exigi ſolerent, qui ei muneri publicè præpoſiti eſſent. *P. Manut.*

76. *Quid nominis inſcriptio, tibi num aliud videtur eſſe, ac meorum bonorum direptio.*] Ita Pantagat. interpungit, & pro *direptio* legit *ereptio.* Urſin.

77. *Unum & idem videtur eſſe, atque id.*] Franc. Dreſd. ed. prim. *Unum & idem ratione videtur eſſe.* Latinè quidem dicitur *ratione facere, ratione peccare.* Sed *videtur eſſe ratione idem*, nunquam placebit palato Latino; cui magis arrideret, *videtur una eademque eſſe ratio.* Nolui itaque recedere à vulgatis. *Gravius.*

78. *Ut in Aſia Ciſtophorum flagitaret.*] Ant. Auguſtinus interponit *millies* inter verba *ciſtophorum* & *flagitaret*, quod facit ad elegantiam, non ad intelligentiam: Quando enim umquam Pop. Rom. aut ſenatus cuiquam magiſtratui ſive urbano ſive Provinciali negotium dedit flagitandi quicquam? quare ſi voluerimus ſanare hunc locum, alio prorſus remedio opus eſt: Aliud enim nobis verbum erit recipiendum, & pro *flagitaret*, vel *factitaret*, vel aliud ſimile reponendum. Paullo poſt, *cum Roma deceſſiſſet*, rectiſſime *Roma* legit Ant. Auguſtinus. ſed Pantagathus totum hunc locum ita legebat: *ut in Aſia ciſtophorum exæquaret. inde iret in Hiſpaniam, cum Româ deceſſiſſet*, &c. *Urſin.* *Ut ciſtophorum flagitaret*, hoc eſt ut juberet in vectigalibus & tributis pendendis non alia pecunia uti Aſiaticos, quam ciſtophoris. ſic hunc locum intelligo. Ciſtophoros dictos eſſe nummos, quod ciſta myſtica fuerint inſigniti, docet

 am-

gitaret, inde iret in Hiſpaniam: cùm [s] Roma deceſſiſſet, conſulatum ei petere liceret: cùm factus eſſet, provinciam Syriam obtineret? quoniam de uno homine [t] ſcriberes, una res eſſet?

[s] inde *Lamb.*
[t] ſcriberet *MS.*

53 Quòd ſi jam populus Romanus de iſta [v] re conſultus eſſet, [x] & non omnia per ſervos latroneſque geſſiſſes, nonne fieri poterat, ut populo de Cyprio rege placeret, de exſulibus [y] Byzantinis diſpliceret? Quæ eſt quaſi alia vis, quæ ſententia Cæciliæ legis & Didiæ, niſi hæc, ne populo neceſſe ſit in conjunctis rebus compluribus, aut id, quod nolit, accipere: aut id, quod velit, repudiare? Quid, ſi per vim tuliſti? tamenne lex eſt? aut quidquam jure geſtum videri poteſt, quod per vim geſtum eſſe conſtet? an, ſi in ipſa latione tua, capta jam urbe, lapides jacti, ſi manus collata non eſt, idcircò tu ad illam labem atque eluviem civitatis ſine ſumma vi pervenire potuiſti?

P. CCXXIV.
[v] lege *Lamb.*
[x] nec omn. *Grav.*
[y] *alii* Byzantiis.

54 XXI. Cùm in [z] tribunali Aurelio conſcribebas palàm non modò liberos, ſed etiam ſervos, ex omnibus vicis concitatos, vim [a] tum videlicet non parabas. cùm edictis tuis tabernas claudi jubebas, non vim imperitæ multitudinis; ſed hominum honeſtorum modeſtiam prudentiamque quærebas. cùm arma in ædem Caſtoris comportabas, nihil aliud, niſi ut ne quid per vim agi poſſet, machinabare. cùm verò gradus Caſtoris convelliſti ac removiſti: tum, ut modeſtè tibi agere liceret, homines audaces ab ejus templi aditu atque adſcenſu repuliſti. cùm eos, [79] qui in conventu virorum bonorum [80] verba de ſalute mea fecerant, adeſſe juſſiſti, eorumque advocationem, manibus, ferro, lapidibus diſcuſſiſti: tum profectò oſtendiſti, vim tibi maximè diſplicere.

[z] tribunatu *MS.*
[a] tuam *MSS.*

Verum

amplisſimus Cuperus Obſervat. IV, 16. Æquat fere pretio ciſtophorus victoriatum Romanorum, ſeu denarii ſemiſſem, ut viri docti præceperunt. *Gravius.*

79. *Qui in conventu, virorum bonorum.*] MSS. & edd. vett. quas vidi, *qui conventu virorum*, hoc eſt cum convenisſent. Amant veteres nomina hujus inflexionis, ſic adhibere omiſſis præponendi particulis. Cic. 1. de Orat.: *Conſulatu devenimus in medium rerum omnium certamen*, pro in conſulatu. Suet. Octav. 44: *Motus injuriâ ſenatoris, quem Puteolis per celeberrimos ludos conſeſſu frequenti nemo receperat.* Vide plura hujus locutionis exempla, quæ notavi ad Suet. Octav. cap. 13. *Idem.*

80. *Verba de ſalute mea fecerant.*] Vetus liber *facerent.* Urſin.

81. *Per*

Verum hæc furioſa vis veſani tribuni plebis facilè ſuperari frangique potuit virorum bonorum vel virtute vel multitudine. Quid? cùm Gabinio Syria dabatur, Macedonia Piſoni, utrique infinitum imperium, ingens pecunia, ut tibi omnia permitterent, te adjuvarent, tibi manum, copias, tibi ſuos [b] paratos centuriones, tibi [c] pecunias, tibi familias compararent: te ſuis ſceleratis concionibus ſublevarent, ſenatus auctoritatem irriderent, equitibus Romanis mortem proſcriptionemque minitarentur: me terrerent minis: [d] mihi cædem & dimicationem denuntiarent: meam domum, refertam viris bonis, [81] per amicos ſuos [e] complerent: proſcriptionis metu me frequentia nudarent virorum bonorum; me præſidio ſpoliarent: ſenatum pro me non modò pugnare, [82] ampliſſimum ordinem; ſed etiam plorare & ſupplicare, mutata veſte, prohiberent: ne tum quidem vis erat? 55

b ſperatos *Grut.* P.B.
c pecuniam t. familiam *MS.*
d modo *MS.*
e terrore compl. *Grav.*

XXII. [83] QUID IGITUR ego geſſi, aut qui timor fuit? non dicam in me: fac me timidum eſſe naturâ: quid? illa tot virorum fortiſſimorum millia: [84] quid? noſtri equites Romani: quid? ſenatus: quid? denique omnes boni, ſi nulla erat vis, cur me flentes potiùs proſecuti ſunt, quàm aut increpantes retinuerunt, aut ita reliquerunt? An hoc timebam, ſi mecum ageretur more inſtitutoque majorum, ut poſſem præſens ſuſtinere? 56

Utrùm ſi dies dicta eſſet, judicium mihi fuit pertimeſcendum? an ſine judicio privilegium? judicium in cauſa tam turpi? ſcilicet [f] is homo ſum, qui, etiam ſi cauſa eſſet ignota, dicendo non poſſem explicare. an [g] eam cauſam probare non poteram, cujus tanta bonitas eſt, [85] ut ea ipſa non 57

f homo qui *MS.*
g quia *MS.*

81. *Per amicos ſuos complerent*] *Compilarent* habet vetus liber. *Urſin.*

82. *Ampliſſimum ordinem.*] Similem iterationem nuſquam me animadvertiſſe memini. Itaque ſi quis vetus codex reperietur, in quo ſic legeretur, *Ampliſſimum ordinem pro me non modo* &c. eam ſcripturam lubenter cum hac commutarem: ut vox *Senatus* ex gloſſa aſcita videatur. *Hotom.*

83. *Quid igitur ego geſſi.*] *Ceſſi* Pantagathus, à quo accepit Manutius. *Urſin.*

84. *Quid? noſtri equites Rom. &c.*] Haud aliter quoque S. Vict. & Pall. primores, recepta lectio, *quid? illi equi, illi equites Romani*, ridiculè, & præter edd. vett. *Gruter.*

85. *Ut ea ipſa non modo ſe, ſed etiam me abſentem probarit?*] Forte: *Ut ea ipſa ſi non modo præſente me, ſed etiam abſente, per ſe probarit?* Lambinus. *Sed etiam me abſentem probarit.*] Vulgo amplius, *abſentem*

non modò ſe, ſed etiam me abſentem probarit? an ſenatus, an ordines [h] ii, qui cuncta ex Italia ad me revocandum convolaverunt, ſegniores me præſente ad me retinendum & conſervandum fuiſſent in ea cauſa, quam ipſe jam parricida talem dicat fuiſſe, [86] ut me ab omnibus ad meam priſtinam dignitatem expetitum atque revocatum queratur?

h an ii *Vict.*

58 An verò [i] in judicio periculi nihil fuit: privilegium pertimui, ne, mihi præſenti ſi multa irrogaretur, nemo [k] intercederet? Tam inops autem ego eram ab amicis, aut tam nuda reſpublica à magiſtratibus? Quid? ſi vocatæ tribus eſſent, proſcriptionem non dicam in me, ita de ſua ſalute merito, ſed omnino in ullo civi comprobaviſſent? An, ſi ego præſens fuiſſem, veteres illæ copiæ conjuratorum, tuique perditi milites atque egentes, & [87] nova vis ſceleratiſſimorum conſulum corpori meo peperciſſent? qui cùm eorum omnium crudelitati ſcelerique ceſſiſſem, ne abſens quidem luctu meo mentes illorum ſatiare potui.

i ſi in *Græv.*
k non interc. *MSS.*
P. CCXXV.

59 XXIII. QUID ENIM vos uxor mea miſera violarat? quam vexaviſtis, raptaviſtis, omni crudelitate laceraviſtis? quid mea filia? cujus fletus aſſiduus ſordeſque lugubres vobis

tam per ſe prob. quas voculas abjeci ſuaſu Pal. noni. alia hic mollitur Lambinus, ſed ſine mſſ. miſer. *Gruterus.* Cur unius codicis ſuaſu duas has voculas, quarum tamen hic magna vis eſt & ἐνέργεια & ſuavitas etiam, Gruterus expunxerit, nulla juſta eſt cauſſa. Retinent eas omnes MSS. quos vidi, & vetuſtiores editiones. Pulchre dicitur & efficaciter, cauſſa non modo ſe ipſa, ſed etiam me abſentem per ſe ipſa probavit. *Per ſe ipſa* eſt ipſa ſola, ſine alius rei aut patroni adminiculo & ſubſidio. Sueton, Octav. 64: *Nepotes litteras, & natare, aliaque rudimenta per ſe plerumque docuit.* Jul. 58: *Neque ante in Britanniam transvexit, niſi ante per ſe portus & navigationem, & acceſſum ad inſulam exploraſſet.* Grævius.

86. *Ut me ab omnibus ad meam priſtinam dignitatem expectatum.*] Pantagathus legit *expetitum*, pro *expectatum.* Urſin.

87. *Nova vis ſceleratiſſimorum conſulum.*] *Nova vis conſulum,* quid ſit non intelligere me fateor. *Magna vis hominum* ſæpe legitur, ut apud Flor. I: *& ſtatim mira vis hominum.* MSS. hic recedunt ab editis. Dreſd. & ed. prima: *novatos nos ſceleratiſſimorum conſulum,* Hic quoque primo Francii debemus veræ ſcripturæ conſervationem, in quo legitur: *nova manus ſceleratiſſimorum conſulum.* Veſtigia hujus lectionis ſunt in Dreſdenſi & editione prima, ut vides. *Nova manus conſulum* novæ ſunt copiæ facinoroſorum, quos collegerant conſules ad vim faciendam cum veteribus copiis conjuratorum. Flor. II, 10. *Jam diebus, jam noctibus nova aliqua moles, nova machina, nova perditorum hominum manus &c. prodibat.* Grævius.

88. *Mi-*

vobis erant jucundæ; ceterorum omnium mentes oculoſque flectebant. quid parvus filius? quem quamdiu abfui, nemo niſi lacrymantem [l] confectumque vidit: quid fecerat, quòd eum toties per inſidias interficere voluiſtis? Quid frater meus? qui cùm aliquanto poſt meum diſceſſum ex provincia veniſſet, neque ſibi vivendum, niſi me reſtituto, putaret, cùm ejus mæror, ſqualor incredibilis & inauditus, omnibus mortalibus [88] miſerabilis videretur: quoties ex veſtro ferro ac manibus eſt elapſus?

[l] conf. deeſt in MS.

60 Sed quid ego veſtram crudelitatem expromo, quam in ipſum me ac meos adhibuiſtis: qui [m] parietibus, qui tectis, qui columnis ac poſtibus meis [n] horrificum quoddam & nefarium, omni imbutum odio bellum intuliſtis? non enim te arbitror, cùm poſt meum diſceſſum, omnium locupletium fortunas, omnium provinciarum fructus; tetrarcharum ac regum bona ſpe & avaritia devoraſſes, argenti & ſupellectilis meæ cupiditate eſſe cæcatum: non exiſtimo, [89] Campanum illum conſulem cum ſaltatore collega, cùm alteri totam Achaiam, Theſſaliam, Bœotiam, Græciam, Macedoniam, omnemque barbariam, bona civium Romanorum condonaſſes: alteri Syriam, Babylonem, Perſas, integerrimas pacatiſſimaſque gentes ad diripiendum tradidiſſes; illos tam cupidos liminum meorum, & columnarum, & valvarum fuiſſe. P. B.

[m] his par. MS.
[n] hoſtificum MSS.

61 Neque porrò illa manus, copiæque Catilinæ, [90] cæmentis ac teſtis tectorum meorum ſe famem ſuam expleturas

88. *Miſerabilis videbatur.*] *Videretur* Pantagathus. *Urſin.*

89. *Campanum conſulem.*] Piſonem: qui, quo anno conſul Romæ eodem Capuæ, quam ſuperiore anno coloniam C. Cæſar conſul fecerat, duumvir cum Pompejo fuit, unde in oratione contra ipſum: *Seplaſia mehercule, ut dici audiebam, te ut primum adſpexit, Campanum conſulem repudiavit.* Et poſt red. ad Quir. *Capuæne te putabas, in qua urbe domicilium quondam ſuperbiæ fuit, conſulem eſſe ſicut eras eo tempore, an Romæ, in qua civitate omnes ante vos conſules ſenatui paruerunt?* P. Manut.

90. *Cæmentis ac teſtis tectorum meorum.*] Vetus editio habebat *tectis.* itaque recepi *teſtis:* quod erat in Pal. nono, in Erfurd. in S. Victoris. recentius cuſi ſubſtituerunt *tegulæ*, quod in nullo eſt Pal. qui mediam oſtentant lectionem. *Gruter.* *Teſtæ*, ſunt *teſtacei lateres*, ut vocantur à Vitruvio, qui Græcis dicuntur κέραμοι, quod coquerentur. Iis nonnunquam domus tegebantur, unde & tectum κέραμον vocarunt, ut docuit Salmaſius, cui hæc debes, ad Solinum. In primo Francii ſcribitur *tectis*, ſed illa ipſa manus appoſuerat al, *tignis*, quod & in aliis libris reperiſſe viros doctos

turas putaverunt. Sed, ut hoſtium urbes, [91] nec omniu hoſtium, verùm eorum, quibuſcum acerbum bellu [o] inteſtinumque ſuſcepimus, non prædâ adducti, ſed od ſolemus [p] excipere, quòd, in quos propter eorum crud litatem inflammatæ mentes noſtræ fuerunt, cum horu etiam tectis ac ſedibus reſidere aliquod bellum ſemper v detur: * *

o internecivum *Grut.*
p excidere *alii*, exſcindere *Lamb.*

62 XXIV. NIHIL ERAT latum de me; non adeſſe era juſſus; [92] non citatus, abfueram: eram etiam tuo judici civis incolumis, cùm domus in Palatio, villa in Tuſcula no, altera ad alterum conſulem transferebatur; [93] ſen tusconſulta volabant: columnæ marmoreæ ex ædib meis, inſpectante populo Romano, ad ſocrum conſu portabantur: in fundum autem vicini conſulis non [q] in ſtrumentum, aut ornamenta villæ, ſed etiam arbores tran ferebantur: cùm ipſa villa non prædæ cupiditate (qui enim erat prædæ?) ſed odio & crudelitate funditus eve teretur, domus ardebat in Palatio non fortuitò, ſed [r] obla to incendio: [s] conſules epulabantur, & in conjuratoru gratulatione verſabantur, cùm alter ſe Catilinæ delicia alter Cethegi conſobrinum fuiſſe diceret.

q modo inſtr. *alii*,
r allato *MS.*
ſ conſul epulabatur e. i. c. g. verſabatur *MS.*

63 Hanc ego vim, pontifices, hoc ſcelus, hunc furore meo corpore oppoſito, ab omnium bonorum cervicibu depuli, omnemque impetum diſcordiarum, omnem di collectam vim improborum, quæ inveterata, compreſſ odio atque tacito, jam erumpebat, [94] nacta tam aude

co

Manutii editio, ut ceteras taceam, oſtendit. quod ſane non con temnendum. Tignis ſuſtinetur tectum ac lacunaria. *Grav.*

91. *Nec omnium hoſtium.*] Forte legendum *nec communium ho ſtium*, quod reſtat in Pal. nono, admiſſa præterea altera ſcriptu ra; *ſic nec communium vel omnium hoſtium &c.* Grut.

92. *Non citatus. abfueram.*] Sic diſtinguendum ac legendum e S. Victoris, in quo *afueram*; quod ab aliis male mutatum in *a fueram*, quomodo edd. vet. & mſſ. plerique. recentiores enim *non citatus fueram.* Idem.

93. *Senatum conſules vetabant.*] *Vocabant* habet Manuſcriptus li ber. pro Sextio, *Senatum conſules, credo, vocaſſent.* Urſin. *Senatu conſulta volabant.*] Exhibui quod erat in Erfurd. neque abit Pal nonus, quàm quod is *Senatus conſ. volabant.* Pal., alii, *Senatus con ſules vocabant.* vetuſtè cuſi, *Senatus conſules vocabant*, poſterio *Senatum Conſules vetabant.* Grut.

94. *Nacta tam audacis duces.*] Emendatio manavit à Mureto li bro VI. Var. Lect. cap. 19. nec recedit Pal. nonus, quàm quo is, *nactam audacis ducis.* Vulgata, *in actum tam audacis duc.* Idem

95. Eſt

duces, excepi meo corpore. in me uno conſulares fa- [t] jactæ manibus tribuniciis: in me omnia, quæ ego ondam [v] retuderam, conjurationis nefaria tela adhæ- unt. Quòd ſi, ut multis fortiſſimis viris placuit, vi & nis contra vim decertare voluiſſem: aut viciſſem cum agna internecione improborum, ſed tamen civium; aut, terfectis bonis omnibus, quod illis optatiſſimum erat, à cum republica concidiſſem.

t jactatæ *MS.*
P. CCXXVI.
v contuderam *MS.*

Videbam, vivo ſenatu populoque Romano, celerem 64
ihi ſumma cum dignitate reditum: nec intelligebam fie- diutiùs poſſe, ut mihi non liceret eſſe in ea republica, am ipſe [x] ſervaſſem. quòd ſi non liceret: audieram, & gerant, clariſſimos noſtræ civitatis viros ſe in medios ſtes ad perſpicuam mortem pro ſalute exercitus injeciſſe, ego pro ſalute reipublicæ univerſæ [96] dubitarem hoc me- re conditione eſſe, quàm Decii? quòd illi ne auditores idem ſuæ gloriæ, ego etiam ſpectator meæ laudis eſſe tuiſſem.

x conſervaſſ. *MS.*

XXV. ITAQUE [y] infractus furor tuus [z] inanes faciebat petus. omnem enim vim omnium ſceleratorum acerbi- am mei caſus exceperat. non erat in tam immani injuria, ntisque ruinis novæ crudelitati locus. [97] Cato fuerat pro- 65
ximus.

y fractus *ed. pr.*
z immanes *Gul.*

95. *Ego pro ſalute Reip. univerſa dubitarem? Hoc meliore.*] Mini- e hæc diſplicent, ac potius præclare ſe videntur habere. Vene- autem ſic: *Ego pro ſalute Reip. univerſa, dubitarem hoc meliore ditione eſſe quam Decii, quod illi ne auditores quidem ſuæ gloriæ,* tc. *Camer.*

96. *Dubitarem hoc meliore conditione eſſe, quàm Decii?*] Diſtinctio me eſt. Lambinus non ſe expediit ſine mutatione vocis. *Grut.* iſtinctionem Gruteri non probo, ſed illam quam Francii liber veteres editiones retinent. *Dubitarem? hoc meliore conditione, am Decii*, aut ut Dreſd. ed. prima, & ceteræ omnes ante Vi- orianam: *Dubitarem? hoc meliore conditione quam Decius, quod e ne auditor quidem ſua gloria, ego etiam ſpectator mea laudis eſſe uiſſem.* Spero Victorianæ ſcripturæ auctores eſſe vetuſtiores li- ros, præſertim cum nihil de Palatinorum varietate moneat Gru- us, itaque nihil muto, niſi quod priſtinam diſtinctionem re- ituerim, & τὸ *eſſe* deleverim, quod in nullo eſt vetuſtiore, & ntentia, cum abeſt, venuſtior eſt meo judicio. *Grav.*

97. *Cato fuerat proximus &c.*] Adhæſimus mſſ. noſtris Pall. qui- s paria fere faciebant vetuſtius cuſa exemplaria. Lambinus ltra admiſcuit quorum nihil exſtat in noſtris. ſed & Henrici tephani mſ. mihi heic nimium quàm ſuſpectus eſt. *Gruter.* Un- tamen non colligo an auctoritate Pall. & volente Grutero ex- lerit τὸ *omnibus*; quam vocem ante τὸ *moribus* habent omnes lii. *Gron.*

98. Vt

ximus. quid ageres? non erat, [98] ut qui modus omnib moribus fuerat, idem eſſet injuriæ. quid? poſſes extrdere ad Cypriam pecuniam. præda perierit. alia non d erit: hunc modò amandandum eſſe. Sic M. Cato, [a] invi ſus, quaſi per beneficium, Cyprum relegatur. ejiciunt duo, quos improbi videre non poterant: alter per honorem turpiſſimum: alter per honeſtiſſimam calamitatem.

a invitus *Lamb.*

66 Atque, ut ſciatis, non hominibus iſtum, ſed virtutib hoſtem ſemper fuiſſe: me expulſo, Catone amandato, i eum ipſum ſe convertit, quo auctore, quo adjutore, i concionibus, ea, quæ gerebat, omnia, quæque geſſ rat, ſe [b] feciſſe & facere dicebat. Cn. [c] Pompejum, que omnium judicio longè principem eſſe civitatis videbat diutiùs furori ſuo veniam daturum non arbitrabatur. q ex ejus cuſtodia, per inſidias regis amici [d] filium, hoſtem captivum, ſurripuiſſet, & ea injuria virum fortiſſimu laceſſiſſet: ſperavit iiſdem ſe copiis cum illo poſſe conf gere, quibuſcum ego noluiſſem, bonorum periculo, di micare: & primò quidem, adjutoribus conſulibus: poſtea fregit fœdus [e] Gabinius: Piſo tamen in fide manſit.

b effeciſſe *MS.*
P. B.
c Pompejus *MSS.*
d filius, h. captivis *MS.*
e Gabinio, Piſoni *MS.* & *ed. pr.*

67 Quas iſte tum cædes, quas lapidationes, quas fugas fe cerit: [f] quàm facilè ferro, quotidianiſque inſidiis, cùm jam à firmiſſimo robore copiarum ſuarum relictus eſſet, Cn. Pompejum foro curiâque privarit, domûque co jecerit, vidiſtis. [99] ex quo judicare poteſtis, [1] quanta vi illa fuerit oriens & [g] congregata, cùm hæc Cn. Pompejum terruerit jam [h] diſtracta & exſtincta.

f qui *MS.*
g aggregata *ed. pr.*
h diſtricta *MSS.*

XXVI. Ho

98. *Ut qui modus omnibus moribus fuerat &c.*] Hæc verba & pro xime ſequentia aliter atque aliter in variis codicibus leguntu quorum varias lectiones hic adſcribere nihil attinet, præter uni Hotomanni, qui ita habet: *Ut qui mihi dux in omnibus meis re fuerat, ſocius idem eſſet injuriæ. quid? ejicere poſſes? non quid erg extrudere ad Cypriam pecuniam? præda perierit. alia non deerit;* *modò amandatus ſit.*

99. *Ex quo judicare poteſtis.*] Videtur melius eſſe in antiquo, *potuiſtis*. Urſin.

1. *Quanta vis illa fuerit oriens & congregata.*] Editio prima: *quanta vis illa fuerit oriens & aggregata.* quod cum ſine dubio ex code, unde illa eſt expreſſa, ſit profectum, non eſt contemnendum. Nam pro hoc minus trito ſuppoſuerunt alii ſive librarii ſive ſcioli pervulgatum *congregata*. Eſt autem *aggregata*, conjunct. Cic. 1. Catil. *Si ſecum ſuos eduxerit, eodemque ceteros undique coll ctos naufragos aggregaverit.* Alibi Cicero quoque hac voce utit Non tamen aliorum codicum ſcripturam damno. *Grav.*

2. *Nihil*

XXVI. HOC VIDIT in ſententia dicenda i Kalendis Januariis vir prudentiſſimus, & cùm reipublicæ, tum mihi, tum etiam veritati amiciſſimus, L. Cotta, qui legem de meo reditu ferendam non cenſuit: qui me conſuluiſſe reipublicæ; ceſſiſſe tempeſtati; amiciorem vobis ceteriſque civibus, quàm mihi ac meis exſtitiſſe; vi, armis, diſſenſione hominum ad cædem k inſtituta, novoque dominatu pulſum eſſe dixit: nihil de meo capite l potuiſſe ferri: 2 nihil eſſe inſcriptum, aut poſſe valere: omnia contra leges m moreſque majorum temerè, turbulentè, per vim, per furorem eſſe geſta. quòd ſi illa lex eſſet, 3 nec referre ad ſenatum conſules, nec ſententiam dicere ſibi licere: quorum utrumque cùm fieret, non oportere, ut de me lex ferretur, decerni: ne illa, quæ nulla eſſet, eſſe lex judicaretur. Sententia verior, gravior, utilior, melior reipublicæ nulla eſſe potuit. hominis enim ſcelere & furore notato, n ſimilis à republica labes in poſterum o demovebatur.

i III. Kal. MSS.

68

k inſtitutam MS.

l potuiſſet MSS.

m moremque MS.

n ſimul MS. & ed. pr.

o alii dimov.

Neque hoc Cn. Pompejus, qui ornatiſſimam de me ſententiam dixit, voſque, pontifices, qui me veſtris ſententiis auctoritatibuſque defendiſtis, 4 non vidiſtis, illam eſſe nullam, atque eſſe potiùs p flammam temporis, interdictum ſceleris, vocem furoris: ſed proſpexiſtis, ne qua popularis in vos aliquando invidia redundaret, ſi ſine populi judicio reſtituti videremur. eodemque conſilio, M. Bibuli, fortiſſimi viri, ſenatus ſententiam ſecutus eſt, ut vos de mea domo q ſtatueretis: non quòd dubitaret, quin ab iſto nihil legibus, nihil religionibus, nihil jure eſſet actum: ſed ne quis oriretur aliquando in tanta ubertate improborum, qui in meis ædibus aliquam religionem reſidere diceret. nam legem quidem iſtam nullam eſſe, quotieſcumque de me ſenatus ſententiam dixit, toties judicavit: quoniam quidem ſcripto illo iſtius ſententiam dicere r vetabatur. Atque hanc rem par illud ſimile, Piſo & Gabinius, vidit. Homines legum judiciorumque metuen-

69

P. CCXXVII.

p flamma ed. pr.

q ſtatueritis alii.

70

r alii videbatur Goth. jubebatur.

2. *Nihil eſſe inſcriptum.*] *Jure ſcitum* Pantagathus. Infra dixit, *jure actum*. Urſin.

3. *Nec referre ad ſenatum.*] Nam quoddam legis caput Clodius curiæ poſte fixerat, ne referri neve dici liceret. ad Attic. III, ep. 15. & in ea poſt Redit. in Senatu. *Hotom.*

4. *Non vidiſtis illam eſſe nullam.*] Pro *illam* legebat Pantagathus *eam*. Urſin.

5. *Nunc*

tuentes, cùm frequentiſſimus ſenatus eos, ut de mi
ferrent, quotidie flagitaret, non ſe rem improbare d
bant, ſed lege iſtius impediri. f Erat hoc verum. nam i
pediebantur, verùm ea lege, quam idem t iſte de Ma
donia Syriaque tulerat.

f Erat *deeſt in MS.*
t iſte *non eſt in MS.*

XXVII. HANC TU, P. Lentule, neque privatus,
que conſul legem eſſe umquam putaſti. nam tribunis pl
referentibus, ſententiam de me deſignatus conſul ſæpe
xiſti: ex Kalendis Januariis, quoad perfecta res eſt,
me retuliſti, legem promulgaſti, tuliſti: quorum tibi,
eſſet illa lex, nihil liceret. At etiam Q. Metellus, coll
tuus, vir clariſſimus, quam legem eſſe homines v alien
ſimi à P. Clodio, x judicarant, Piſo & Gabinius, e
nullam eſſe frater P. Clodii, cùm de me ad ſenatum tec
unà retulit, judicavit.

v alieniſſimam *MSS.*
x judicarent *MSS.*

71 Sed y iſti, qui Clodii leges timuerunt, quemadmodu
ceteras obſervarunt? Senatus quidem, cujus eſt gravi
mum judicium de jure legum, quotieſcumque de me co
ſultus eſt, toties eam nullam eſſe judicavit. quod idem tu
Lentule, vidiſti in ea lege, quam de me tuliſti. nam no
eſt ita latum, ut mihi Romam venire liceret, ſed UT V
NIREM. non enim voluiſti, id, quod licebat, ferre,
liceret: ſed me ita eſſe in republica, magis ut z arceſſi
imperio populi Romani viderer, quàm ad a adminiſtra
dam civitatem reſtitutus.

P. B.
y vero iſti *MS.*
z accerſitus *ed. vet.*
a *alii* miniſtr.

72 s Hunc tu etiam, portentoſa peſtis, exſulem appella
auſus es, cùm tantis ſceleribus eſſes b & factis notatu
ut omnem locum, quò adiſſes, exſilii ſimillimum redd
res? quid eſt enim exſul? ipſum per ſe nomen calami
tis, non turpitudinis. Quando igitur eſt turpe? re ve
c quando eſt pœna peccati: opinione autem hominum
etiam ſi eſt pœna damnati. Utrùm igitur peccato meo d e
ſulis nomen ſubeo, an re judicata? Peccato? Jam neque
id dicere audes, quem iſti ſatellites tui felicem Catilin
nominant, neque quiſquam eorum, e qui ſolebant.
modò jam nemo eſt tam imperitus, qui ea, quæ geſſi
conſulatu, peccata eſſe dicat: ſed nemo eſt tam inimic
patriæ, qui non meis conſiliis patriam conſervatam eſſe
teatur.

b & factis *delet Grav.*
c quum *MS.*
d exulis *non eſt in MS.*
e qui ei ſ. *MSS.*

73 XXVIII. QUOD ENIM eſt in terris commune

s. *Hunc tu etiam pernicioſa peſtis.*] Liber manuſcriptus habet p
tentoſa, pro *pernicioſa*. Urſin.

na tantulumve conſilium, quod non de meis rebus ge-
ſtis ea, quæ mihi eſſent optatiſſima & pulcherrima, ju-
dicarit? Summum eſt populi Romani [f] populorumque f populorum MSS.
gentium omnium ac regum conſilium ſenatus. de-
crevit, ut omnes, qui rempublicam ſalvam eſſe vellent,
ad me unum defendendum venirent: oſtenditque, nec ſta-
re potuiſſe rempublicam, [6] ſi ego non fuiſſem, nec futu-
ram eſſe ullam, ſi non rediiſſem.

Proximus eſt huic dignitati ordo equeſter. [7] omnes 74
omnium publicorum ſocietates de meo conſulatu, ac de
meis rebus geſtis ampliſſima atque ornatiſſima decreta fe- P.CCXXVIII
cerunt. Scribæ, qui nobiſcum in rationibus monumentiſ-
que publicis verſantur, non obſcurum de meis in rempubli-
cam

6. *Si ego non fuiſſem, nec &c.*] Vulgata interjecit, *fuiſſem reſtitutus, nec &c.* ſed ea non eſt in S. Vict. aut Pal. nono. *Grut.* Pal. & S. Victoris liber hic eſt corruptus. Sententia hujus loci non patitur *reſtitutus* abeſſe. Num non ſtetiſſet reſpublica, ſi Cicero non fuiſſet, hoc eſt ſi fuiſſet mortuus, aut pro mortuo habitus? Nequaquam. Si non revocatus fuiſſet ab exilio, non potuiſſet reſpublica ſtare propter impunitatem tanti ſceleris, cum conſervatorem reipublicæ, hoc ipſo nomine, quod rempublicam ſervaſſet, in exilium expuliſſent homines ſcelerati, quæ ad majora audenda & ad evertendam totam rempublicam illos invitaſſet. Hinc idem dixit aliis verbis in iis, quæ ſtatim ſequuntur, *nec futuram eſſe ullam, ſi non rediiſſem*, & id toties in hac oratione & duabus præcedentibus dixit. *Grav.*

7. *Omnes omnium publicorum ſocietates.*] Recepta lectio *publicanorum*, ſed præter Palatinos omnes exemplarque S. Victoris. Sic Plautus Truculento: *Metuit publicos*, id eſt qui redemerunt opera publica. *Gruter.* Publicanos dictos eſſe *publicos*, non puto ullo poſſe declarari exemplo: dicebantur ii publicum *conduxiſſe*, hoc eſt vectigal. Locus Plauti, quem affert Gruterus non loquitur de publicanis, ſed de ædilibus plebis, ut olim docti viri obſervarunt. Dreſdenſis liber ſtat pro vulgatis. In editione prima corrupte ſcribitur, *populorum ſocietates*. In Franc. primo: *publicorum ſocietates*, ſed ſi non eadem, æque tamen vetuſta manus minoribus litteris adſcripſerat. al. *publicanorum*. quod reducendum duxi. Nam quamvis *publica* pro vectigalibus ponatur, ut apud Senecam ep. 101: *Qui ad publica quoque, nullum relinquens inexpertum genus quæſtus, acceſſerat.* hoc eſt, qui publicanus fuerat, & apud Ciceronem alio in loco, tamen quis ferat *vectigalium* aut, quod idem eſt, *publicorum ſocietates*, pro publicanorum. Perinde eſſet ac ſi quis diceret *vini* aut *librorum collegium*, pro vinariorum aut bibliopolarum collegium. Jam vero infinitis in locis Cicero commemorat *ſocietates publicanorum*, cur hic vocet *publicorum ſocietates*? Eſt librariorum hallucinatio, quam non debebat Gruterus arripere. *Grav.*

8. *Aut*

cùm beneficiis ſuum judicium decretumque eſſe voluerunt. Nullum eſt in hac urbe collegium, nulli pagani, [8] aut montani [9] (quoniam plebei quoque urbanæ majores noſtri [10] conventicula, & quaſi g conſilia quædam eſſe voluerunt) qui non ampliſſimè non modò de ſalute mea, ſed etiam de dignitate decreverint.

g concilia *MS.*

75 Nam quid ego illa divina atque immortalia municipiorum, & coloniarum, & totius Italiæ decreta commemorem, quibus, tamquam gradibus, mihi videor in cælum adſcendiſſe, non ſolùm in patriam revertiſſe? [11] Ille verò dies quis fuit, cùm te, P. Lentule, legem de me ferentem [12] populus Romanus ipſe vidit, ſenſitque, quantus, & quanta dignitate eſſes? conſtat enim nullis umquam comitiis, campum Martium tanta celebritate, tanto ſplendore omnis generis hominum, ætatum, ordinum floruiſſe. Omitto civitatum, nationum, provinciarum, regum, orbis denique terrarum de meis h in omnes mortales meritis unum judicium, unumque conſenſum: adventus meus atque introitus in urbem qui fuit? utrùm me patria ſic accepit, ut lucem ſalutemque redditam ſibi ac reſtitutam accipere debuit, an ut crudelem tyrannum? quod vos Catilinæ gregales de me dicere ſolebatis. Itaque ille unus dies, quo-

h immortalibus *MSS.*

8. *Aut montani.*] Qui illi ex plebe Romana montani, diſtincti à paganis? Romæ in montibus habitabant plerumque propter aëris ſalubritatem cives beatiores, unde dicebantur deſcendere, cum prodirent, ut alibi notavimus. populus vero debebat in plano, & vallibus, qui inter illos erant montes. Cogitabam viliores cives forte habitaſſe in Janiculo, Vaticano, aut in Aventino, qui tum erat extra pomœrium urbis, eoſque dictos eſſe montanos, ſed qui illorum meminerit præter Tullium hoc in loco non invenio, nec ſatis cauſſæ video, cur illi præcipue commemorentur. Ampliandum itaque cenſeo. *Grav.*

9. *Quoniam plebi quoque urbanæ mores noſtri conven.*] Melius, in Venetis, *Majores noſtri conven.* Camer.

10. *Conventicula.*] A Numa rege inſtituta, ut Plutarchus, Plinius & Florus teſtantur. *Hotom.* Vide de his collegiis & conventiculis opificum & artificum Sigon. de Antiquo Jure civium Romanorum lib. II, cap. 12. *Grav.*

11. *Ille vero dies qui fuit? Tum te, P. Lentule legem de me ferente populus Romanus ipſe ſe vidit ſenſitque quantus & quanta dignitate eſſet.*] Ita hunc locum correxit Faërnus, partim conjectura ductus, partim veteres libros ſecutus. *Urſin.*

12. *Populus Rom. ipſe vidit ſenſitque &c. eſſes.*] Arridet Faërni conjectura: *ipſe ſe vidit, ſenſitque &c. eſſet.* ſed ita nulli ſcripti; qui ferè deſtituuntur præterea illo *ipſe*, præferuntque *eſſem.* Grut.

13. *Hos*

no die me populus [i] Romanus à porta in Capitolium, at-
ue inde domum ſua celebritate lætitiâque comitatum
oneſtavit, tantæ mihi [k] jucunditati fuit, ut tua mihi con-
elerata illa vis non modò non propulſanda, ſed etiam
menda fuiſſe videatur. Quare illa calamitas (ſi ita eſt ap-
llanda) excuſſit hoc genus totum maledicti, ne quiſquam
deat jam reprehendere conſulatum meum tot, tantis,
m ornatis judiciis, teſtimoniis, auctoritatibus compro-
atum.

i à Roma in Cap. *MS.*

k jocund. *MS.* & *ſic ſemper.*

P. R.

XXIX. Quòd ſi in iſto tuo maledicto probrum non modò mihi nullum objectas, ſed etiam laudem illuſtras meam; quid te aut fieri, aut fingi dementius poteſt? uno enim maledicto, bis à me patriam ſervatam eſſe [l] concedis: ſemel, cùm id feci, quod omnes non negent immortalitati, ſi fieri poteſt, mandandum, tu ſupplicio puniendum putaſti: iterum, cùm tuum multorumque propter te inflammatum in bonos omnes impetum, meo corpore excepi, ne eam civitatem, quam ſervaſſem inermis, armatus in diſcrimen [m] adducerem. Eſto, non fuit in me 77 pœna ulla peccati. at fuit judicii. Cujus? quis me umquam ulla lege interrogavit? quis poſtulavit? quis diem dixit? poteſt igitur damnati pœnam ſuſtinere indemnatus? [13] hoc tribunicium eſt? hoc populare? quamquam ubi tu te popularem, [14] niſi cum pro populo feciſti, [n] potes [o] dicere? Scilicet cùm hoc juris à majoribus proditum ſit, ut nemo civis Romanus aut libertatem aut civitatem poſſit amittere, niſi ipſe auctor factus ſit? quod tu ipſe potuiſti in tua cauſa diſcere. credo enim, quamquam in illa adoptione legitimè factum eſt nihil, tamen te eſſe interrogatum, AUCTORNE ESSES, UT IN TE P. FONTEIUS VITÆ NECISQUE POTESTATEM HABERET, UT IN FILIO. Quæro, ſi aut negaſſes, aut tacuiſſes, ſi tamen id [15] xxx. curiæ juſſiſſent, num id juſſum eſſet ratum?

l concedas *MS.*

m advocarem.

n poteſt *alii.*

o deſinere cives eſſe, cum hoc *Lamb.*

13. *Hoc tribunicium eſt, hoc populare eſt.*] Optime, ut videtur, legebat Fantagathus, *hoc tribunicium, hoc populare eſt.* Urſin.

14. *Niſi cum pro populo feciſti.*] Si ſequimur ſcripta exemplaria, tollenda ſyllaba *pro*. in nullo enim noſtrorum viſitur. In antecedenti proximè quædam addidi, quædam delevi; ſed membranis iiſdem auctoribus. *Grut.*

15. xxx *Curia.*] Curiata lex quemadmodum ferretur vide in Indice, *Lex curiata.* Hotom. In prim. Franc. ſcribitur xxx *cives.* quod non improbem. Nam loco xxx curiarum, tum xxx lictores ferebant legem curiatam, ut nemo ignorat. *Gravius.*

 16. Te-

ratum? certè non. quid ita? quia juſsà majoribus noſtris, qui non fictè & fallaciter populares, ſed verè & ſapienter fuerunt, ita [p] comparatum eſt, ut civis Romanus libertatem nemo [q] poſſit invitus amittere. Quinetiam, ſi decemviri ſacramentum in libertatem injuſtum judicaſſent, [16] tamen, quotieſcumque vellet quis, in hoc [17] genere ſolo rem judicatam referre poſſe voluerunt. Civitatem verò nemo umquam ullo populi juſſu amittet invitus.

p comparandum MS.

78

q poſſet idem MS.

P. CCXXIX.

XXX. Qui cives Romani in colonias Latinas proficiſcebantur, fieri non poterant Latini, [r] qui non erant auctores facti, nomenque dederant. qui erant rerum capitalium condemnati, non priùs hanc civitatem amittebant, quàm erant in eam recepti, quò vertendi, hoc eſt, mutandi ſoli cauſa venerant. id autem ut eſſet faciundum, non ademptione civitatis, ſed tecti, & aquæ, & ignis interdictione faciebant.

r qui erant MSS.

79 Populus Romanus, L. Sulla dictatore ferente, comitiis centuriatis, municipiis civitatem ademit: ademit iiſdem agros. de agris ratum eſt: (fuit enim populi poteſtas) de civitate, ne tamdiu quidem valuit, quamdiu illa Sullani temporis arma valuerunt. [18] Hanc verò Volaterranis, cùm etiam tum eſſent in armis, L. Sulla victor, republicâ recuperatâ, comitiis centuriatis, civitatem eripere non potuit: hodiéque Volaterrani non modò cives, ſed etiam optimi cives, fruuntur nobiſcum ſimul hac civitate. Conſulari homini P. Clodius, everſâ republicâ, civitatem adimere

16. *Tamen, quotieſcunque vellet quis, hoc in genere ſolo rem judicatam referri poſſe voluerunt.*] Ita Faërnus hunc locum correxit veterum librorum auctoritatem ſecutus, in quibus eſt pro *ſolo rem*, *ſororem*. Ant. Auguſtinus & Pantagathus, ex vulgata lectione delent *ſe*, ſed Faërni correctio magis placet. *Urſin.*

17. *Genere ſolo rem judicatam referre poſſe voluerunt.*] Eſt à conjectura Faërni, quam admiſit P. Manutius. nam Rom. liber, item S. Vict. & Pal. nonus, *genere ſororem jud.* vulgò, *genere ſe rem judic. &c.* Grut.

18. *Hanc vero Volaterranis.*] Cum in libris vulgatis ſæpe me offendiſſet hic locus, qui in eis ita legitur, *hanc vero*, &c. levi immutatione facta, pro, *hanc*, *an*, repoſui. quo facto totum locum facilem ac planum reddidi. Eſt autem argumentum à majori. Sulla non potuit Volaterranis civitatem adimere, &c. Clodius Ciceroni conſulari, potuit? Admonendus autem lector eſt, ubi libri vulg. habent, *ſe illo die confirmavit Romæ non fuiſſe?* manuſcriptos habere, *ſe illo d. confirmat R. n. f.* Et infra, ubi illi, *pernoctans*: hos habere *pernoctaſſe*. Lambin.

mere potuit, concilio advocato, conductis operis non ſolùm egentium, ſed etiam ſervorum, [19] Sedulio principe, qui ſe illo die ſ confirmavit Romæ, non fuiſſe?

t Quòd ſi non fuit, [20] quid te audacius, [21] qui in ejus 80
nomen incideris? quid deſperatius, qui ne ementiendo quidem potueris auctorem adumbrare meliorem? v ſin autem x is primus ſcivit, quod facilè potuit, propter inopiam tecti, in foro pernoctans: [22] cur non juret ſe Gadibus fuiſſe, cum tu te fuiſſe Interamnæ probaveris? Hoc tu igitur, homo popularis, jure munitam civitatem & libertatem noſtram putas eſſe oportere, ut, ſi, tribuno plebis rogante, VELITIS, y JUBEATISNE, Sedulii centum ſe velle & jubere dixerint, poſſit unuſquiſque noſtrûm amittere? Tum igitur majores noſtri populares non fuerunt, qui de civitate & libertate ea jura ſanxerunt, quæ nec vis temporum, nec z potentia magiſtratuum, [23] nec res tum judicata, nec denique univerſi populi Romani poteſtas, quæ ceteris in rebus eſt maxima, labefactare poſſit. An tu etiam, ereptor civitatis, 81
[24] le-

ſ confirmat *Grav.*
t Qui ſi *MS.*
v ſi *MS.*
x in primis *MS.*
y JUBEATISVE *alii.*
P. B.
z impotentia *Gul.*

19. *Sedulio principe, qui ſe illo die confirmavit.*] Gembl. & Turing. *Fidulio principe, Quæſtoris filio, qui ſe.* ex quo fingit Gulielmius, *Q. F.* ſed ego putarim illud *filio*, natum ex *ſe illo*; ſanè Pal. nonus tantum habet *Fiduli principe filio illo diem confirmat*, & verò *Fidulius* iſte poſtea recipitur ab omnibus Pall. & S. Vict. ut excludendus hinc non videatur. *Grut.*

20. *Quibus te audacius, qui in ejus nomen incideris.*] Ant. Auguſtinus, *qui in æs ejus nomen incideris:* Pantagathus eandem retinet lectionem, ſed *ejus* in *æs* commutato. Uterque autem acutiſſime emendarunt, qui ſcirent prærogativæ auctorem in æs incidi ante legem ſolere. *Urſin.*

21. *Qui in æs ejus nomen incideris.*] Eſt rurſus à conjectura P. Manutii aut Faërni. nam editi, *qui in ejus nom. incid.* Pal. nonus habet: *quis ei nom. inc.* reliqui, *qui ejus nomen incideris*, quod ultimum placere cui poſſet, ut ſubintelligeretur, alterum in æs, in tabulas ærarii, aut ſimile quid. *Grut.*

22. *Cur non juret ſe Gadibus fuiſſe.*] Ant. Auguſtinus, *in gradibus* legit: quam lectionem retinerem, ſi Sedulius affirmaret ſe Romæ fuiſſe & primum ſciviſſe: ſed cum negaret ſe Romæ fuiſſe, eſſetque fortaſſe oriundus Gadibus, acute contulit Cicero Interamnam Gadibus. Præter hanc neceſſariam rationem eſt mihi ſuſpectum *in gradibus:* nam ſi hæc Comitia Clodiana habita ſunt in Foro, puto potius, in Comitio, quam in alia Fori parte: Gradus vero Aurelii, qui erant ad ædem Caſtoris, diſtabant à Comitio tota Fori longitudine. *Urſin.*

23. *Nec res tum judicata.*] Pantagathus legebat *tam:* & paullo poſt, pro *tamen ſi* legebat *tametſi* Urſin.

[24] legem de injuriis publicis tuliſti Anagnino neſcio cui Menulæ, per gratiam, qui tibi ob eam legem ſtatuam in meis ædibus poſuit; ut locus ipſe in tua tanta injuria legem & inſcriptionem ſtatuæ refelleret. quæ res municipibus Anagninis ornatiſſimis multo majori dolori fuit, quàm quæ idem ille gladiator ſcelera Anagniæ fecerat.

XXXI. QUID, SI ne ſcriptum quidem [a] umquam eſt in iſta ipſa rogatione, quam ſe Sedulius negat ſciviſſe: tu hujus, ut acta tui præclari tribunatus hominis dignitate
82 [b] cohoneſtes, auctoritatem amplecteris? Sed, [c] tametſi nihil de me tuliſti, quo minùs eſſem non modò in civium numero, ſed etiam in eo loco, in quo me honores populi Romani [d] collocaverunt: tamenne eum tua voce violabis, quem poſt nefarium ſcelus conſulum ſuperiorum, tot vides judiciis ſenatus, populi Romani, [e] totius Italiæ honeſtatum? quem ne [f] tum quidem, [g] cùm aberam, negare poteras eſſe tua lege ſenatorem? Ubi enim tuleras, ut mihi aqua & [h] igni interdiceretur? quod Gracchus de P. [i] Popillio, Saturninus de Metello tulit. homines ſeditioſiſſimi de optimis ac fortiſſimis civibus non, ut eſſet interdictum, quod fieri non poterat, tulerunt, ſed ut interdiceretur. Ubi caviſti, ne meo me loco cenſor in ſenatum legeret? [25] quod de omnibus, etiam [k] quibuſdam damnatis interdictum eſt, ſcriptum eſt in legibus.
83 Quære hoc è Sex. Clodio, ſcriptore legum tuarum: jube adeſſe: latitat omnino: ſed ſi requiri juſſeris, [l] invenient hominem apud ſororem tuam, occultantem ſe capite demiſſo. Sed ſi patrem tuum, [m] civem medius fidius, egregium diſſimilemque veſtri, nemo umquam ſanus exſulem appellavit, qui cùm de eo tribunus plebis promulgaſſet, adeſſe propter iniquitatem illius Cinnani temporis noluit, [26] eique imperium eſt abrogatum: ſi in illo pœna legi-

a uſquam *Gul.*
b honeſtes *MS. & ed. pr.*
c tamen ſi *alii.*
d collocarunt *alii.*
e & totius *MSS.*
f tu *MS.*
g cum ad horam *ed. pr.*
h ignis *alii.*
i Popilio *alii.*
k quibus damnatis *Lamb.*
l *novem ſeqq. voces deſunt in MS.*
P. CCXXX.
m civem *deeſt in ed. pr.*

24. *Legem de injuriis publicis tuliſti.*] Hæc & ſequentia verba, uſque ad: *ut acta tui præclari tribunatus*, in capite ſequenti in duobus MSS. & editione prima non reperiuntur, neque etiam *auctoritatem amplecteris*, quod ibidem paullo poſt ſequitur. *Grut.*

25. *Quod de omnibus, etiam quibuſdam damnatis interdictum eſt.*] Pantagathus pro *quibuſdam* emendabat, *civibus jam*, & recte, u videtur. *Urſin.*

26. *Eique imperium eſt abrogatum.*] Sic editiones poſteriores. ſe prima cum Dreſdenſi & Francii: *& æque imperium eſt abrogatum* Copulæ *que* hic nullum eſſe locum facile quivis, qui animum at tendet, intelliget. Corruptum eſſe locum varietas ſcripturæ i dica

legitima turpitudinem non habuit propter vim temporum: in me, cui dies dicta [n] numquam eſt, qui reus non fui, [n non eſt alii.] qui numquam ſum à tribuno plebis citatus: damnati pœna eſſe potuit, ea præſertim, quæ ne ipſâ quidem rogatione perſcripta eſt?

XXXII. AT VIDE, quid interſit inter illum iniquiſſimum patris tui caſum, & hanc fortunam conditionemque noſtram. 84
patrem tuum, civem optimum, clariſſimi viri filium, qui ſi viveret, qua ſeveritate fuit, tu profectò non viveres, L. Philippus cenſor avunculum ſuum præteriit in recitando ſenatu. nihil enim poterat dicere, quare rata non eſſent, quæ erant acta in ea republica, in qua ſe illis ipſis temporibus cenſorem eſſe voluiſſet. me L. [o] Cotta, homo cenſorius, in ſenatu juratus [p] dixit, ſe, ſi cenſor tum eſſet, cùm ego aberam, meo loco ſenatorem recitaturum fuiſſe. [o Coſta ed. pr.] [p dixit rei cenſor ed. pr.]

Quis in meum locum judicem ſubdidit? quis meorum amicorum teſtamentum diſceſſu meo fecit, qui mihi non idem tribuerit, quod & ſi adeſſem? quis me non modò civis, ſed ſocius recipere contra tuam legem & [q] juvare dubitavit? Denique univerſus ſenatus multo ante, quàm eſt lata lex, de me GRATIAS AGENDAS CENSUIT CIVITATIBUS IIS, QUÆ M. TULLIUM: tantumne? immò etiam, CIVEM OPTIME DE REPUBLICA MERITUM, RECEPISSENT. Et tu unus peſtifer civis, eum reſtitutum negas eſſe civem, quem ejectum, univerſus ſenatus non modò civem, ſed etiam egregium civem ſemper putavit? 85 [q jurare MSS.]

At verò, ut annales populi Romani & monumenta vetuſtatis loquuntur, [27] Cæſo ille Quintius, & M. Furius Camillus, & M. Servilius Ahala, cùm eſſent optimè de republica meriti, tamen populi incitati [r] vim iracundiamque ſubierunt: damnatique comitiis centuriatis cùm in exſi- 86 [P. B.] [r in iracundiam, quam ed. pr.]

dicat. Scripſit, credo, Tullius, *ei inique imperium eſt abrogatum.* ut inferius cap. 33: *Illis, qui expulſi ſunt inique.* Mox Franc. Dreſd. ed. prima & aliæ vetuſtiores: *cui dies dicta non eſt.* pro vulgato, *nunquam eſt.* Græv.

27. *Cenſor ille Quinctius.*] Ita ſcriptum eſt in omnibus vulgatis codicibus. Ant. Auguſtinus pro *Cenſor* legit *Kæſo*, & optime quidem: quod præter Dionyſium & Livium, ſequentia etiam prænomina oſtendunt. *Urſin.* *Cæſo ille Quintius.*] Haud aliter Erfurd. atque Pal. nonus. P. Manutius, maluit *Kæſo.* vulgata, *Cenſor ille* ineptè. *Grut.*

exſilium profugiſſent, rurſus ab eodem populo placato ſunt in ſuam priſtinam dignitatem reſtituti. Quòd ſi iis damnatis non modò non [r] imminuit calamitas clariſſimi [t] nominis gloriam, ſed etiam honeſtavit: (nam, etſi optabilius eſt, curſum vitæ conficere ſine dolore & ſine injuria, tamen ad immortalitatem gloriæ plus affert deſideratum eſſe à ſuis civibus, quàm omnino numquam eſſe violatum) mihi ſine ullo judicio populi profecto, tum ampliſſimis omnium judiciis reſtituto, maledicti locum, aut criminis obtinebit?

[r] minuit *MS.*
[t] hominis *MS.*

87 Fortis & conſtans in optima ratione civis, P. Popillius, ſemper fuit. tamen ejus in omni vita nihil eſt ad laudem illuſtrius, quàm calamitas ipſa. quis enim jam meminiſſet, eum bene de republica meritum, niſi & ab improbis expulſus eſſet, & per bonos reſtitutus? Q. Metelli præclarum imperium in re militari fuit, egregia cenſura, omnis vita plena gravitatis: tamen hujus viri laudem ad ſempiternam memoriam temporis calamitas propagavit.

XXXIII. Quòd si & illis, qui expulſi ſunt iniquè, ſed tamen legibus reducti, inimicis interfectis, rogationibus tribuniciis, non auctoritate ſenatus, non comitiis centuriatis, non decretis Italiæ, non deſiderio civitatis, inimicorum injuria probro non fuit: in me, qui profectus ſum integer, [28] abfui ſimul cum republica, redii maxima cum dignitate, te vivo, fratre tuo altero [v] conſule reducente, [29] alte-

[v] conſulari *MSS. & ed. pr.*

28. *Abſui ſimul cum republica, redii cum maxima dignitate te vivo.*] Ita hunc locum olim emendavit Pantagathus, à quo accepit Manutius. poſtea *vivo*, mutavit in, *invito*. Urſinus. *Dicam maxima cum dignitate.*] Viſitur paſſim hodie in libris *redii maxima*, &c. ſed eſt à conjectura Pantagathi. ſcripti editique omnes ſtant à noſtra. *Gruterus.* Franc. *Abſui ſimul cum republica, cum maxima dignitate.* Dreſd. & ed. prima: *Affui ſimul cum republica, dicam maxima dignitate.* Sic & ed. prim. niſi quod pro *republica* ſcribat *rep.* Corrupte *affui* pro *afui*, ut ſemper antiquiores codices. Sed τὸ *dicam* quid hic rei eſt & loci? Mihi certiſſima videtur emendatio Pantagathi, quam merito probavit P. Manutius, quæ ex veſtigiis veterum codicum eſt nata. Quid enim aliud innuit Francii primus, in quo eſt: *Afui ſimul cum rep. cum maxima dignitate.* alii interponunt *dicam.* Nimirum *rep.* abſorpſit primam ſyllabam ſequentis vocis earundem litterarum, *redii*, dein ſequens *cum*, cum remanſiſſet *dii* mutatum eſt in *cam*, unde ortum *dicam*, quod hic ſine ſenſu legitur, τὸ *cum* autem, quod exigebat ſyntaxeos ratio, poſitum fuit ab editoribus poſt *maxima* contra veterum librorum fidem. Nos cum Manutio veram ſcripturam repoſuimus. *Gravius.*

29. *Al-*

[29] altero prætore petente: tuum ſcelus, meum probrum putas eſſe oportere?

Ac, ſi me populus [x] Romanus, incitatus iracundiâ aut invidiâ, è civitate ejeciſſet, idemque poſtea mea in rempublicam beneficia recordatus, ſe collegiſſet, temeritatem atque injuriam ſuam reſtitutione mea reprehendiſſet: tamen profectò nemo tam eſſet amens, qui mihi populi tale judicium non dignitati potiùs, quàm dedecori putaret eſſe oportere. nunc verò, cùm me in judicium populi nemo [y] omnium vocarit: condemnari non potuerim, qui accuſatus non ſim: denique ne expulſus quidem ita ſim, ut, [z] ſi contenderem, ſuperare non poſſem: contraque à populo Romano ſemper ſim defenſus, amplificatus, ornatus: [30] quid eſt, quare quiſquam mihi ſe ipſa populari ratione anteponat? 88

x Rom. *deeſt in MSS.*

P. CCXXXI.

y omnino *MS.*

z ſi me cont. *MS.*

An tu populum Romanum eſſe illum putas, qui conſtat ex iis, qui mercede conducuntur? qui impelluntur, ut vim afferant magiſtratibus? ut obſideant ſenatum? optent quotidie cædem, incendia, rapinas? quem tu tamen populum, [a] niſi tabernis clauſis, frequentare non poteras: cui populo duces Lentidios, Lollios, [b] Plaguleios, Sergios præfeceras. O ſpeciem dignitatemque populi Romani, quàm reges, quam nationes exteræ, [31] quam gentes ultimæ pertimeſcunt, multitudinem hominum ex ſervis [c] conductis, ex facinoroſis, [d] ex egentibus congregatam! 89

a niſi his tab. *MS. & ed. pr.*

b Plagul. *deeſt in MSS.*

c ex cond. *alii.*

d ex *deeſt in MS.*

Illa fuit pulchritudo populi Romani, illa forma, quam in campo vidiſti tum, cùm etiam tibi contra ſenatus totiuſque Italiæ auctoritatem & ſtudium dicendi poteſtas fuit. Ille, [e] ille populus eſt dominus regum, victor atque imperator omnium gentium, quem illo clariſſimo die, ſcelerate, vidiſti tum, cùm omnes principes civitatis, omnes 90

e *illud* ille *non eſt in MS.*

29. *Altero prætore petente.*] Aldus Nepos edidit *patiente.* habebat Pal. nonus, *dicente*, Gembl. *ducente*, quod ultimum excutiendum eſt. *Grut.*

30. *Quid eſt, quare quiſquam mihi ſe in ipſa populari ratione anteponatur.*] Ita legebat Pantagathus. *Vrſin.*

31. *Quam gentes ultimæ pertimeſcunt.*] Rectius ſcribi in Franc. Dreſdenſi, & ed. prima: *quam gentes ultimæ pertimeſcant*, nemo, credo, ambiget. Mox ex iiſdem libris recepi, *ex ſervis, ex conductis.* Cum in vulgatis ſit *ex ſervis conductis:* ſed non ſervi conducebantur, ſuos enim ſervos armarat Clodius, ſed ex fæce plebis ſeditioſi homines conducebantur, quos paucis verſibus præcedentibus deſcripſit. *Grav.*

omnes ordinum atque ætatum omnium ſuffragium ſe non de civis, ſed de civitatis ſalute ferre cenſebant: cùm denique homines in campum non tabernis, ſed municipiis clauſis venerunt.

91 XXXIV. HOC EGO populo, ſi tum conſules aut fuiſſent in republica, aut omnino non fuiſſent: nullo labore, tuo præcipiti furori atque impio ſceleri reſtitiſſem. ſed publicam cauſam contra vim armatam, ſine populi præſidio ſuſcipere nolui: non quò mihi P. Scipionis, fortiſſimi viri, [32] vis intima, privati hominis, diſpliceret: ſed Scipionis factum ſtatim P. [f] Mucius conſul, qui in gerenda republica putabatur fuiſſe ſegnior geſta, multis ſenatusconſultis non modò defendit, ſed etiam ornavit: mihi aut, te interfecto, cum conſulibus; aut, te vivo, & tecum, & cum illis, armis decertandum fuit.

P.B.

f Mutius MS.

92 Erant eo tempore multa etiam alia metuenda. ad ſervos, medius fidius, res perveniſſet. tantum homines impios ex vetere illa conjuratione [g] inuſtum nefariis mentibus bonorum odium retinebat. Hîc tu me etiam gloriari vetas: negas eſſe ferenda, quæ ſoleam de me prædicare: & homo facetus, inducis etiam ſermonem urbanum ac venuſtum: me dicere ſolere, eſſe me Jovem: eundemque dictitare, Minervam eſſe ſororem meam. [33] Non tam inſolens ſum, quòd Jovem eſſe me dico: [34] quàm ineruditus, quòd Minervam

g injuſtum MS.

32. *Vis intima.*] Pal. nonus non agnoſcit illud *intima*. Gulielmius mutat in *incita*, aut *legitima*. P. Manutius conjiciebat *ultima*. quod non diſplicet. *Grut.*

33. *Non tam inſolens ſum qui Jovem eſſe me dicam, non tam ineruditus, qui Minervam Jovis ſororem, meam eſſe ſororem exiſtimem.*] In Ven. ita, *Non tam inſolens ſum quod Jovem me eſſe dico, quam eruditus, quod Minervam ſororem Jovis eſſe exiſtimo.* Hæc autem dici εἰρωνικῶς apparet à Cicerone. Quis enim neſcit traditam filiam Jovis fuiſſe Minervam, & quidem è capite illius prognatam? Quid autem poſſet fieri inſolentius, quam ſi aliquis ita ſe verbis efferat, non ut Deum, ſed patrem & regem Deorum faciat? Irridet igitur Clodianos jocos Cic. Hoc aliquis forte non animadvertens, figuratam orationem in ſimplicem mutavit. *Camer.*

34. *Non tam ineruditus, qui Minervam Jovis ſororem meam eſſe ſororem exiſtimem.*] Ita eſt in manuſcripto quodam libro (ſi recte memini) Ant. Auguſtini; bis male: primum quod aſſerat Minervam eſſe Jovis ſororem; iterum quod neget Ciceronem fateri Minervam eſſe ſororem ſuam, cum infra dicat, *Ego mihi ſororem virginem aſciſco.* Victorius ita habet, *Non tam inſolens ſum, quod Jovem me eſſe dico, quàm eruditus, quod Minervam ſororem Jovis eſſe exiſtimem*: & hic bis peccat; primum quod velit Tullium glo-

[Mine]rvam ſororem Jovis eſſe exiſtimo. ſed tamen, ego mihi [ſ]ororem virginem aſciſco: tu ſororem tuam virginem eſſe [n]on ſiviſti. Sed vide, 35 ne tu te debeas Jovem dicere, quòd tu jure eandem ſororem & uxorem appellare poſſis.

XXXV. Et quoniam hoc reprehendis, quòd ſole- 93 [r]e me dicas de me ipſo glorioſiùs prædicare: quis umquam audivit, cùm ego de me, niſi coactus ac neceſſariò di[c]erem? nam ſi, cùm mihi furta, largitiones, libidines objiciuntur, ego reſpondere ſoleo, meis conſiliis, periculis, laboribus, patriam eſſe conſervatam, non tam ſum exiſtimandus de geſtis rebus gloriari, 36 quàm de objectis non confiteri. ſed ſi mihi ante hæc duriſſima reipublicæ tempora nihil umquam aliud objectum eſt, niſi crudelitas h ea unius [h] illius temporis, cùm à patria perniciem depuli: quid? MS. me huic maledicto utrùm non reſpondere, an demiſſè re- P. CCXXXII. ſpondere decuit?

Ego

gloriari ſe eſſe Jovem, quod nemo niſi furioſus diceret; iterum quod putet Tullium dicere ſe eruditum, aſſerentem Minervam ſororem Jovis, cum ſit filia. Manutius ita, *Non tam inſolens ſum, qui Jovem eſſe me dicam, non tam ineruditus, qui Minervam Jovis ſororem meam eſſe ſororem exiſtimem*: hic in primo membro recte habet, quod Cicero neget ſe gloriatum eſſe, eſſe ſe Jovem: in altero membro bis peccat; primum, quod velit Ciceronem putare Minervam eſſe Jovis ſororem; iterum quod inducat, illum negare Minervam eſſe ſororem ſuam, cum infra dicat ſibi aſciſcere ſororem virginem, nempe Minervam. Ant. Auguſtinus legit, *Non tam ineruditus, qui Minervam Jovis eſſe ſororem exiſtimem*: in quo recte ſentit; qui videat Ciceronem erudite negare Minervam eſſe Jovis ſororem: ſed cum tollit ab eo, quod non aſciſcat ſibi Minervam ſororem, videat quam recte id faciat. Ego Pantagathum ſecutus, rectiſſime legi exiſtimo: *Non tam inſolens ſum, qui Jovem eſſe me dicam: nec tam ineruditus, qui Minervam ſororem meam, Jovis ſororem exiſtimem*: & ita poſtea ſcriptum animadverti in manuſcripto apud me libro, qui fuit Nicolai Perotti. *Urſin.* Exhibui ſcripturam Gemblacenſis ſcripti, cui adſtipulatur liber S. Victoris; niſi quod is, *eruditus*, quomodo & Pal. nonus: qui tamen, *me dicam tam eruditus quod Min. ſororem Jov. eſſe exiſtime.* Ineptiſſimè vulgata, *qui Jovem eſſe me dicam: non tam ineruditus qui Minervam Jovis ſororem, meam eſſe ſororem, exiſtimem.* neque adſtipulantur ei meliores Palatini. *Grut.*

35. *Ne tu te debeas Jovem dicere.*] Pal. nonus, Gemb. Vict. *ſoleas.* quod ſi recipimus, reſcribendum præterea *ducere.* Idem.

36. *Quàm de objectis non confiteri.*] Examinent quæſo penſius otioſiores lectionem Pall. noni & cod. Victorini, quibus abeſt negativa. oratorio acumine ita loqui poſſet, quoniam nihil ad objecta reſpondeat. Tu Contarene, tu Rigalti, tu Meurſi, conferte conſilium. *Idem.*

 37. De

94 Ego verò etiam reipublicæ ſemper intereſſe putavi, illius pulcherrimi facti, quod ex auctoritate ſenatus, conſe bonorum omnium, pro ſalute patriæ, geſſiſſem, ſplend rem [i] verbis dignitatemque retinere: præſertim cùm hi uni in hac republica audiente populo Romano opera m hanc urbem & hanc rempublicam eſſe ſalvam jurato cere fas fuiſſet. Exſtinctum eſt jam illud maledictum c delitatis, quòd me non ut crudelem tyrannum, ſed ut tiſſimum parentem omnium civium ſtudiis deſideratu repetitum, arceſſitum vident.

i urbis *MS.*

95 Aliud exortum eſt. objicitur mihi meus ille diſceſſ cui ego crimini reſpondere ſine mea maxima laude non p ſum. Quid enim, pontifices, debeo dicere? peccati conſcientiâ profugiſſe? At id, quod mihi crimini dabat non modò peccatum non erat, ſed erat res, poſt natos mines pulcherrima. Judicium populi pertimuiſſe? A nec propoſitum ullum fuit, &, ſi fuiſſet, duplicatâ gl diſceſſiſſem. Bonorum mihi præſidium defuiſſe? Falſ eſt. Me mortem timuiſſe? Turpe eſt.

XXXVI. DICENDUM igitur eſt id, quod non di rem, niſi coactus, (nihil enim umquam [37] de me ſublatiùs aſciſcendæ laudis cauſa potiùs, quàm crimini pellendi) dico igitur, & quàm poſſum maxima voce dic

96 Cùm omnium perditorum & conjuratorum [k] incitata v duce tribuno plebis, conſulibus auctoribus, afflicto ſen tu, perterritis equitibus Romanis, ſuſpenſa ac [l] ſollici tota civitate, non tam in me impetum faceret, quàm me in omnes bonos: me vidiſſe, ſi viciſſem, tenues r publicæ reliquias; ſi victus eſſem, nullas futuras. qu cùm judicaſſem, deflevi conjugis miſeræ diſcidium, li rorum cariſſimorum ſolitudinem, fratris abſentis am tiſſimi atque optimi caſum, ſubitas fundatiſſimæ famil ruinas. ſed his omnibus rebus vitam antepoſui meorum vium: [38] remque publicam concedere unius diſceſſ qu

k incita *Grut. malè.*
l ſollicitata *alii.*

P.B.

37. *De me dixi ſublatius.*] Forte *ſufflatius*, adnotavit reſcrib dum Guilielmius; ſed nihil ejus aves addicunt. h. e. libri v res. *Grut.* Miror Guilielmium. An non meminit Ciceronem locutum etiam eſſe in Bruto: *Quoniam ergo oratorum bonorum* (*enim quærimus) duo genera ſunt unum attenuatè preſſéque, alt ſublatè ampléque dicentium.* Grævius.

38. *Remque publicam condere unius diſceſſu.*] Ita ſcriptum eſt veteribus libris, & rectè, ſi verba Ciceronis attente inſpiciam nam gloriatur ſe patriam diſcedendo ſervaſſe, quam reſiſte dele

…m omnium interitu occidere malui. ſperavi, id quod …idit, me jacentem poſſe à vivis viris fortibus excitari: …mà cum bonis interiiſſem, nullo modo poſſe recreari. …Accepi, pontifices, magnum atque incredibilem do- 97 …em: non nego: neque iſtam mihi aſciſco ſapientiam, …am nonnulli in me requirebant, qui me animo nimis …cto eſſe atque afflicto loquebantur. An ego poteram, …m à tot rerum tanta varietate divellerer, (quas idcirco …ætereo, quòd ne nunc quidem ſine fletu commemorare …oſſum) infitiari me eſſe hominem, & communem natu- …ſenſum repudiare? Tum verò neque illud meum fa- …m laudabile, nec beneficium ullum à me in rempubli- …m profectum dicerem, ſi quidem ea reipublicæ cauſâ …liquiſſem, quibus æquo animo carerem: eamque animi …ritiam, ſicut corporis, quod cùm uritur, non ſentit, …porem potiùs, quàm virtutem putarem.

XXXVII. SUSCIPERE tantos animi dolores, atque 98 …, quæ, capta urbe, accidunt victis, ſtante urbe unum …rpeti, & jam ſe videre diſtrahi à complexu ſuorum, di- …rbari tecta, diripi fortunas, patriæ denique cauſa pa- …am ipſam amittere, ſpoliari populi Romani beneficiis …npliſſimis, præcipitari ex altiſſimo dignitatis gradu, …videre prætextatos inimicos, nondum morte comple- …ta, arbitria [m] petentes funeris: hæc omnia ſubire con- ſervan-

[m] parentis MS.

…leviſſet. *Urſin.* *Concedere unius diſceſſu, quàm om. int. occidere.*] …Pal. pr. non. S. Victor. aliorumque mſſ. non ut vulgò *condere.* …mbinus fecit *concidere*; ineptè. quod enim diſcrimen ejus quod …*cidit* & *occidit?* Audacius Gulielmius, *concedere* & *int. occedere?* …ſententia; maluiſſe Ciceronem, remp. furori Clodiano ce- …re ſuo diſceſſu, quàm eandem conductæ multitudini obviam …, & repugnare cum omnium interitu: in quam ſententiam ſæ- …is hoc libro locutus eſt, *concedere* pro cedere, uſus eſt noſter …o Murena, *occedere* autem, eſſe obviam ire, notum vel è Plau- … *Grut.* Hoc eſt argutari, ne quid dicam gravius de viris do- … Sententiam vidit Lambinus. Procul dubio Cicero luſit in …cibus *concidere* & *occidere.* Quoties in hac oratione & præceden- …, dicit rempublicam ſuo diſceſſu fuiſſe afflictam, & ſi non re- …ſſet, plane perituram fuiſſe? Superius cap. 33: *Afuiſſe ſecum …publicam* ait hoc eſt fere fuiſſe rempublicam, ſive concidiſſe. …p. 29: *Utrum me patria ſic accepit, ut lucem ſalutemque redditam …i ac reſtitutam accipere debuit.* & paſſim. *Gravius.*

39. *Videre prætextatos inimicos &c.*] Pall. omnes *prætextos*, & ſic …oque S. Vict. neque omnino diſplicet; ut agmine magno & …aſi indagine quadam inſtiterint. *Grut.* Nugæ, excidit una ſyl- …ba. *Grav.*

40. At-

ſervandorum civium cauſa, 40 atque ita, ut dolenter ab non tam ſapiens, quàm ii, qui nihil curant, ſed tam am tuorum, ac tui, quàm communis humanitas poſtulat: laus præclara atque divina. Nam, qui ea, quæ nu quam cara ac jucunda duxit, animo æquo reipubli cauſa deſerit, nullam benevolentiam inſignem in rem

P.CCXXXIII. blicam declarat. qui autem ea relinquit, reipublicæ c ſa, à quibus cum ſummo dolore divellitur, ei patria c eſt: cujus ſalutem caritati anteponit ſuorum.

99 Quare, diſrumpatur licet iſta furia, atque audiat h ex me, quoniam laceſſivit: bis ſervavi, ut conſul to tus armatos vicerim: privatus conſulibus armatis ce rim. Utriuſque temporis fructum [n] tuli maximum: ſu rioris, [o] quòd ex ſenatus auctoritate, & ſenatum, & om bonos, meæ ſalutis cauſa, mutata veſte vidi: poſterio quod & ſenatus, & populus Romanus, & omnes mo les, & privatim & publice judicarunt, ſine meo re rempublicam ſalvam eſſe non poſſe.

n retuli MS.

o quidem ed. pr.

100 Sed hic meus reditus, pontifices, veſtro judicio co netur. nam, ſi vos me in meis [p] ædibus collocatis, id q in omni mea cauſa ſemper ſtudiis, conſiliis, auctorita ſententiiſque feciſtis: video me planè ac ſentio reſti tum. ſin mea domus non modò mihi non redditur, etiam monumentum præbet inimico, doloris mei, ſce ris ſui, publicæ calamitatis: quis erit, qui hunc redit potiùs, quàm pœnam ſempiternam putet? In conſpe præterea totius urbis domus eſt mea, pontifices: in q manet illud non monumentum urbis, ſed ſepulchrum mico nomine inſcriptum; demigrandum potiùs aliquò quàm habitandum in ea urbe, in qua tropæa & de me de republica videam conſtituta.

p ſedibus MS.

101 XXXVIII. An ego tantam aut animi duriti habere, aut oculorum impudentiam poſſim, ut, c urbis ſervatorem me eſſe ſenatus omnium aſſenſu toties

d

40. *Atque ita, ut dolenter abſis.*] Francii: *atque ita ut, cum d ter abſis.* quod verum eſt. In Dreſd. legitur etiam *cum*, ſed d deratur *ut*, in editione prima utraque particula deeſt. Vide aliis libris alterutram, in aliis utramque, quàm ſententia ſ tat, excidiſſe particulam. Præterea puto aliud verbum deſid ri, quod in nullo librorum, quos docti excuſſerunt, compa nimirum *videaris*, aut *habearis*, in his verbis, *ut cum dolenter fis, non tam ſapiens* ſcilicet *ducaris*. ſed nihil addo invitis li *Gravius*.

41

it, In eą poſſim intueri domum meam everſam non q crimi-
mico meo, ſed ab hoſte q communi, [41] & ab eodem num *MS.*
ctam & poſitam in oculis civitatis, ne umquam r r exquie-
quieſcere poſſit fletus bonorum? [42] Sp. Melii, regnum ſcere *MS.*
entis, domus eſt complanata. ecquid ſ aliud? æquum P. B.
iſſe Melio populus Romanus judicavit, nomine ipſo ſ aliud æ-
uimelii [43] ſtultitia pœna comprobata eſt. Sp. Caſſii quum *MS.* *& ed. pr.*
us ob eandem cauſam everſa: atque in eodem loco t t æque
s poſita Telluris. In Vacci pratis domus fuit M. Vacci, quantum
e publicata eſt & everſa, ut illius facinus memoriâ Melii, *ed.*
omine loci notaretur. M. Manlius, cùm ab adſcenſu Ca- *pr.*
lii Gallorum impetum repuliſſet, non fuit contentus
eficii ſui gloria: regnum appetiſſe eſt judicatus. ergo
s domum everſam, [44] duobus lucis conveſtitam vide-
; Quam igitur majores noſtri ſceleratis ac nefariis civi-
maximam pœnam conſtitui poſſe arbitrati ſunt, ean-
m ego ſubibo ac ſuſtinebo, ut apud poſteros noſtros
n exſtinctor conjurationis & ſceleris, ſed auctor &
r fuiſſe videar?

Hanc verò, pontifices, labem turpitudinis & incon- 102
tiæ poterit populi Romani dignitas ſuſtinere, vivo ſe-
tu, vobis principibus publici conſilii, ut domus M. Tul-
lii

41. *Et ab eodem exſtructam & poſitam in oculis civitatis.*] Pantaga-
o emendabat, *Exſtructam ſepulturam in oculis civitatis.* Urſin.
42. *Sp. Melii.*] Nota eſt hiſtoria ex Livii lib. XV. & Valer. lib.
, cap. 3. ubi hæc omnia commemorantur. *Hotom.* Vide & Flo-
lib. I, cap. ult. & quæ ibi docti notarunt. *Grav.*
43. *Stultitia pœna.*] Puto legendum *ſtultitiæ* in ſecundo caſu.
om. Locus eſt mendoſus. Franc. & Dreſd. ed. *nomine ipſo æque*
lii ſtultitia pœna. Ed. prima: *nomine ipſo æque quantum Melii ſtul-*
a pœna. Mihi videtur *ſtultitia* neſcio quo caſu irrepſiſſe, & *Me-*
; ex veſtigiis veterum codicum colligo excidiſſe. Num Cicero
lus & flagitium Melii regnum affectantis ſtultitiam vocet? Cæ-
a apud Cic. VI. ad Famil. epiſt. 7. ſtultitiam vocat, cum quis
tra potentes ſcribit: *Cum mendum ſcripturæ litura tollatur, ſtul-*
a fama multetur, meus error exilio corrigitur, cujus ſumma crimi-
, *quod armatus adverſario maledixi.* Sed affectationem tyranni-
nemo ſanæ mentis, nedum Tullius, ſtultitiam dixerit. Ci-
onis manus fuit? *Nomine ipſo Æquimelii Melii pœna eſt compro-*
ta? Grævius.
44. *Duobus lucis conveſtitam videtis.*] Inter duos lucos ſitam. Vi-
tur fuiſſe illi duo luci, qui erant extra portam Capenam, ubi
r Camœnarum ædes luco ornata à Fulvio Nobiliore, & alter
cus in quo fons erat Egeriæ, & ipſe Camœnis ſacer. Fuerunt
im luci duo Camœnarum, *Idem.*

45. *Ho-*

lii Ciceronis cum domo Fulvii Flacci, ad memoriam
næ publicè conſtitutæ conjuncta eſſe videatur? M. F
cus, quia cum C. Graccho contra ſalutem reipublicæ
cerat, & ſenatus ſententia eſt interfectus, & ejus do
everſa & publicata eſt: in qua porticum pòſt aliqu
Q. Catulus de manubiis Cimbricis fecit. Iſta autem fa
v confeciſſet *MSS.* furia patriæ, cùm urbem, Piſone & Gabinio ducibus, v
piſſet, occupaſſet, teneret: uno eodemque tempore
clariſſimi viri mortui monumenta delebat, & meam
x cum Flacci *MS.* mum x cum M. Flacci domo conjungebat: ut, quâ p
ſenatus affecerat everſorem civitatis, eadem iſte, oppr
ſenatu, afficeret eum, quem patres conſcripti cuſto
patriæ judicaſſent.

103 XXXIX. Hanc verò in Palatio, atque in pulch
rimo urbis loco porticum eſſe patiemini, furoris tribuni
P.ccxxxiv. ſceleris conſularis, crudelitatis conjuratorum, calamit
reipublicæ, doloris mei defixum indicium ad memor
omnium gentium ſempiternam? quam porticum pro a
re, quem habetis in rempublicam, & ſemper habui
non modò ſententiis, ſed, ſi opus eſſet, manibus ve
diſturbare cuperetis. niſi quem fortè illius caſtiſſimi fa
dotis ſuperſtitioſa dedicatio deterret.

104 O rem, quam [45] homines ſoluti ridere non deſina
y poſſunt *MSS. & alii.* triſtiores autem ſine maximo dolore audire non y poſſi
Publiusne Clodius, qui ex pontificis maximi domo relig
nem eripuit, is in meam intulit? [46] hunccin' vos, qui e
antiſtites cæremoniarum & ſacrorum, auctorem ha
tis & magiſtrum publicæ religionis? O dii immorta
(vos enim hæc audire cupio) P. Clodius veſtra ſacra cur
veſtrum numen horret? res omnes humanas religione
ſtra contineri putat? hic non illudit auctoritati ho
omnium, qui adſunt, ſummorum virorum? non veſt
pontifices, gravitate abutitur? ex iſto ore religionis v
bum excidere aut elabi poteſt? cùm tu eodem ore, ac
ſa

45. *Homines ſoluti ridere &c.*] Expreſſi quod erat in Pal. no
& Gemblacenſi, vulgati amplius, *ſoluti, à cura liberati*, not
li gloſſemate. quod mirum à Lambino non animadverſum:
variis conjecturis heic uſus. *Gruter.* In MS. Dreſdenſi & quib
dam editis legitur: *homines ſoluti & curâ liberati.*

46. *Hunccin' vos qui eſtis.*] Haud ſecus Pal. nonus & S. Vic
ris. editi amplius, *hunc, inquam, etiam vos qui eſtis &c.* cui b
no? *Idem.*

47. Qu

ndo ſenatum, 47 quòd ſeverè de religione decerneret, puriſſimè teterriméque violaſti.

XL. ADSPICITE, adſpicite, pontifices, hominem 105 igioſum, &, ſi vobis videtur (quod eſt bonorum poncura) monete eum, modum quendam eſſe religionis: nimium eſſe ſuperſtitioſum non oportere. Quid tibi neſſe fuit z anili ſuperſtitione, homo fanatice, ſacrificium, z an illa MS. od alienæ domi fieret, inviſere? quæ autem te tanta entis imbecillitas tenuit, ut non putares, deos ſatis poſſe cari, niſi etiam muliebribus religionibus te implicuiſ? quem umquam audiſti majorum tuorum, qui & ſacra ivata coluerunt, & publicis ſacerdotiis præfuerunt, cùm P. B. crificium Bonæ Deæ fieret, interfuiſſe? neminem, ne um quidem, 49 qui cæcus eſt factus. Ex quo intelligitur, multa

47. *Quod ſevere de religione decerneret.*] Cum de inceſtu Clodius accuſatus, qui ſpe corrumpendi judicii, contendit & obtinuit, juvante in primis M. Pupio Piſone conſule, ne ſuam cauſſam atus judicaret. ep. 14. lib. I. ad Atticum. *P. Manut.*

48. *Nimium eſſe ſuperſtitioſum.*] Nimium eſſe cupidum ea videnquæ viris videre non licet. Pungit eum non ſine feſtivitate, od, cum viris adſpicere ſacra Bonæ deæ non liceret, ipſe taen, ubi ea fiebant, in domum pontificis max. eſſet ingreſſus. demque feſtivitate ſubjungit: *Quid tibi neceſſe fuit, anili ſupertione, homo fanatice ſacrificium, quod aliena domui fieret, inviſere?* em.

49. *Qui cæcus eſt factus.*] Appius Claudius, qui annos quam imos luminibus orbatus, tamen Senatus principatum tenuit. *tem.* Appium cæcum denotari & Hotomannus & Manutius, quotquot ſunt interpretes, exiſtimarunt. Sed is ſenectute cæs factus eſt. At cur hic ex gente Appia, is quem ætas longa ulorum uſu privavit, nominaret inter illos, qui ſacris intereſſent, quibus intereſſe illis non licebat? Abſurde hic mentio et Appii Cæci. Non Appium intelligit Cicero, ſed Cæcilium tellum. Is è flammis cum Palladium eripuiſſet, cæcus factus compendium Livii lib. XIX: *Cum templum Veſtæ arderet, Caus Metellus Pont. Max. ex incendio ſacra rapuit.* Ob illam cauſh orbam luminibus illum exegiſſe ſenectutem, quæ illo amiſit incendio, cum Palladium raperet ex æde Veſtæ Plinius do Hiſt. Nat. VII, 42. Sed & multi alii hoc commemorant. vi Ovid. VI. Faſt. Credebatur igitur punitus eſſe à diis cæcitate, od licet fuiſſet maxime pius, vidiſſet Palladium, quod viro ere non liceret. vide Ovid. VI. Faſt. Clodius autem materna pe fuit ex Metellorum filia. Mater enim ejus fuit Cæcilia Mea, cujus pater exſul Q. Metellus Numidicus, qui anno V. C. LIII. exilio, à Saturnino trib. pleb. adjuvante Glaucia prætofuit multatus. Hunc vocavit paullo ſuperius in hac oratione, trem Clodii: *Sed ſi patrem tuum, civem medius fidius egregium diſſi-*

multa in vita [50] falſò homines opinari: cùm ille, qui n
hil [a] viderat ſciens, quod nefas eſſet, lumina amiſit; iſt
qui non ſolùm adſpectu, ſed etiam inceſto flagitio & ſt
pro [b] polluit cæremonias, pœna omnis oculorum ad c
citatem mentis eſt converſa. Hoc auctore tam caſto, t
religioſo, tam ſancto, tam pio, poteſtis, pontifices, n
commoveri, cùm ſuis dicat ſe manibus domum civis o
mi evertiſſe, & eam iiſdem manibus conſecraſſe?

a videret *ed. pr.*

b *quinque ſeqq. voces deſunt in MSS.*

106 Quæ tua fuit conſecratio? Tuleram, inquit, ut m
liceret. [c] Quid? non exceperas, ut, ſi [d] quod jus non
ſet rogare, ne eſſet rogatum? Jus igitur ſtatuetis e
uniuscujuſque veſtrûm ſedes, aras, focos, deos pena
[e] ſubjectos eſſe libidini tribuniciæ? in quem quiſque p
homines concitatos irruerit, quem impetu perculerit, h
jus domum non ſolùm affligere, quod eſt præſentis [f] inſ
niæ, quaſi tempeſtatis repentinæ, ſed etiam in poſter
tempus religione ſempiterna obligare?

c Quid non expectas *ed. pr.*

d quis non eſſet *MS.*

e ſublatos *MSS. & ed. pr.*

f infamiæ *Lamb.*

107 XLI. EQUIDEM ſic accepi, pontifices, in religio
bus ſuſcipiendis, caput eſſe, interpretari, quæ volun
deorum immortalium eſſe videatur: nec eſt ulla erga d
pietas, niſi honeſta de numine eorum ac mente opin
cùm expeti nihil ab iis, quod ſit injuſtum atque inho
ſtum, arbitrere. Hominem invenire iſta labes tum, c
omnia tenebat, neminem potuit, cui meas ædes add
ret, cui traderet, cui donaret: ipſe cùm loci illius, [g] cu
ædium cupiditate flagraret, ob eamque cauſam una
[h] una juſta illa rogatione ſua vir bonus dominum ſe in m
bonis eſſe voluiſſet: tamen illo ipſo in furore ſuo non
auſus meam domum, cujus cupiditate inflammatus era
poſſidere. deos immortales exiſtimatis, cujus labore
P. CCXXXV. conſilio ſua ipſa templa tenuerunt, in ejus domum a
cta

g tum *MS.*

h univerſa illa *Lamb.* iſta illa *Grut.*

diſſimilemque veſtri, nemo unquam ſanus exulem appellavit, &
ibi ſequuntur. Sic in oratione poſt Reditum in Senatu Q. M
lum conſulem, collega Lentulo, appellat fratrem Clodii:
*Metellus & inimicus, & frater inimici, perſpecta veſtra volu
omnia privata odia depoſuit*, cum eſſet frater patruelis. *Grævi*

50. *Falſo homines opinari.*] Ut cum opinantur, fabulam e
luminibus amittendis, ſi quis vir Bonæ deæ ſacra viderit.
ut Clodius, qui non ſolum adſpectu, verum etiam inceſto
gitio & ſtupro cærimonias ejus deæ polluit, lumina non a
rit, cæcus tamen, quod ad mentem attinet, factus eſt.
enim rectum videt, nihil juſtum, nihil pium: præceps in ſce
ruit tamquam cæcus. *P. Manut.*

51.

am 51 & everſam per vim hominis ſceleratiſſimi nefa-um latrocinium immigrare voluiſſe? ......

Civis eſt nemo in tanto populo, extra contaminatam 108
m & cruentam P. Clodii manum, qui rem ullam de is bonis attigerit, qui non pro ſuis opibus in illa tempe-te defenderit. at, qui aliqua ſe contagione prædæ, ſo-tatis, emptionis, contaminaverunt, nullius neque pri-ti, neque publici judicii pœnam effugere potuerunt. Ex igitur bonis, quorum nemo rem ullam attigit, qui non nium judicio ſceleratiſſimus haberetur, dii immorta- domum meam concupiverunt? Iſta tua pulcra Libertas deos penates & familiares meos Lares expulit, i ut à te

i *ità Græv. & alii*, ut te ipſa *Grut.*

51. *Et everſam per vim hominis.*] Eſt à Pal. nono & S. Victor. iti, *per unius hominis*. Grut. Sed ſi ſic legatur, ut ex ſuis correxit terus, quid facias ſequentibus *nefarium latrocinium?* aut co-a eſt interponenda, aut ſcribendum *nefario latrocinio*. Sed non dicunt libri. reſtitui itaque neceſſario priorum editionum le-onem firmatam Francii, Dreſdenſis & primæ editionis præ-io: *Everſam per unius hominis ſceleratiſſimi nefarium latrocinium ervitus.*

52. *Deos penates & familiares meos Lares expulit.*] Cornelia Grac-orum mater in epiſtola ad filium, quam princeps publicavit nd. Schottus inter fragmenta Corn. Nepotis: *Ubi mortua ero, entabis mihi & invocabis Deos manes parentis. In eo tempore ne pude-te eorum Deûm paces expetere, quos vivos atque præſentes relictos que deſertos habueris.* Sic hunc locum recte emendavit maximus maſius in Exercitationibus Plinianis. Lares familiares erant nes parentum. Hinc duo erant Lares. Ovidius v. Faſt.

Bina gemellorum quærebam ſigna Deorum,
Viribus annoſa facta caduca mora.
Mille Lares geniumque ducis, qui tradidit illos
Urbs habet, & vici numina terna colunt.

quitur quidem de Laribus publicis, ſeu Compitalitiis, quos os tantum fuiſſe, quibus acceſſerit poſtea Genius Auguſti; ſed men & privati Lares erant quoque tantum duo, & cum Genius guſti inter Lares quoque coleretur, tria erant Numina, quæ ublice in compitis, & domi colebantur in larario. Et Vitel- Narciſſi & Pallantis imagines aureas inter Lares coluit, teſte dem Suetonio. Sed *penates* aut erant manes majorum cujuslibet miliæ, aut quos etiam ex majoribus Diis præcipue colebant, guli tanquam cuſtodes ſalutis domeſticæ. Patet hoc ex Cice-is lib. IV. in Verr. *Quærendum eſt, credo, Hejus iſte num as alie-habuerit, num auctionem fecerit: ſi fecit, num tanta difficultas rei nummariæ tenuerit, tanta egeſtas, ut Deos patrios venderet.* cebantur enim penates ab aliis quoque ſcriptoribus Dii patrii. nam fuerint illi penates in eadem oratione docet Tullius: *rat apud Hejum ſacrarium magna cum dignitate in ædibus à majori-*

 bus

109 te ipſa, tamquam in captivis ſedibus [k] collocaret?. Qui eſt ſanctius, quid omni religione munitius, quàm dom uniuſcujuſque civium? hîc aræ ſunt, hîc foci, hîc dii pe nates, hîc ſacra, religiones, cæremoniæ, continen hoc perfugium eſt ita ſanctum omnibus, ut inde abripi n minem fas ſit.

k collocaverunt, MS.

XLII. Quo magis eſt furor [l] iſtius ab auribus veſt repellendus, qui, quæ majores noſtri religionibus tuta nobis & ſancta eſſe voluerunt, ea iſte non ſolùm contra religionem labefactavit, ſed etiam [m] ipſius religionis nomin
110 evertit. At quæ dea eſt? Bonam eſſe oportet, [n] quando quidem eſt abs te dedicata. Libertas, inquit, [o] eſt. Ea tu igitur domi meæ collocaſti, quam ex urbe tota ſuſtuliſſ [p] Tu, cùm collegas tuos, ſumma poteſtate præditos, ne gares liberos eſſe: cùm in templum Caſtoris aditus eſſ apertus nemini: cùm hunc clariſſimum virum, ſummo ge nere natum, ſummis populi beneficiis uſum, pontificem & conſularem, & ſingulari bonitate [q] & modeſtia præ tum (quem ſatis mirari quibus oculis adſpicere audeas, no queo) audiente populo Romano à pediſequis conculca juberes: cùm indemnatum exturbares, privilegiis tyranni cis irrogatis: cùm principem orbis [r] terræ virum, incluſum domi contineres: 53 cùm forum armatis catervis perdito ru

l iſtius *deeſt in MSS. & ed. pr.*
m ipſius *deeſt in MS.*
n quæ quidem *Græv. conj.*
o eſt *deeſt in MSS. & ed. pr.*
p Tum *MS.* P. B.
q eundem & *aut* ejusdem & *MSS.*
r terrarum *Græv. conj.*

bus ſuis traditum perantiquum, in quo ſigna pulcherrima quatuor, Cu pido Praxitelis, Heracles Myronis, duo Canephora Polycleti. Talis fu fortuna cubitalis Galbæ, de qua Sueton. Galb. IV. Coleban Lares in larario, quod vocat Suetonius, *partem ædium conſecra rum.* Erat id lararium ſæpe in cubiculo; vide Sueton. Dom cap. 17. Penatium vero ſedes erat plerumque focus. Hinc Gr dicebatur ἐφέστιον. Grævius.

53. *Cum forum armatis catervis perditorum hominum poſſideres.*] Ni hil hic movent MSS. Mihi tamen hæc ſunt ſuſpecta. Quin au affirmare vetus ulcus hic latere. Num quis legit apud ullum ſc ptorem probatum, *poſſidere urbem*, aut *locum armis*, aut *homini* Novi Ciceronem alibi dicere, *Cum calumnia licentiam auctori ſua poſſideret.* ſed hoc eſt per auctoritatem ſuam. Poſſes dic *poſſidere forum armatis*, eſſe per armatos, aut cum armatis. hoc inſolens eſt, ut puto Latinis auribus. Credo itaque litt eſſe tranſpoſitas, & Ciceronem ſcripſiſſe: *Cum forum armatis ca tervis obſediſſet*, ut nulli pateret aditus ad reprimendos ejus ſce ratos conatus. In Rullum: *Totam Italiam ſuis præſidiis obſider occupare cogitat.* Idem XI. Philip. *aditus armati obſident.* Si quis men præfracte vulgatam velit tueri, poterit ſane illam tueri in Vatin. loco: *tenebat templum armatis hominibus.* nec prope velim cum quoquam contendere. Mihi tamen *obſideres* huic lo videtur eſſe aptius & accommodatius. *Idem.*

ſum hominum poſſideres: Libertatis ſimulacrum in ea domo collocabas, quæ domus erat ipſa indicio tui crudeliſſimi dominatus & miſerrimæ populi Romani ſervitutis? Eumne potiſſimùm Libertas domo ſua debuit ſ pellere, qui niſi fuiſſet, in ſervorum t poteſtatem civitas tota veniſſet?

ſ depellere *MS.*
t poteſtate *MS.*

XLIII. At unde inventa eſt iſta Libertas? quæſivi enim diligenter. v Tanagræa quædam meretrix fuiſſe dicitur. ejus non longè à Tanagris ſimulacrum è marmore in ſepulcro poſitum fuit. Hoc quidam 54 homo nobilis, non alienus ab hoc religioſo Libertatis ſacerdote, 55 ad ornatum ædilitatis ſuæ deportavit. etenim cogitarat omnes ſuperiores muneris ſplendore ſuperare. Itaque omnia ſigna, tabulas, ornamentorum quod ſuperfuit x in fanis 56 & communibus locis, tota è Græcia, atque inſulis omnibus, honoris populi Romani y cauſa, ſanè frugaliter domum ſuam deportavit. Is poſteaquàm intellexit, poſſe ſe, interverſa ædilitate, à L. Piſone conſule prætorem renuntiari, 57 ſi modò eadem prima littera competitorem habuiſſet ali-

111
v Tam grata *MS.*
x infamibus *ed. pr.*
y cauſa deeſt in *MS.*
112

54. *Homo nobilis.*] Is fuit Appius Claudius, P. Clodii frater, qui prætermiſſa ædilitate, L. Piſonis conſulis gratia & ſuffragatione præturam eſt adeptus, ut olim docuit St. Pighius ad annum V. C. DCXCVI, quem vide. *Grævius.*

55. *Ad ornatum ædilitatis ſuæ.*] Notum eſt Ædiles ad ludorum ſuorum ornatum ſigna in provinciis conquirere & Romam deportare ſolitos. *Hotom.* Solebant ſigna & alia ornamenta ex Græcia & Aſia conquirere Ædiles ad ornandum forum, cum ludos darent ſollemnes. Suet. Jul. 10: *Ædilis præter comitium ac forum baſilicaſque, etiam Capitolium ornavit porticibus ad tempus exſtructis*, vide & Liv. IX, 40. *Idem.*

56. *Et communibus locis.*] Dictio *locis* non eſt in S. Vict. aut Pal. nono, & poterat abeſſe. *communia* enim τὰ κοινά. Grut.

57. *Si modo eadem prima littera competitorem habuiſſet aliquem.*] Ita habent manuſcripti & vulgati libri. Pantagathus autem legebat, *ſi modo eadem præmaturitate competitorem &c.* Urſin. *Eadem prima littera competitorem &c.*] Pluribus modis velificatur ad hujus loci emendationem And. Schottus noſter, qui videatur lib. I. Nodor. cap. 18. *Grut.* De quibus quid poſt Gruterum judicaverit Samuel Petitus, videri poteſt in libro III. Miſcellaneorum cap. 6. Quæ etſi prorſus non ſint meliora, quam quæ attulit Schottus, tamen illa omnia deſcripſit, & celato parente pro ſuis nuper oſtentavit Carolus de Merouville, qui in uſum Delphini Gallici has partes Ciceronis edidit. An inter Pontifices nullus ſedit prænomine Lucii, ut in eo ſic contumelioſus eſſet orator? Et quæſo cur illum nobilem virum dicit potuiſſe à Lucio Piſone prætorem renuntiari, ſi vilem & improbum non minus, quàm erat Lu-

aliquem : ædilitatem duobus in locis, partim in arca, partim in hortis ſuis collocavit: ſignum de buſto meretricis ablatum iſti dedit, quod eſſet ſignum magis iſtorum, quam publicæ libertatis. Hanc deam quiſquam violare audeat, imaginem meretricis, ornamentum ſepulcri, à fure ſublatam, à ſacrilego collocatam? hæc me domo mea pellet? hæc ultrix afflictæ civitatis, reipublicæ ſpoliis ornabitur? hæc erit in eo monumento, quod poſitum eſt, ut eſſet indi-
p. ccxxxvi. cium oppreſſi ſenatus ad memoriam ſempiternam turpitudinis?

113 O Q. Catule, (z patremne appellem, an filium? recentior memoria filii eſt, & cum rebus meis geſtis conjunctior) tantumne te fefellit, cùm mihi ſumma & quotidie majora præmia in republica fore putabas? negabas fas eſſe a duos conſules eſſe in hac civitate inimicos reipublicæ. Duo ſunt inventi, qui ſenatum tribuno furenti conſtrictum traderent: qui pro me patres conſcriptos deprecari, & populo ſupplices eſſe, edictis atque imperio vetarent: quibus inſpectantibus domus mea diſturbaretur, diriperetur: qui denique ambuſtas fortunarum mearum reliquias, b ſuas in domos comportari juberent.

z appellemne patr. *Græv.*

a duo *Græv.*

b tuas domos comportarent *MS.*

114 Venio nunc ad patrem. Tu, Q. Catule, 58 M. Fulvii domum, cùm is fratris tui ſocer fuiſſet, monumentum tuarum manubiarum eſſe voluiſti, ut ejus, qui pernicioſa reipublicæ conſilia cepiſſet, omnis memoria funditus ex oculis hominum ac mentibus tolleretur. Hoc ſi quis tibi ædificanti illam porticum diceret, fore tempus, cùm is tribunus plebis, qui c auctoritatem ſenatus, judicium bonorum omnium neglexiſſet, tuum monumentum, conſulibus non modò inſpectantibus, verùm adjuvantibus d diſturbaret, everteret, idque cum ejus e civis, qui rempublicam

c ad auct. *MS.*

d diſturbare atque evertere *MS.*

e civis qui deeſt in *MS.*

Lucius Piſo conſul, competitorem habuiſſet? cur non Piſo ſi- ſimilem prælaturus eſſet? Ne dicam, turpiter ab utroque caecutiri in cognoſcendo illo viro nobili, quem docti viri jamdiu nominaverunt. Sed de hoc loco alibi; cum hæ notarum anguſtiæ non patiantur. *Græv.*

58. *M. Fulvii domum.*] Fuit is M. Fulvius Flaccus, Gracchi collega in triumviratu agrario, & ſeditionis præcipuus ſatelles. Cum à conſulibus expellerentur ex urbe, M. Fulvius cum majore fili- è latebris balnei cujuſdam extractus, occiſus eſt; ejus caput fu- ad conſulem relatum, & quo penſabatur auro, domus ejus dir- ta & in aream redacta eſt, quæ Flacciana vocabatur, vide Plu- in Graccho. *Grævius.*

cum ex ſenatus auctoritate conſul defendiſſet, domo conjungeret: nonne reſponderes, id, niſi everſa civitate, accidere non poſſe?

XLIV. AT VIDETE hominis intolerabilem audaciam 115
cum projecta quadam & effrenata cupiditate. Monumentum iſte [f] numquam, aut religionem ullam [g] excogitavit: habitare laxè & magnificè voluit; duaſque & magnas & nobiles domos conjungere. eodem puncto temporis, quo meus diſceſſus iſti cauſam cædis eripuit, [59] à Q. Seio contendit, ut Q. Poſtumius ſibi domum venderet. cùm ille id negaret, primò ſe luminibus ejus eſſe obſtructurum minabatur. Affirmabat Poſtumius, ſe vivo, [h] illam domum iſtius numquam futuram. Acutus adoleſcens ex ipſius ſermone intellexit, quid fieri oporteret: hominem veneno [i] apertiſſimè ſuſtulit: emit domum, [60] licitatoribus defatigatis, propè dimidio cariùs, quàm [k] æſtimabat.

f unq. *MSS.* *ed. pr.*
g excogitavit. *iid.*
P. B.
h ullam *MSS.*
i apparatiſſime *MS.*
k extimabat *MS. ed. pr.*

Quorſum igitur hæc oratio pertinet? [61] domus mea illa 116
propè tota vacua eſt: vix pars ædium mearum decima [62] [l] ad Catuli porticum acceſſit. cauſa fuit ambulatio, & monumentum, & iſta Tanagræa, oppreſſa libertate, Libertas. in Palatio, pulcherrimo proſpectu, porticum cum [m] conclavibus pavimentatam trecentûm pedum concupierat, ampliſſimum periſtylum; cetera ejuſmodi, facilè ut ... omnium

l ad *non eſt in MS.*
m clavib. *MS.*

59. *A Q. Sejo contendit per Q. Poſtumium, ut ſi domum venderet.*] Ita legit hunc locum Pantagathus, & recte, ut opinor; & paulo poſt rectiſſime: *Affirmabat Poſtumius Sejo vivo illam domum iſtius numquam futuram*, pro *ſe vivo*. Urſin. *Poſtumius.*] Q. Sejus Poſtumus. Uſitatum eſt Ciceroni, quod primo cognomen omiſerit, ſolum ſubjicere: ut lib. II. de Orat. facta P. Rutilii mentione, ſubjunxit: *C. Canius* eques Romanus, cum Rufo adeſſet. Erat autem Rufus cognomen Rutilii. *P. Manut.*

60. *Litigatoribus defatigatis.*] Optime Pantagathus *licitatoribus*: atque hæc mihi lectio eò placet magis, quod Ant. quoque Auguſtino in mentem veniſſe video, qui quovis pignore ita legendum eſſe contendit. *Urſin.*

61. *Domus mea illa.*] Vide num rectius legat Pantagathus, *Domus vicina illa*, paullo poſt, *cauſa fuit ambulatio & conſueta*, idem legit pro *cauſa*. Idem.

62. *Ad Catuli porticum.*] Catuli porticum deleverat Clodius & ibi aliam porticum exſtruxerat. ſupra: *Clariſſimi viri mortui monumenta delebat.* Deinde ſubjungit de Clodii porticu: *Hanc vero in Palatio, atque in pulcherrimo urbis loco porticum eſſe patiemini?* Appellat igitur Catuli porticum, non quæ eſſet, ſed quæ fuerat, ex qua, & ex parte ædium Ciceronis porticum trecentûm pedum Clodius fecerat. *P. Manut.*

omnium domos & laxitate & dignitate ſuperaret. Et homo religioſus, cùm ædes meas idem emeret & venderet, [63] tamen illis tantis tenebris non eſt auſus ſuum nomen emptioni illi n adſcribere. poſuit o ſcilicet Scatonem illum, hominem ſua virtute egentem, ut is, qui in Marſis, ubi natus eſt, tectum, quo imbris vitandi cauſa ſuccederet, nullum haberet, ædes in Palatio nobiliſſimas emiſſe ſe diceret. Inferiorem ædium partem [64] aſſignavit non ſuæ genti Fonteiæ, ſed Clodiæ, quam reliquit. quem in numerum ex multis Clodiis nemo nomen dedit, niſi aut egeſtate aut ſcelere perditus.

n aſcrib. MS.
o eſſe Catonem illum MS.

XLV. Hanc vos, pontifices, tam variam, tam novam [65] in omni genere voluntatem, impudentiam, auda-
117 ciam, cupiditatem, p comprobabitis? [66] Pontifex, inquit, affuit. Non te pudet, cùm apud pontifices res agatur, pontificem dicere, non collegium pontificum affuiſſe: præſertim cùm tribunus plebis, vel denuntiare potueris, vel etiam [67] cogere? Eſto: collegium non adhibuiſti. quid? de collegio quis tandem affuit? poſuerat enim auctoritatem in uno, quæ eſt in his omnibus: ſed tamen auget & ætas & honos dignitatem. opus erat etiam ſcientiâ: quam, etſi omnes conſecuti ſunt, q tamen certè peritiores vetuſtas facit.

p comprobatis MS. approbabitis ed. pr.
P. CCXXXVII.
q tamen deeſt in MS.

118 Quis ergo affuit? [68] Frater, inquit, uxoris meæ. Si au-

63. *Tamen illis tantis in tenebris.*] Ita Pantagathus. *Urſin.*

64. *Aſſignavit genti Clodia.*] Aſſignabantur in teſtamento liberti certis hæredibus. Sic puto Clodii teſtamentum ſignificari, quo quendam ex Clodiis hæredem ex iſta ædium parte inſtituerat, & proximum quemque ei ſuccedere juſſerat, ne ea res è ſua familia exiret. Videtur autem moris fuiſſe, ut quibus teſtamentum illud non diſpliceret, ii nomen ſuum profiterentur. *Hotom.*

65. *In omni genere voluntatem, impudentiam.*] Vix eſt ut reponi non debeat *voluntatem impudentiam*, quod Gulielmio in mentem veniebat. *Grut.*

66. *Pontifex affuit.*] Ut ſollemnem dedicationis formulam præiret. poſito foculo, quo area illa conſecrabatur. vid. Guther. lib. III. de Jure Pontific. c. XI. *Grav.*

67. *Cogere.*] Obſervanda tribunorum poteſtas, ut Pontificum collegium captis pignoribus cogere poſſent certo in loco adeſſe. *Hotom.* Cum alioqui Pontifices eſſent *ἀνυπεύθυνοι*, à judiciis & mulcta immunes, ſi Dionyſio credimus lib. II. Antiq. Cui tamen hic locus adverſatur. Quomodo quis ab aliquo magiſtratu poteſt cogi, niſi indicta mulcta? vide Guther. II. de Jur. Pontif. cap. II. *Grav.*

68. *Frater, inquit, uxoris meæ.*] Fulviæ, non tamen germanus, (nam

&

auctoritatem quærimus, etſi id eſt ætatis, ut nondum conſecutus ſit: tamen quanta eſt in adoleſcente auctoritas, ea, propter tantam conjunctionem affinitatis, minor eſt putanda. ſin autem ſcientia eſt quæſita: quis erat minùs peritus, quàm is, qui paucis illis diebus in collegium venerat? qui etiam tibi erat magis obſtrictus beneficio recenti, cùm ſe, fratrem uxoris tuæ, fratri tuo germano antelatum videbat. Etſi in eo providiſti, ne frater te accuſare poſſet. Hanc tu igitur dedicationem appellas, ad quam non collegium, non honoribus populi Romani ornatum pontificem, non denique adoleſcentem quemquam, cùm haberes in collegio familiariſſimos, adhibere potuiſti? Affuit is, ſi modò affuit, quem tu impuliſti, ſoror rogavit, mater coëgit.

Videte igitur, pontifices, quid ſtatuatis in mea cauſa 119
de omnium fortunis. 69 Verbone, pontifices, putatis, ſi is

& ipſe Fulvius fuiſſet). ſed aut conſobrinus, aut uterinus. fuit enim hic adoleſcens L. Pinarius Natta L. Murenæ, qui poſt Ciceronem conſul fuit, vitricus, Pinarium fuiſſe, quod infra legitur, oſtendit: *Quem ego,* inquit, *credo, ſi eſt ortus ab illis, quos memoriæ proditum eſt ab ipſo Hercule, perfuncto jam laboribus, ſacra didiciſſe, in viri fortis ærumnis non ita crudelem fuiſſe, ut in vivi & jam ſpirantis caput buſtum ſuis manibus imponeret.* Ab Hercule autem ſacra didiciſſe Pinarios & Potitios, auctor eſt Livius: ſed Potitiorum, eodem auctore, tota gens interiit: Pinarii ſuperfuerunt. Ibidem infra: *Viderat ille Murenam, vitricum ſuum.* At in oratione pro Murena, vitricum eum appellat, L. Nattæ. Nattam autem Pinariæ gentis cognomen fuiſſe, qui vel hunc noſtrum lib. II. de Divin. vel Tacitum lib. IV. vel faſtos Capitolinos anno 390. legerit, ignorare nemo poſſit. *P. Manut.* Non Fulviæ, ſed Pinariæ, cujus frater fuit L. Pinarius Natta, ut oſtendit Jac. Perizonius in Animadverſ. Hiſtoricis cap. 5. *Grav.*

69. *Verbo ne Pontifices putatis.*] Ita eſt in vulgatis, & male. Ant. Auguſtinus optime *Pontificis:* tum quod ſuperiore verſu appellarat Pontifices, tum quod ſtatim ſubjungit, *ſi is poſtem tenuerit.* Qui, *is?* niſi legas, *Pontificis.* Urſin. *Verbone, pontifices, putatis, ſi is poſtem tenuerit.*] Eſt abſurda lectio. & quis ille eſt, qui poſtem tenuerit? Etiam pontificum appellationem modo demum inſeruit. Lege omnino, ut præclare conjecit pater, *Verbone pontificis putatis &c. conſecrari poſſe.* Niſi malis *Verbone pontificem put... conſecrare poſſe.* Gronov. Sic dudum, antequam Urſini notæ prodierunt, conſuit etiam doctus ille Antonius Cauchius, legendum eſſe: *Verbone pontificis putatis.* Quæ emendatio venit etiam in mentem τῷ πάνυ Gronovio, qui tamen recte vidit, quod alii non viderunt, legendum etiam eſſe *conſecrari*, quod etiam in veteribus libris habetur. Sed filius Jacobus ſuſpicatus Ciceronem forte

 ſcri-

is poſtem tenuerit, & aliquid dixerit, domum uniuſcu-
juſque [x] conſecrari poſſe? [7] An iſtæ dedicationes, & tem-
plorum & delubrorum religiones, ad honorem deorum
immortalium, ſine ulla civium calamitate à majoribus no-
ſtris conſtitutæ ſunt? Eſt inventus tribunus plebis, qui con-
ſularibus copiis inſtructus, omni impetu furoris in eum ci-
vem irruerit, quem perculſum ipſa reſpublica ſuis manibus
extolleret.

x conſecra-
re *alii fere
omnes.*

120 XLVI. QUID, ſi quis ſimilis iſtius (neque enim jam
[s] decrunt, qui imitari velint) aliquem mei diſſimilem, cui
reſpublica non tantùm debeat, per vim afflixerit, domum
ejus per pontificem dedicarit: id vos iſta auctoritate conſti-
tuetis, ratum eſſe oportere? Dicetis, quem reperiet pon-
tificem? Quid? & tribunus plebis idem eſſe non [t] pote-
[v] pontifex? M. Druſus, ille [x] clariſſimus tribunus plebis,
pontifex fuit. ergo, ſi is Q. Cæpionis, inimici ſui, poſtem
ædium tenuiſſet, & pauca verba feciſſet, ædes Cæpionis
eſſent dedicatæ?

s dicis *MS. & ed. pr. P. B.*
t poteſt *deeſt in MSS.*
v pontif. *deeſt in aliis.*
x clariſſimus vir *Viſt. Grut.*

121 Nihil loquor de pontificio jure, nihil de ipſius verbis de-
dicationis, nihil de religione, cæremoniis: non diſſimu-
lo me neſcire ea, quæ etiam ſi ſcirem, diſſimularem, ne
alii...

ſcripſiſſe: *Verbone pontificem.* Ego vero exiſtimo retinendam eſſe
veterem librorum lectionem, quam reperi in Francii; Dreſden-
ſi; & editione prima; quam perperam immutarunt poſteriores
editiones: *Ergone, pontifices, putatis, ſi is poſtem tenuerit, & ali-
quid dixerit, domum uniuſcujuſque conſecrari poſſe?* Credo tamen
pontifices perperam huc irrepſiſſe ex præcedente verſu. *Is* nimirum
frater tuæ uxoris; ut paullo ante: *Affuit is, ſi modo affuit.* In
Paulli Manutii editione, quam Aldus filius procuravit, legitur,
Vero ne pontifices. Si *verbone* profectum ex bonæ notæ libro, probo
Urſini, Cauchii & Gronovii opinionem. *Grævius.*

70. *An iſta dedicationes.*] Συνέχεια, & ratiocinandi genus, quo
hic Cicero utitur, innuit legendum eſſe: *At iſta religiones, ad
honorem Deorum immortalium, ſine ulla civium calamitate à majori-
bus noſtris ſunt conſtituta.* An putatis, inquit, ſi quis pontifex con-
ſecrationis formulam dixerit, ideo cujuslibet domum conſecrari?
Nequaquam majores noſtri illa tantum loca conſecrarunt & de-
dicarunt Diis, quæ ſine ullo ullius civis damno conſecrari pote-
rant. Sane interrogandi nota poſt *conſtitutæ ſunt*, non eſt in pri-
mo Francii. Si interrogaſſet Tullius, dixiſſet: An illæ conſecra-
tiones templorum cum ulla civium calamitate conſtitutæ ſunt à
majoribus? In Dreſdenſi eſt: *Majoribus noſtris conſtituta ſunt*, quod,
ſi plures & antiquiores libri ſuffragarentur, non rejicerem, ut
apud Sueton. Jul. *Eandem ob cauſſam opera optimatibus data eſt*, &
quæ ſunt hujus generis alia exempla. *Idem.*

71. Ve

plus moleſtus, vobis etiam curioſus viderer: etſi [y] effluunt y affluunt MS.
multa ex [z] veſtra diſciplina, quæ etiam ad noſtras aures z noſtra ed. pr.
ſæpe permanant. Poſtem teneri in dedicatione oportere
videor audiſſe templi: ibi enim poſtis eſt, ubi templi adi-
tus eſt & [a] valvæ. Ambulationis poſtes nemo umquam a valvæ amb. MSS.
tenuit in dedicando. Simulacrum autem, aut aram ſi de-
dicaſti, ſine religione loco moveri poteſt. Sed jam hoc di-
cere [b] tibi non licebit, quoniam pontificem poſtem tenuiſ- b ibi MSS.
ſe dixiſti. Quamquam quid ego de dedicatione loquar? aut 122
quid de veſtro jure & religione, contra quam propoſue-
ram, diſputabo?

XLVII. EGO VERÒ, ſi omnia ſollemnibus verbis,
[71] veteribus & priſcis inſtitutis acta eſſe dicerem: tamen
me reipublicæ jure defenderem. An, cùm tu [c] ejus civis c ejus diſ-
diſceſſu, cujus unius opera ſenatus atque omnes boni ci- ceſſu MSS.
vitatem eſſe incolumem toties judicaſſent, oppreſſam tæ-
terrimo latrocinio cum duobus ſceleratiſſimis conſulibus
rempublicam teneres; domum ejus, qui patriam à ſe ſer-
vatam periſe ſuo nomine noluiſſet, per pontificem aliquem
dedicaſſes: poſſet recreata reſpublica ſuſtinere?

Date [d] huic religioni aditum, pontifices: jam nullum 123
fortunis communibus exitum reperietis. An, ſi poſtem te- d de hac
nuerit pontifex, & verba ad religionem deorum immor- religione alii.
talium compoſita, ad perniciem civium transtulerit, va- Pag.
lebit [e] ad injuriam nomen ſanctiſſimum religionis: ſi tri- CCXXXVIII.
bunus plebis verbis non minus priſcis & pæne ſollemnibus e injuria
bona civis cujuſpiam conſecrarit, non valebit? Atqui C. MS. in in-
Atinius, patrum memoriâ, bona Q. Metelli, qui eum ex jur. Grut. conj.
ſenatu cenſor [f] ejecerat, [72] avi tui, Q. Metelle, & tui, f rejecerat
P. Ser- MSS. & edd. vett.

71. *Veteribus & priſcis inſtitutis.*] Dreſd. & Mediolanenſis editio: *veteribus & prædictis.* ſed Franc. & ed. prima: *veteribus & publicis.* *Inſtituta publica* ſunt, quibus utuntur communiter pontifices in talibus dedicationibus. ut *publicum jus* apud Suet. Octav. 40. *Ne publicum quidem & translatitium jus ulla in re ſibi ſine pactione graviſſimæ mercedis impertiente.* ut *publica verba* apud Ovid. III. Am.

Et mihi blanditias dixit, dominumque vocavit,
Et quæ præterea publica verba ſonant.

Paulo poſt dixit Cicero *verba ſolemnia*, quæ potuiſſet dicere *publica*. Græv.

72. *Avi tui, Q. Metelle.*] Nepotem appellat, non Celerem qui jam perierat: ut ex oratione in Vatinium colligitur, ſed Nepoti proavus, non avus, Macedonicus fuit, duobus inter utrumque interjectis Metellis, Balearico Macedonici filio, & Nepote Ba-

 learici,

P. Servili, & [73] proavi tui, P. Scipio, conſecravit, [74] fo-culo poſito in Roſtris, adhibitoque tibicine. Quid tum? num illo furor tribuni plebis, ductus ex nonnullis g veterum temporum exemplis, fraudi Metello fuit, ſummo illi & clariſſimo viro? Certè non fuit.

g pervete-rum *MSS.*

124 Vidimus, hoc idem Cn. Lentulo cenſori tribunum plebis facere. Numquid igitur is [75] bona Lentuli religioni obligavit? Sed quid ego ceteros? Tu, tu, inquam, capite velato, concione advocata, foculo poſito, bona tui Gabinii, cui regna omnia Syrorum, Arabum Perſarumque donaras, conſecraſti. Quod ſi tum nihil eſt actum: quid in meis bonis agi potuit; ſin eſt ratum; cur ille gurges, heluatus h tecum ſimul reipublicæ ſanguinem, [76] ad cælum tamen exſtruxit villam in Tuſculano viſceribus ærarii; mihi meas ruinas, quarum ego ſimilem totam urbem eſſe paſſus non ſum, adſpicere non licuit?

h fugit *MSS.*

125 XLVIII. Omitto Gabinium: Quid? exemplo tuo bona tua nonne L. Mummius, i vir omnium fortiſſimus atque optimus, conſecravit? quod ſi, k quia ad te pertinet, ratum eſſe negas oportere: ea jura conſtituiſti in præ-claro

i vir fortiſſ. *alii.*
k quod *MS.* qua *ed. pr.*

learici, hujus Q. Metelli Nepotis patre. eſt igitur *μνημονικὸν ἁμάρτημα. P. Manut.*

73. *Proavi tui, P. Scipio.*] Hic eſt Scipio ille, quem Q. Metellus Pius, Numidici filius adoptavit: itaque Scipio Metellus interdum appellatur. pronepos Macedonici eſſe potuit, matre natus, cui pater fuerit aliquis ex Macedonici filiis, aut mater ex filiabus aliqua. in oratione poſt Redit. ad Quir. & in Sen. Metellarum filii Luculli, Servilii, Scipiones. *Idem.*

74. *Foculo poſito in Roſtris, adhibitoque tibicine.*] Quod ſolemne erat in ſacrificiis. conſecratio autem ſine ſacrificio non erat. Plinius lib. XXII. cap. 6. *Invenio apud auctores, eundem, præter hunc honorem, adſtantibus Mario & Catulo Coſſ. prætextatum immolaſſe ad tibicinem, foculo poſito.* Idem.

75. *Bona Lentuli religioni obligavit.*] Frano. Droſd. & ed. prima: *bona Lentuli religionibus religavit.* Non repudio *religionibus.* In orat. in Piſonem: *C. ipſi Pontino, neceſſario meo, jam non eſt integrum. religionibus enim ſuſceptis impeditur.* II. de Leg. *Plures autem deorum omnium, ſingulis ſingulorum ſacerdotes, & reſpondendi juris, & conficiendarum religionum facultatem afferunt.* Grævius.

76. *Ad cælum tamen exſtruxit villam.*] Externas villas nimium quantum altitudine ſuperantem. pro Sextio: *Villam ædificare in oculis omnium tantam, tugurium, ut jam videatur eſſe illa villa, quam ipſe tribunus pl. pictam olim in concionibus explicabat, quo fortiſſimum ac ſummum civem in invidiam homo caſtus ac non cupidus vocaret.* In Piſonem: *Permutationes ad hunc Tuſculanum montem inſtruendum.* P. Manut.

uo tribunatu tuo, quibus in te converſis, l recuſares, l *alii* recuſaret.
ios everteres? ſin iſta conſecratio legitima eſt: quid eſt, quod profanum in tuis bonis eſſe poſſit? 77 An conſecratio ullum habet jus, dedicatio eſt religioſa? Quid ergo illa in tua

77. *An conſecratio nullam habet religionem, &c.*] Cum animadvertiſſem, à veteribus libris abeſſe vocem *jus*, quæ eſt in vulgatis ante verbum *habet*, & in illis iiſdem veteribus poſt verbum, *habet*, eſſe lacunulam, ſtatim conjeci deſiderari nomen, *religionem*, Lambin. *An conſecratio nullum habet jus, dedicatio eſt religioſa?* hoc eſt conſecratio non efficit ut locus habeatur religioſus, ſed dedicatio. Conſecratio loci eſt, cum in honorem cultumque Dei Deæve locus aliquis ſacratur, aut à republica, aut à privato. Hoc modo conſecrabantur etiam non nunquam à republica, aut hoſtis, aut privati loca in pœnam, quæ tum eximebantur uſu humano. Sic Scipio Carthaginem de conſilii ſententia conſecravit, ut nulli liceret in illo loco ædificare? Sic bona civis, quem pro improbo habebant, aut volebant haberi, conſecrabant Cereri, aut alii Deo, ſicut Clodius Ciceronis, C. Atinius Q. Metelli, L. Mummius Clodii bona conſecravit. Si id fieret conſenſu Senatus populique Romani, adſentiente collegio pontificum, locus is dicebatur ſacer & religioſus, & tunc ab omnibus pro ſacro habebatur. Aggenus Urbicus de Controverſiis Agrorum: *Locorum ſacrorum ſecundum legem populi Romani magna religio & cuſtodia haberi debet. Nihil enim magis in mandatis etiam legati provinciarum accipere ſolent, quam ut hæc loca, quæ ſacra ſunt, cuſtodiantur.* Idem in Comment. in Frontinum diſtinguit inter *ſanctum, ſacrum* & *religioſum. Sanctum eſt plerumque*, inquit, *ut incorruptum & à ſanciendo ſanctum, dicitur religioſum à religando mentes, ne male agant homines, vel à relinquendo. Sacrum autem propriè Dei eſt, religioſum hominum.* Recte diſtinguit inter *ſanctum* & *ſacrum. Sanctum* enim eſt quod propter ſanctionem legi adjectam violare non licebat, qua ſanctione pœna in violatores decernebatur, licet Deo non eſſet conſecratum. Sic ſancti erant muri: ſancti legati, non vero ſacri proprie. Sacri vero erant luci, areæ, templa & alia Diis dicata. Ælius apud Feſtum: *Sacrum eſt quocunque modo atque inſtituto civitatis conſecratum ſit, ſive ædes, ſive ara, ſive ſignum, ſive locus, ſive pecunia, ſive quid aliud Diis dedicatum atque conſecratum ſit.* Qua re autem differebat *dedicatio* à *conſecratione?* Locus poterat ſacer eſſe, in quo nihil erat alicui Deo dicatum, ita ut in loco ſacro poſſet area & ſtatua Deo alii dedicari. Sic apud Liv. lib. IX: *Ædes Concordiæ in area Vulcani ſumma invidia nobilium dedicans.* Area illa Vulcani erat ante ſacra, ſed in area Vulcani Concordiæ ædes fuit dedicata. Sic hic Clodius ædes & bona Ciceronis conſecrarat non modo, ſed etiam aream libertati dedicarat, quam tum religioſum reddidiſſe locum exiſtimabat, ac aliis perſuadere volebat, ut perpetuo hominum uſu eſſet exemtus. In dedicatione requirebatur, ut poſtem teneret pontifex, aliiſque uteretur ritibus ſollemnibus, qui in conſecratione non requirebantur, & ut dedicatio fieret populi juſſu aut plebis,

m tua obteſt. *MS.* — m tua tum obteſtatio tibicinis? quid foculus? quid preces? quid priſca verba voluerunt? ementiri, fallere, abuti deorum immortalium numine ad hominum timorem quid voluiſti? Nam ſi eſt illud ratum: mitto Gabinium: tua domus certè, &, quicquid habes aliud, eſt Cereri conſecratum. ſin n ille tibi ludus fuit, quid te impurius, qui religiones omnes pollueris aut ementiendo aut ſtuprando?

P. B.

n ille ludus *MS.*

126 Jam fateor, inquit, in Gabinio me nefarium fuiſſe. Quippe vides, pœnam illam à te in alium inſtitutam, in te ipſum eſſe converſam. Sed homo omnium ſcelerum flagitiorumque documentum, quod in Gabinio fateris, cujus impudicitiam pueritiæ, libidines adoleſcentiæ, dedecus & egeſtatem reliquæ vitæ, latrocinium conſulatus vidimus: cui ne iſta quidem ipſa calamitas injuriâ potuit accidere: id in me o infirmas? & gravius eſſe dicis, quod uno adoleſcente, quàm quod concione tota teſte,

o affirmas *MS. & ed. pr.*

127 feciſti? Dedicatio magnam, inquit, habet religionem.

XLIX. NONNE vobis Numa Pompilius videtur loqui? diſcite orationem, pontifices, & vos flamines: etiam tu, rex, diſce à p gentili tuo: quamquam ille gentem iſtam reliquit: ſed tamen diſce ab homine religionibus dedito, juſto, q tum omnium religionum perito. Quid? in dedicatione nonne & quis dicit, & quid, & quomodo, quæritur? r An tu hæc ita confundis & perturbas, ut, quicumque velit, ſ quod velit, quomodo velit, poſſit dedicare? quis eras tu, qui dedicabas? quo jure? qua lege? quo exemplo? qua poteſtate? ubi te iſti rei populus Romanus præfecerat? video enim eſſe legem veterum tribuniciam, quæ vetet, injuſſu plebis ædes, terram, aram conſecrare. neque t tum v hoc ille Q. Papirius, qui hanc legem rogavit, ſenſit, neque ſuſpicatus eſt, fore periculum, ne domicilia, aut poſſeſſiones indemnatorum civium conſecrarentur. neque enim id fieri fas erat, neque quiſquam fecerat, neque erat cauſa, cur prohibendo non tam deterrere x videretur, quam admonere.

p gentili homine *Vict. Grut. alii.*

q tamen *MS. & ed. pr.*

r At *MS.*

ſ quid *MS.*

t tamen *ed. pr.*

v hoc Q. *alii & MSS.*

x videatur *MSS.*

Sed

plebisſcitu, ut hic Cicero oſtendit? Itaque loca ſacra non poterunt in privatum uſum converti iterum, niſi reſacrarentur, multo minus, quæ dedicata erat ſollemnibus verbis Diis. Sed & hanc conſecrationem & dedicationem tanquam vanam & inanem exagitat Cicero. De utraque & antiquis illis verbis, quibus res dedicabantur, vide quæ notavit Jac. Guther. de Jure Pontific. III, 11. & IV, 21. nec non Briſſon. de Formulis lib. I. *Græv.*

78. Ip

Sed quia conſecrabantur ædes, non privatorum domicilia, ſed quæ ſacræ nominantur: conſecrabantur agri, non ita ut noſtra prædia, ſi y quis vellet, ſed ut imperator agros de hoſtibus captos conſecraret: ſtatuebantur aræ, quæ religionem afferrent, [78] ipſo ſi loco eſſent conſecratæ: hæc, niſi plebs juſſiſſet, fieri vetuit. Quæ ſi tu interpretaris de noſtris ædibus atque agris ſcripta eſſe: non repugno. ſed quæro, quæ lex lata ſit, ut tu ædes meas conſecrares: ubi tibi hæc poteſtas data ſit: quo jure feceris. Neque ego nunc de religione, ſed de bonis omnium noſtrûm, nec de pontificio, ſed de jure publico diſputo. 128 P. ccxxxix. y qui MS.

L. LEX PAPIRIA vetat, ædes injuſſu plebis conſecrari. Sit ſanè hoc de noſtris ædibus, ac non de publicis templis. Unum oſtende verbum conſecrationis in ipſa tua lege: ſi illa lex eſt, ac non vox ſceleris & crudelitatis tuæ. Quòd ſi tibi tum in illo reipublicæ naufragio omnia in mentem venire potuiſſent, aut ſi tuus ſcriptor in illo incendio civitatis non ſyngraphas cum Byzantiis exſulibus, & cum legatis z regiis faceret, ſed vacuo animo tibi iſta non ſcita, ſed portenta conſcriberet: eſſes omnia, ſi minus re, at verbis legitimis conſecutus. Sed uno tempore cautiones fiebant pecuniarum, [79] fœdera feriebantur provinciarum, regum 129 z rogatis MSS. & ed. pr.

78. *Ipſo ſi loco eſſent conſecrata.*] Mendoſus locus ex veteri aliqua ſcriptura reſtituendus. *Hotom.* Franc. Dreſd. & ed. prim. *Ipſi ſi loco eſſent conſecrata.* Nec *ipſo*, nec *ipſi*, quid hic notet video. Mihi videtur delenda eſſe iſta vox. Sententia autem horum verborum: *Statuebantur aræ, quæ religionem afferrent, ſi loco eſſent conſecratæ*, eſt, ſtatuebantur aræ, quæ religioſum reddebant id, ubi erant conſtitutæ, ſi loco, hoc eſt ſuo, ſeu commodo, loco, jure & legitime eſſent conſecratæ. Hanc enim vim *loco conſecrare* habet. Terent. Adelph. II, 2: *Pecuniam loco negligere, maximum interdum eſt lucrum.* Cicero pro Milone: *Quem jure, quem loco, quem tempore, quem impune non eſt auſus; hunc injuria, iniquo loco, alieno tempore, periculo capitis non dubitabit occidere.* Act. v. in Verrem: *Ut hæc ipſa ædilitas*, &c. *recte collocata, & judicio populi, & loco poſita eſſe videatur.* Græv.

79. *Fœdera feriebantur provinciarum.*] Sic omnes editi, quos inſpexi, ſed quid ſit, *fœdera provinciarum ferire* non ego intelligo. Si qui ſit, qui me docere velit, erit mihi Apollo. Cum Piſone & Gabinio Coſs. jam ante hoc tempus tranſegerat de provinciis Macedonia & Syria Clodius. Sed licet tum demum cum illis decidiſſet, tamen hoc non eſſet, *fœdera provinciarum ferire.* Prava diſtinctione laborat hic locus, qui leviſſima tranſpoſitione virgulæ poſt *fœdera* reſtituetur ſanitati: ſic enim ſcripſit Cicero: *Fœdera feriebantur provinciarum, regum appellationes venales erant.*

Pretio

a ſermone aut ſermones *MSS.*
b judicaturi *MS.*
c ne quis *alii,*
d conſilio *quad. edd.*
e te aſſeris *MS.*
P. B.

regum appellationes venales erant, [a]ſervorum omni b vicatim celebrabatur tota urbe deſcriptio, inimici in g tiam reconciliabantur. [80]imperia adſcribebantur novæ j ventuti, Q. Seio venenum miſero parabatur, de Cn. Po pejo, propugnatore & cuſtode imperii interficien conſilia inibantur, ſenatus [c]nequid eſſet, ut lugerent ni ſemper, ut capta reſpublica [d]conſulum proditione, tribunicia teneretur. Hæc cùm tot, tantaque agerentu non mirum eſt, præſertim in furore animi & cæcitat multa illum & te feſelliſſe. At videte, quanta vis ſit h

130 jus Papiriæ legis [e]in re tali; non qualem tu affers, ſc leris plenam & furoris. Q. Marcius, cenſor, ſignum Co cordiæ fecerat, idque in publico collocarat. hoc ſignu C. Caſſius cenſor cùm in curiam tranſtuliſſet, collegium v ſtrum conſuluit, numquid eſſe cauſæ videretur, quin ſignum curiamque Concordiæ dedicaret.

LI. Quæso, pontifices, & hominem cum homin & tempus cum tempore, & rem cum re comparate. Ille e ſummâ modeſtiâ & gravitate cenſor: hic tribunus pleb ſcelere & audaciâ ſingulari. tempus illud erat tranqu lum, & in libertate populi, & gubernatione poſitum natus: tuum porrò tempus, libertate populi Romani o preſſa, ſenatus auctoritate deleta. res illa plena juſtitia ſapientiæ, dignitatis. cenſor enim, penes quem majo noſtri (id quod tu ſuſtuliſti) judicium ſenatus de dignita eſſe voluerunt, Concordiæ ſignum volebat in curia, c riamque ei deæ dedicare.

Pr

Pretio feriebat cum exteris populis fœdera de ſocietate, prov cias addicebat Romanis magiſtratibus, qui maximam offereb ei pecuniam, aut partibus ejus ſe addictiſſimos fore promitteba regum quoque nomen & inſignia conferebat iis, qui ejus grat ſibi argento conciliarant. Nimirum idem fecit, quod fere c illa tempora fecerat quoque Julius Cæſar, qui, ut Suetonius *ſocietates & regna pretio dedit.* Quod Suetonio eſt *ſocietates dare*, Ciceroni hîc dicitur *fœdera ferire.* Græv.

80. *Imperia adſcribebantur nova juventuti.*] Pantagathus emen bat, *Imperia adſcribebantur: inveniebantur.* quam lectionem lib qui eſt apud me manuſcriptus, aliqua in parte confirmat: *nova juventute* in eo ſcriptum eſt. Quid ſi pro *adſcribebantur* le tur *proſcribebantur?* ut de Ptolemæo Rege intelligatur & Brig zo, de quibus dixit in oratione de Aruſpicum Reſponſis: *Rege erant, vendidit, qui non erant, appellavit.* Urſin. Lambinus pro perio delevit *nova juventuti*, & ſyllabam præterea detraxit *adſcribebantur.* Gulielmius conabatur potius *nova è juventute.* G terus.

81. Ma

Præclara voluntas atque omni laude digna. præſcribe- 131
re enim ſe arbitrabatur, ut, ſine ſtudiis diſſenſionis, ſen-
tentiæ dicerentur, ſi ſedem ipſam ac templum publici
conſilii, religione Concordiæ devinxiſſet. Tu cùm ferro,
cùm metu, cùm edictis, cùm privilegiis, cùm præſenti-
bus copiis perditorum, abſentis exercitus terrore & mi-
nis, conſulum ſocietate, & nefario fœdere, ſervitute
oppreſſam civitatem teneres: Libertatis ſignum poſuiſti
81 magis ad ludibrium impudentiæ, quàm ad ſimulationem
religionis. Ille in curia, quæ poterat, ſine cujuſquam in-
commodo, dedicabat: tu in civis optimè de republica me-
riti cruore, ac pænè oſſibus, ſimulacrum non libertatis pu-
blicæ, ſed licentiæ, collocaſti. Atque ille tamen ad col-
legium retulit: tu ad quem retuliſti?

Si quid deliberares, ſi quid tibi aut piandum, aut inſti- 132
tuendum fuiſſet religione domeſtica: f tamen inſtituto ce- f tum *MS.*
terorum g vetere, ad pontificem detuliſſes. novum delu- *P.* CCXL.
brum cùm in urbis clariſſimo loco, nefando quodam at- g utere *MS.*
que inaudito inſtituto, inchoares: referendum ad ſacer- uterere *ed.*
dotes publicos non putaſti? At, ſi collegium pontificum *pr.*
adhibendum non videbatur: nemone horum tibi idoneus
viſus eſt, qui ætate, honore, auctoritate antecellunt, ut
cum eo dedicationem communicares? quorum quidem
tu non contempſiſti, ſed pertimuiſti dignitatem.

LII. AN TU auderes quærere ex P. Servilio, aut ex M.
Lucullo: quorum ego conſilio atque auctoritate rempu-
blicam conſul ex veſtris manibus ac h faucibus eripui: qui- h facibus
busnam verbis, aut quo ritu, primùm hoc dico, civis do- *aut* faſcibus
mum conſecrares; deinde civis ejus, cui princeps ſena- *alii.*
tus, 82 cui etiam ordines omnes, deinde Italia tota, pòſt
cunctæ gentes, teſtimonium hujus urbis atque imperii
conſervati dediſſent? Quid diceres, ô nefanda & perni- 133
cioſa labes civitatis? Ades, ades, Luculle, Servili, dum
dedico domum Ciceronis, ut mihi i præeatis, poſtemque i pareatis
teneatis. Es tu quidem cùm audaciâ tum impudentiâ ſin- *MSS.*
gulari: ſed tibi tamen oculi, vultus, verba cecidiſſent,
cùm

81. *Magis ad ludibrium pudicitiæ.*] Ita aliàs legi adnotatum aliis, placetque præ vulgato, *impudentiæ*; quod tamen in pleriſque Pal. nam nonus *impudicitiæ*. Grut.

82. *Cui etiam ordines omnes.*] Pall. fere, *tui etiam ordinis omnes*; lectione, in ſpeciem bona. ſed malim quod reſtat in nono, firmatque S. Victoris liber, *tum autem ordines omnes*, Idem.

83. *Qui*

cùm te viri, qui ſua dignitate perſonam populi Romani atque auctoritatem imperii ſuſtinerent, verbis graviſſimis perterruiſſent: neque ſibi fas eſſe dixiſſent, furori intereſſe tuo, atque in patriæ parricidio & ſcelere.

134 Quæ cùm videres, tum te ad tuum affinem non delectum à te, ſed [k] relictum à ceteris contuliſti. quem ego tamen credo, ſi eſt ortus ab illis, quos memoriæ proditum eſt ab ipſo Hercule, perfuncto jam laboribus, ſacra [l] didiciſſe; in viri fortis ærumnis non ita crudelem fuiſſe, ut in vivi & jam ſpirantis caput buſtum ſuis manibus imponeret: [83] qui aut nihil dixit, aut, ſi fecit, omninò pœnam hanc maternæ temeritatis tulit, ut mutum in delicto perſonam nomenque præberet: aut, ſi dixit aliquid, verbis hæſitantibus, poſtemque tremebunda manu tetigit: certè nihil ritè, nihil caſtè, nihil more inſtitutoque perfecit. Viderat ille Murenam, vitricum ſuum, conſulem deſignatum, ad me conſulem cum Allobrogibus communis exitii indicia afferre: audierat ex illo, ſe à me bis ſalutem accepiſſe, ſeparatim ſemel, iterum cum univerſis.

k relict. cont. MS.

l dediſſe MS. & ed. pr.

P. B.

135 Quare quis eſt, qui exiſtimare poſſit, huic novo pontifici, primam hanc poſt ſacerdotium initum religionem inſtituenti, vocemque mittenti, non & linguam obmutuiſſe, & manum obtorpuiſſe, & mentem debilitatam metu concidiſſe: præſertim cùm ex collegio tanto, non regem, non flaminem, non pontificem videret: fierique particeps alieni ſceleris invitus cogeretur, & graviſſimas pœnas affinitatis impuriſſimæ ſuſtineret?

136 LIII. Sed, ut revertar [84] ad jus publicum [m] dedicandi, quod ipſi pontifices ſemper non ſolùm ad ſuas cæremonias, ſed etiam ad populi juſſa accommodaverunt: habetis in commentariis veſtris, C. Caſſium cenſorem de ſigno Concordiæ dedicando ad pontificum collegium retuliſſe, eique [85] M. Æmilium, pontificem maximum, pro

m ita Manut. Grav. vindicandum alii.

colle-

83. *Qui nihil dixit aut fecit omnino: pœnamque hanc.*] Ita legit hunc locum Pantagathus. & paullo poſt, *In loco anguſto conſecratam jam aram tollendam*, pro *eam aram*. Urſin.

84. *Ad jus publicum judicandi.*] Veneti: *ad jus publicum judicandum*; quemadmodum, niſi fallor, jusjurandum dicitur. *Camerar.*

85. *M. Æmilium pont. max.*] Opinor eum eſſe, qui anno V. C. DXC. cum C. Popillio conſul fuit, quinquennio ante cenſores M. Valerium Meſſallam & C. Caſſium Longinum, qui hic nominatur. Si quis tamen ejus patrem, qui ſexies princeps ſenatus fuit, ſignificari malit, quem iis cenſoribus extrema ſenectute

fuiſſe

collegio reſpondiſſe, niſi eum populus Romanus nominatim præfeciſſet, atque ejus juſſu faceret; non videri eam rectè poſſe dedicari. Quid, cùm Licinia virgo Veſtalis, ſummo loco n nata, ſanctiſſimo ſacerdotio prædita, T. Flaminino Q. Metello conſulibus, aram & ædiculam & pulvinar [86] ſub ſaxo ſacro dedicaſſet, non eam rem ex auctoritate ſenatus ad hoc collegium Sex. Julius prætor retulit? cùm P. Scævola, pontifex maximus, pro collegio reſpondit, quod in loco publico Licinia, o Caji filia, injuſſu populi dedicaſſet, ſacrum non p videri. Quam quidem rem quantâ ſeveritate, [87] quantâque diligentiâ ſenatus ſuſtulerit, ex ipſo ſenatusconſulto facilè cognoſcetis, q Recita ſenatusconſultum. Senatusconsultum.

n nata *abeſt à MSS.*
o caſtiſſima fœmina *MS. & ed. pr.*
p videri eſſe *Grut.*
q *quatuor ſeq. voces deſunt in MSS.*

137
P. CCXLI.

Videtisne, prætori urbano negotium datum, ut curaret, ne id ſacrum eſſet? & ut, ſiquæ eſſent inciſæ, aut inſcriptæ litteræ, tollerentur? O tempora, ô mores! Tum cenſorem, hominem ſanctiſſimum, ſimulacrum Concordiæ

fuiſſe neceſſe eſt: non contendam. nam ſi ſexies, ut hiſtoriæ narrant, princeps ſenatus fuit, quo eum honore affectum, niſi poſt conſulatum, veriſimile non videtur: ad cenſores Meſſallam & Longinum vitam perduxit. *P. Manut.*

86. *Sub ſaxo ſacro.*] Sacrum ſaxum, ait J. Guther. III. de Vet. Jur. Pontif. 5. eſſe ædem in ſaxo excavatam, quam Appulejus I. Florid. vocarit ſpeluncam frondibus inumbratam. Nihil poterat dici alienius. Non in ſaxo, ſed ſub ſaxo fuit illa ædes, quam dedicavit Licinia. Per ſacrum ſaxum intelligitur, credo, rupes Aventini montis, quæ ſaxum dicebatur, ad quod fuit etiam Bonæ Deæ ſubſaxanæ templum, cujus meminit P. Victor. regione XII, & deſcribit Ovidius V. Faſt.

Eſt moles nativa loco, res nomina fecit.
Appellant ſaxum. Pars bona montis ea eſt.

Hoc ſaxum dictum eſt ſacrum propter hoc Bonæ Deæ templum, ut & templum Minervæ in illo ſitum. Rupes Tarpeja non poteſt hic denotari, quamvis & illa ſaxum dicatur, & totus mons Jovi fuerit ſacratus à Tarquinio, quia hoc ſaxum infame eſt pœnis ſceleratorum, qui de illo dejiciebantur. *Grav.*

87. *Quantâque diligentiâ ſenatus ſuſtulerit.*] Verbum, *ſuſtulerit*, abeſt à duobus libris manuſcr. unde ſuſpicari poſſit aliquis, hoc verbum eſſe alienum, non Ciceronis, cum verum eſſet à librario omiſſum, falſum ab eo, qui deeſſe videret, ſuppoſitum. omnino hoc, *ſuſtulerit*, parum quadrare ad hunc locum videtur: putaverimque, *perſecutus ſit*, potius, aut aliud ſimile à M. Tullio eſſe poſitum. nam quod infra non longe verbo illo utitur, ibi, *eam aram tollendam*, &c. primum hic eſt, *eam rem ſuſtulerit.* illic, *aram tollendam.* deinde hic, *ſuſtulerit.* illic, *tollendam*, cenſuit, res ipſa loquitur quid interſit. *Lambin.*

diæ dedicare pontifices in templo inaugurato prohibuerunt:
poſt autem ſenatus in loco auguſto [88] conſecratam eam
aram, tollendam ex auctoritate pontificum cenſuit, neque
ullum eſt paſſus ex ea dedicatione litterarum exſtare mo-
numentum. tu, procella patriæ, turbo ac tempeſtas pa-
cis atque otii, quod in naufragio reipublicæ tenebris
[r] offuſis, demerſo populo Romano, everſo atque ejecto
ſenatu dirueris, ædificaris, religione omni violata, reipu-
blicæ [s] tantùm nomine contaminaris: [t] in civis hujuſce
ædibus, & in urbe, quam ſuis laboribus ac periculis
[v] conſervaſſet, monumentum deletæ reipublicæ colloca-
ris [89] ad equitum notam, ad dolorem bonorum omnium,
ſublatoque Q. Catuli nomine inciderıs: id ſperaſti rempu-
blicam diutius, quàm, quoad mecum ſimul expulſa care-
138 ret his mœnibus, eſſe laturam? At, ſi, pontifices, ne-
que is, cui licuit, neque id, quod fas fuit, dedicavit,
quid me attinet jam illud tertium, quod propoſueram, do-
cere, non his inſtitutis ac verbis, quibus cæremoniæ po-
ſtulant, dedicaſſe?

LIV. Dixi a principio, nihil me de ſcientia veſtra,
nihil de ſacris, nihil de abſcondito jure pontificum, dictu-
rum. quæ ſunt adhuc à me de jure dedicandi diſputata, non
ſunt quæſita ex occulto aliquo genere litterarum, ſed ſum-
pta de medio, ex rebus palàm per magiſtratus actis, ad
collegiumque delatis, ex ſenatusconſulto, ex [x] lege. Illa
interiora, jam [y] veſtra ſunt, quid dici, quid præcipere,
[z] quid tangi, quid teneri jus fuerit.
139 Quæ ſi omnia ex Coruncanii ſcientia, qui peritiſſimus
pontifex fuiſſe dicitur, acta eſſe conſtarent: aut ſi M. Ho-
ratius ille Pulvillus, qui, cùm ejus dedicationem multi,
propter invidiam, fictis religionibus impedirent, reſti-

r effuſis *MS. & ed. pr.*
ſ tamen *Græv.*
t in hujuſce *MS.*
v conſecraſſet *MS. & ed. pr.*
x lege illa. Jam int. *ed. pr.*
y noſtra *MS.*
z quid teneri jus *MS.*

P. B.

88. *Conſecratam.*] Non modò *conſecratum*, verum etiam *dedicatam*: ſequitur enim, *Neque ullum eſt paſſus ex ea dedicatione litterarum exſtare monumentum.* A quo autem conſecratam & dedicatam? ab eo ſcilicet, cui non liceret, ut à tribuno plebis, aut à prætore, nullo adhibito pontifice, ideo ſenatus ex auctoritate pontificum aram eam tollendam cenſuit. *P. Manut.*

89. *Ad equitum notam, ad dolorem bonorum.*] Hic locus mihi valde ſuſpectus eſt: neque nos quidquam hic libri veteres adjuvant, immo ſuſpicionem augent. ita enim ſcriptum in duobus eſt, *ad equitum nota doloris bonorum*, &c. in aliis quomodo in vulgatis. ego putabam legi poſſe, *ad ejus ignominiam, ad dolorem*, &c. vel *ad ignominiam ac dolorem bonorum omnium.* Lambin.

& conſtantiſſima mente Capitolium dedicavit, hujuſmodi alicui dedicationi præfuiſſet: tamen in ſcelere religio non valeret; nedum valeat id, quod imperitus adoleſcens, novus ſacerdos, ſororis precibus, matris minis adductus, ignarus, invitus, ſine collegis, ſine libris, 90 ſine auctore, ſine fictore, furtim, mente ac lingua titubante feciſſe dicatur: præſertim cùm iſte impurus atque impius hoſtis omnium religionum, qui contra fas inter viros ſæpe mulier & inter mulieres vir fuiſſet, ageret illam rem ita raptim & turbulentè, ut neque mens, neque vox, neque lingua conſiſteret.

LV. DELATUM tum eſt ad vos, pontifices, & poſt omnium ſermone celebratum, quemadmodum iſte præpoſteris verbis, ominibus obſcœnis, identidem ſe ipſe revocando, dubitans, timens, hæſitans, omnia aliter ac vos 140

90. *Sine auctore, ſine ſcriptore.*] Vetus liber habet *fictore* pro *ſcriptore*. Urſin. *Sine fictore.*] Reſtitui Tullio propriam ſuam vocem, conſpiratione omnium Pall. item editionum veterum, prӕterquam primæ, quæ verbulum illud totum omiſit. at poſteriores nobis obtruſerant, *ſine ſcriptore*. Ennii verſus eſt:

Libaque fictores, Argeos & tutulatos. Gruter.

Fictore eſt quoque in primo Francii & Dreſdenſi. Fuerunt ſane *fictores* inter officia Divina. Sic in lapidibus antiquis apud Gruterum, DISCIPULUS FICTORUM PONTIFICUM. item, FICTOR V. V. id eſt Virginum Veſtalium. & in alia: FICTORES PONTIFICUM. Quid fuerint Iſidorus explicat: *Fictor à componendo & fingendo, velut qui capillos mulierum lingit & pertractat, ungit & nitidat.* Tales autem miniſtros habuiſſe paganos ex Artemidoro II, 34, docet Lipſius II. Elect. cap. 8, cui hæc debes. Sed Guther. de Vetere Jure Pontifico II, 14. putat fictores dici, qui in ſacris ſimulata pro veris offerunt. Nam ſunt de animalibus, quæ difficilè inveniantur, de pane vel cera ficta, & pro veris accepta. Sic dixiſſe poëtam ſacrorum peritiſſimum IV. Æneid. *latices ſimulatos fontis Averni.* Hanc ſimulationem, ait, tenuioris fortunæ hominibus conceſſam fuiſſe. Illos enim, cum nullum animal ſacrificare poſſent, taurum è farina finxiſſe, ut Suidas prodiderit in βοῦς ἕβδομος. Et taurum verbenaſque in commentario ſacrorum ſignificaſſe ficta farrinacea, ut videre liceat apud Feſtum in *Taurus*, à quo fictores Pontificum dictos, qui de pane vel cera ſimulatas hoſtias fecerint. Equidem *fictores* dicti ſunt *à fingendis libis* teſte Varrone lib. VI. de L. L. quæ *libantes fiebant*. Hinc & conjunguntur cum *Argeis*, apud Ennium, quod & Argei ſimularentur. Erant autem Argei ſimulacra hominum ex virgultis ſcirpeciis, quæ quotannis è ponte ſublicio à ſacerdotibus publice jactari ſolebant, teſte eod. Varrone. Hos fictores adhibebant pontifices in dedicationibus & aliis ſacris. *Gravius*.

vos in monumentis habetis & pronuntiarit & fecerit
Quod quidem minimè mirum eſt, in tanto ſcelere tanta-
que dementia, ne audaciæ quidem locum ad timorem
comprimendum fuiſſe. Etenim, ſi nemo umquam præd[o]
tam barbarus atque immanis fuit, qui cùm [a] fana ſpo-
liaſſet, deinde aram aliquam in litore deſerto, ſomnis ſti-
mulatus, aut religione aliqua, conſecraret, non horreret
animo, cùm divinum numen ſcelere violatum placare
precibus cogeretur: qua tandem iſtum perturbatione men-
tis, omnium templorum atque tectorum, totiuſque ur-
bis prædonem fuiſſe cenſetis, cùm pro deteſtatione to[t]
ſcelerum unam aram nefariè conſecraret?

141 Non [b] potuit ullo modo (quamquam & inſolentiâ do-
minatus extulerat animos, & erat incredibili armatus au-
dacia) non in agendo ruere ac ſæpe peccare, præſerti[m]
illo pontifice & magiſtro, qui cogèretur docere, ant[e-]
quàm ipſe didiciſſet. Magna vis eſt cùm in deorum immor-
talium numine, tum verò in ipſa republica. Dii immorta-
les ſuorum templorum cuſtodem ac præſidem ſcelerati[ſ-]
ſimè pulſum cùm viderent, ex ſuis templis in ejus [c] æde[s]
[d] immigrare nolebant. itaque iſtius vecordiſſimi mentem
cura metuque terrebant. Res verò publica, quamquam
erat exterminata mecum, tamen obverſabatur ante ocu-
los [91] exſtinctoris ſui, & ab iſtius [92] inflammato atque
ignito furore jam tum [e] me ſeque repetebat. Quare qu[id]
eſt mirum, ſi iſte metus furore inſtinctus, ſcelere pr[æ-]
ceps, neque inſtitutas cæremonias perſequi, neque [ver-]
bum ullum ſollemne potuit effari?

142 LVI. QUÆ CUM ita ſint, pontifices, revocate [jam]
animos veſtros ab hac ſubtili noſtra diſputatione ad uni[ver-]
ſam rempublicam, quam anteà cum viris fortibus mu[ltis,]
in hac verò cauſa ſolis veſtris cervicibus ſuſtinetis. V[obis]
univerſi ſenatus perpetua auctoritas, cui vosmetipſi [con-]
ſtantiſſimi ſemper in mea cauſa præfuiſtis: vobis Italiæ [ma-]
gnificentiſſimus ille motus, municipiorumque concu[rſus:]
vobis campus, centuriarumque una vox omnium, [...]

Marginal notes: a funus *MSS. & ed. pr.* — b poterat. *alii.* — P.CCXLII. — c ſedes *alii.* — d migrare *MS.* — e me repet. *MSS.*

91. *Exſtinctoris ſui.*] Vett. edd. & mſſ. Pall. aliorumque o[mnes]
iſtud habebant: itaque mirarer, cur id poſterius nati muta[rint]
exterminatoris; niſi putaſſent Deos non exſtingui. at nec ex[ter]-
nantur, ſi ſunt Dei. *Gruter.*

92. *Inflammato & ignito furore.*] Iidem libri omnes, *init[o]*
quod Pal. nonus *inico.* quod mutari queat in *iniquo*, in[o]
imò in *unico.* ſed viderint alii, ego feſtino nimis. *Idem.*

93.

tam vos principes atque auctores fuiſtis, vobis omnes ſocietates, omnes ordines, 93 omnes, qui aut re, aut ſpe denique ſunt boni, 94 omne vobis erga meam dignitatem ſtudium & judicium non modo commiſſum, verùm etiam commendatum eſſe arbitrabuntur.

Denique ipſi dii immortales, qui hanc urbem atque 143
hoc imperium tuentur, ut eſſet omnibus gentibus poſteritatique perſpicuum, divino me numine eſſe reipublicæ [f] redditum, idcirco mihi videntur fructum ipſum reditus & gratulationis meæ ad ſuorum ſacerdotum poteſtatem judiciumque revocaſſe. Hic eſt enim reditus, pontifices, hæc reſtitutio, in domo, in ſedibus, in aris, in focis, in diis penatibus recuperandis. quorum [g] ſi iſte ſuis ſceleratiſſimis manibus tecta ſedeſque convellit: ducibuſque conſulibus, tamquam urbe capta, hanc unam domum, quaſi acerrimi propugnatoris, ſibi delendam putavit; tamen illi dii penates ac familiares mei per vos in meam domum mecum [h] erunt reſtituti.

f reductum *MSS.*

P. B.

g etſi iſte *Lamb.*

h erant *MS.*

LVII. Quocirca te, 95 Capitoline, quem propter 144
beneficia populus Romanus Optimum, propter vim Maximum

93. *Omnes qui aut re, aut ſpe denique ſunt boni.*] Ita ſcriptum eſt in omnibus, quos viderint, manuſcriptis & vulgaris libris, ſed male omnino, *ſpe* pro *ſpecie*: in quo verbo cum alibi ab imperitis librariis peccatum eſt, tum in Lælio, *Quæ eſt enim iſta ſecuritas* (inquit) *ſpecie quidem blanda; ſed re ipſa multis locis repudianda* eſt. paullo ſupra, pro *præſtantiſſimi*, ſcribebat Pantagathus *præſtantiſſime*. Urſin.

94. *Omne vobis erga meam dignitatem ſtudium.*] Hunc locum contaminatum eſſe non tantum veteres libri, ſed & ſententia indicat. Quid enim eſt, *boni omne vobis erga meam dignitatem ſtudium & judicium committunt?* Cujus ſtudium committunt? Et quid eſt, *omne ſtudium & judicium vobis committunt?* Ed. prima, Mediol. nec non aliæ vetuſtiores ante Victorianam: *Omnes tum vobis erga meam dignitatem ſtudium.* Franc. *Omnes hi tum erga meam dignitatem ſtudium.* Tullii manus fuit: *Omnes hi ſuum erga meam dignitatem ſtudium & judicium non modo commiſſum, verum etiam commendatum eſſe arbitrabuntur. Studium ſuum*, quod illi erga me teſtatum fecerunt, cum tantopere laborarent, ut reſtitueret, & judicium, quid de me exiſtimarent, cum tanta benevolentia & applauſu reſtitutum exciperent, de quibus in verbis præcedentibus. Pro *arbitrabuntur*, legitur in Franc. & ed. prima, *arbitrabantur*. Mallem, *arbitrantur*, ſi annuerent codices. *Gravius.*

95. *Capitoline, quem propter beneficia &c.*] Is nempe Jupiter eſt, quem propriè *Optimum Maximum dixerunt*. Vid. Ouzel. ad Minuc. Felic. p. 124.

ximum nominavit, teque, Juno regina, & te, [96] cuſtos urbis, Minerva, quæ ſemper adjutrix conſiliorum meorum, teſtis laborum extitiſti, precor ac quæſo: voſque, qui maximè me repetiſtis atque revocaſtis, quorum de ſedibus hæc mihi propoſita eſt contentio, patrii penates familiareſque, qui huic urbi & reipublicæ [i] præſidetis, vos obteſtor, quorum ego à templis ac delubris peſtiferam [k] illam & nefariam flammam depuli: teque, Veſta mater, cujus caſtiſſimas ſacerdotes ab hominum amentia, furore & ſcelere defendi: cujuſque ignem illum ſempiternum non ſum paſſus aut ſanguine civium reſtingui, aut cum totius urbis incendio commiſceri.

i ita MSS. alii præſides eſtis.
k illam feram MS.

145 [97] Ut, ſi in illo pænè fato reipublicæ objeci meum caput pro veſtris [l] cæremoniis atque templis, perditiſſimorum civium furori atque ferro: &, ſi iterum, cùm ex mea contentione interitus bonorum omnium quæreretur, vos ſum teſtatus, vobis me ac meos commendavi, meque ac meum caput ea conditione devovi, ut, ſi & eo ipſo tempore, & antè, & in conſulatu meo, commodis meis omnibus, emolumentis, præmiis prætermiſſis, cura, cogitatione, vigiliis omnibus, nihil, niſi de ſalute meorum civium laboraſſem; tum mihi republicâ aliquando reſtitutâ liceret frui: ſin autem mea conſilia patriæ non profuiſſent; ut perpetuum dolorem, avulſus à meis, ſuſtinerem: hanc ego devotionem capitis mei, cùm ero in ſedes meas reſtitutus, tum denique convictam eſſe & commiſſam putabo. Nam nunc quidem, pontifices, non ſolum

l cærim. MS.
P. CCXLIII.

146 domo, de qua cognoſcitis, ſed tota urbe careo, in quam

video

96. *Cuſtos urbis.*] Ut ex Dione lib. XXXIIX. licet intelligere, quod eam auctorem adjutricemque habuiſſet earum rerum, quas pro ſalute patriæ conſul geſſiſſet. ideo ſubjungit hic: *Quæ ſemper adjutrix conſiliorum meorum, teſtis laborum exſtitiſti.* Simulacrum illud, cum à Clodio tribuno pl. patria pelleretur, in templo Jovis Capitolini collocavit; quod lib. II. de Leg. notum his verbis eſſe voluit: *Nos, qui illam cuſtodem urbis, omnibus ereptis noſtris rebus ac perditis, violari ab impiis paſſi non ſumus, eamque ex noſtra domo in ipſius patris domum detulimus judicia, ſenatus, Italiæ ac gentium denique omnium conſervata patria conſecuti ſumus.* Idem oſtendit Dio, addit etiam, à Cicerone conſecratam. quod eo quoque patet, quia reverſus in patriam non retulit eam in domum ſuam, ſed, ubi diſcedens poſuerat, ibi reliquit. *P. Manut.*

97. *Ut, ſi in illo pænè fato Reip.*] Pantagathus delebat particulam, ut. Urſin.

98. Ex

videor eſſe reſtitutus. Urbis enim celeberrimæ & maximæ partes adverſum illud non monumentum, ſed vulnus patriæ contuentur. quem cùm mihi conſpectum morte magis vitandum fugiendumque eſſe videatis, nolite, quæſo, eum, cujus reditu reſtitutam rempublicam fore putaſtis, non ſolùm dignitatis ornamentis, ſed etiam urbis partibus velle eſſe privatum.

LVIII. NON ME bonorum direptio, non tectorum [98] exciſio, non depopulatio prædiorum, non præda conſulum ex meis fortunis crudeliſſimè capta permovet: caduca ſemper & mobilia hæc eſſe duxi: non virtutis atque ingenii, ſed fortunæ & temporum munera: quorum ego non tam facultatem umquam & copiam [99] extendendam putavi, quàm & in utendo rationem, & in carendo patientiam. Etenim ad noſtrum uſum propemodum jam [m] eſt definita moderatio [n] rei familiaris: liberis autem noſtris ſatis amplum patrimonium paterni nominis ac noſtræ memoriæ relinquemus. domo per ſcelus erepta, per latrocinium occupata, per religionis vim ſceleratiùs etiam ædificata, quàm everſa, carere ſine maxima ignominia reipublicæ meo dedecore ac dolore non poſſum. Quapropter, ſi diis immortalibus, ſi ſenatui, ſi populo Romano, ſi cunctæ Italiæ, ſi provinciis, ſi exteris nationibus, ſi vobiſmetipſis, qui in mea ſalute principem ſemper locum auctoritatemque tenuiſtis, gratum & jucundum meum reditum intelligitis eſſe, quæſo obteſtorque vos, pontifices, ut me, quem [100] auctoritate, ſtudio, ſententiis

m adeſt *MS.*

n rei fam. *non eſt in MS. nec ed. pr.*

98. *Exſciſſio.*] Sic legendum, non, ut vulgo, *exciſio.* eſt enim verbale à verbo *exſcindo.* Virgil. lib. VI. Æneid. *Vix ut nulla virum, non ipſi exſcindere ferro Cælicolæ valeant.* Idem VII. *At licet amborum populos exſcindere regum.* Lambinus.

99. *Extendendam putavi.*] Irrepſerat *expetendam*, ſed invitis Pall. noſtris omnibus & vetuſtè impreſſis. hujuſmodi mille mutationes erueret, qui olim cuſtos, qui membranas bibliothecarum non raptim & carptim legeret, ſed verbatim immò ſyllabatim perſequeretur, quod quis facere capiatur hoc ſæculo noſtro, cujus pompa tota conſumitur in parergis? *Gruter.*

190. *Auctoritate, ſtudio.*] Similis locus ſupra, ex quo intelligitur, Pontifices extra collegium, cum in ſenatu ſententias dicebant, Ciceroni ſuffragatos fuiſſe. Ad Attic. epiſt. 11. cum Pontifices decreſſent ita: *Si neque populi juſſu, neque plebiſcito qui ſe dedicaſſe diceret, nominatim ei rei præfectus eſſet, videri poſſe ſine religione eam partem areæ mihi reſtitui.* Poſt factum eſt S. C. Videri Ciceronis domum judicio Pontificum religione liberatam: & ut ma-

 giſtr

tuis reſtituiſtis, nunc, quoniam ſenatus ita vult, manibus quoque veſtris in ſedibus meis collocetis.

giſtratus curarent, ut ei ſine vi ædificare liceret. in ea de Aruſpic. Reſponſ. *Hotom.*

P. B.

M. TULLII CICERONIS DE HARUSPICUM RESPONSIS, IN SENATU.

ORATIO SECUNDA ET TRICESIMA.

ARGUMENTUM.

HAnc orationem Cicero dixit, Cn. Lentulo & L. Philippo Coſſ. anno ætatis ſuæ quinquageſimo primo, qui fuit poſt R. C. DCXCVII. *Vide in hiſtoria Ciceronis. Ad argumentum orationis pertinet locus Dionis lib.* XXXIX. *Ubi ita ſcribit:* Τεράτων δέ τινων ἐν τούτῳ γενομένων. ἔν τε γὰρ τῷ Ἀλβανῷ νεὼς Ἥρας βραχὺς ἐπὶ τραπέζης τινὸς πρὸς ἀνατολὰς ἱδρυμένος πρὸς τὴν ἄρκτον μετεστράφη, καὶ λαμπὰς ἀπὸ τῆς μεσημβρίας ὁρμηθεῖσα πρὸς βορέαν διῆξε, λύκος τε ἐς τὴν πόλιν ἐσῆλθε, καὶ σεισμὸς ἐγένετο. τῶν τε πολιτῶν τινες κεραυνοῖς ἐφθάρησαν, καὶ θόρυβος ἐν τῷ Λατίνῳ ὑπὸ γῆς ἐξηκούσθη. καὶ αὐτὰ οἱ μάντεις ἀκέσασθαι θελήσαντες, ὀργίζεσθαί σφισι δαιμόνιόν τι, ὡς καὶ ἱερῶν τινῶν ἢ χωρίων οὐχ ὁσίως ἐποικουμένων, ἔφασαν. ἐν ταῦθα ὁ Κλώδιος τὸν Κικέρωνα μεταλαβὼν, τῷ τε λόγῳ πολὺ ἐνέκειτο, ὅτι τὸ ἔδαφος τῆς οἰκίας ἱερωμένον τῇ ἐλευθερίᾳ κατῳκοδόμησε, καὶ ἐπῆλθέ ποτε ἐς αὐτὸ ὡς καὶ ἐκ θεμελίων αὖθις αὐτὴν ἀναιρήσων. Cum interim prodigia facta eſſent. (nam in Albano monte ſacellum Junonis, quod in menſa quadam dedicatum orientem ſolem ſpectabat, ad ſeptentriones converſum eſt, fax à meridie ad Aquilonem porrigi viſa, lupus urbem intravit, terra movit, cives quidam fulmine icti ſunt, & in agro Latinienſi auditus fuit ſtrepitus ſub terra cum fremitu: cumque haruſpices ea expiari vellent, numen quoddam ipſis iraſci, quod in locis ſacris & religioſis inædificaretur,

tur, reſponderunt.) tum Clodius Ciceronem aggreſſus, cum verbis in eum vehementer invectus eſt, quod in area domus Libertati conſecrata ædificaſſet, tum, ut ipſam domum funditus everteret aliquando eò venit. *Hactenus Dio. Habuit igitur Clodius concionem, in qua reſponſum haruſpicum recitavit. Ejus initium fuit, Quod in agro Latinienſi auditus eſt ſtrepitus cum fremitu. Reſponderunt autem haruſpices, poſtulationes deberi Jovi, Saturno, Neptuno, Telluri, Diis cœleſtibus: Quod ludi publici minus diligenter facti pollutique eſſent. Quod loca ſacra & religioſa profana haberentur. Quod oratores contra jus faſque interfecti eſſent. Quod fides & jusjurandum neglectum eſſet. Quod ſacrificia vetuſta occultaque minus diligenter facta pollutaque eſſent. Hæc ſunt quæ haruſpices commiſſa eſſe reſponderunt, moneríque à Diis immortalibus dixerunt: Ne, per optimatum diſcordiam diſſenſionemque, patribus principibuſque cædes periculaque creentur, auxilioque diminuti deficiantur, quare ad unum imperium provinciæ redeant, exercituſque pulſus diminutioque accedat: Hæc reſponſa Clodius Ædilis pro concione in Ciceronem interpretatus fuerat: cui Cicero in Senatu ἀντικατηγορικῶς hac oratione reſpondit, cuncta in Clodium retorquens. Exordium προκαταληπτικὸν eſt contra eos, qui Ciceronem pridie, cum Clodium publicanos oppugnantem repreſſerat, iracundius feciſſe, quam ſapientem decet, putabant. Deinde eſt propoſitio de concione, in qua Clodius haruſpicum reſponſum recitaverat. docetque Cicero primum, domum ſuam ab omni religione vacuam & puram eſſe. Inde incipit ſingula haruſpicum reſponſa contra Clodium interpretari. Admonitionem verò pluribus perſequens, totam vitam Clodii criminando percurrit. Ad extremum in peroratione excuſat, quod tam gravi & triſti oratione ſit uſus, & ad religiones diligenter procurandas hortatur.* Fr. Fabritius. [Quando habita ſit patet ex Argumento.]

I. HESTERNO die, patres conſcripti, cùm me & veſtra dignitas, & frequentia [1] equitum Romanorum, quibus ſenatus dabatur, magnopere [a] commôſſet, putavi mihi reprimendam eſſe P. Clodii impudicam impudentiam, cùm is publicanorum cauſam ſtultiſſimis interrogationibus impediret, & P. Tullioni Syro navaret operam, atque ei ſeſe, cui totus venierat, etiam vobis inſpectantibus, venditaret. Itaque hominem furentem exſultantemque continui, ſimulac periculum judicii intendi: [2] duobus inceptis verbis omnem impetum gladiatoris ferociamque compreſſi.

a commoviſſet *alii.*

Atta-

1. *Equitum Romanorum, quibus ſenatus dabatur.*] Nihil homini Syro cum agro Campano. Itaque probabilius videtur, *ut Syriacis publicanis* (quorum meminit Cicero epiſt. 12, lib. II. ad Q. fratrem) Senatum fuiſſe datum intelligamus. In quibuſdam libris, *equitum Romanorum præſentium*, legitur. *Fr. Fabritius.*

2. *Duobus inceptis verbis.*] Initio legis recitatio, infra; *Voce tantum*

2 Attamen ignarus ille qui conſules eſſent, exſang
atque æſtuans ſe ex curia repentè proripuit, cum quib
dam fractis jam atque inanibus minis, & cum illius Piſ
niani temporis Gabinianique terroribus. Quem cùm egr
dientem inſequi cœpiſſem, cepi equidem fructum ma
mum & ex conſurrectione omnium veſtrûm, & ex com
tatu publicanorum. ſed vecors repentè ſine ſuo vultu, ſin
colore, ſine voce conſtitit: deinde reſpexit; & [b] ſimul
Cn. Lentulum conſulem adſpexit, concidit in curiæ pæn
limine, recordatione, credo, Gabinii ſui, deſiderioqu
Piſonis: cujus ego de effrenato & præcipiti furore [3] qu
dicam? haud poteſt gravioribus à me verbis vulnerari, quà
eſt ſtatim, in facto ipſo, à graviſſimo viro, P. Servilio con-
fectus ac trucidatus. [4] cujus ſi etiam vim & gravitate
illam ſingularem ac pænè divinam aſſequi poſſent, t
men non dubito, quin ea tela, quæ conjecerit inimicu
quàm ea, [5] quæ collega patris emiſit, leviora atque h
betiora eſſe videantur.

b ſimul ad MS.

P. CCXLIV.

3 II. Sed tamen mei facti rationem exponere illis v
lo, qui heſterno die dolore me elatum, & iracundia lon
giùs propè [c] digreſſum arbitrabantur, quàm ſapientis ho
minis cogitata ratio poſtularet. Nihil feci iratus, nihil im-
potenti animo, nihil non diu conſideratum ac multo a
tè meditatum. Ego enim, patres conſcripti, inimicum
me ſemper eſſe profeſſus ſum duobus, qui me, qui [d] rem
publicam cum defendere deberent, ſervare poſſent; cum-
que ad conſulare officium ipſis inſignibus illius imperii, a
meam ſalutem non ſolùm auctoritate, ſed etiam precibu
veſtris vocarentur: primò reliquerunt, deinde prodide-
runt, poſtremo oppugnaverunt, præmiiſque nefariæ [e] pa
ctioni

c progreſſum Lamb.

d rem meam MS. & Lamb.

e factionis MSS. & edd. quad.

tum attigi legum initium, & judicii: concidit ille. Accuſare Clodiu
de vi poterat Cicero, quia ſaxis, ignibus, ferro vaſtitatem ſ
ædibus intuliſſet. quod qui feciſſent, eos decrevit ſenatus lege
vi quæ eſſet in eos qui univerſam rempublicam oppugnaſſent, t
neri. infra. *P. Manut.*

3. *Quid dicam? haud poteſt.*] Scripti ferè, *quid dicam? aut pot
&c. trucidatus.* Lambinus *aut* expunxit, & verò abeſt libro S. Vi
ctoris. *Grut.*

4. *Cujus ſi etiam vim.*] Gulielmius putabat *ſi etiam* poſitum p
etiamſi. non repugno. Pall. tamen habent tantum, *cujus ſi ja
vim.* editio princeps, *cujus etſi jam vim.* Idem.

5. *Quæ collega patris.*] P. Clodii pater fuit *Ap. Claudius pulche*
qui cum P. Servilio Iſaurico fuit conſul, anno urbis DCLXXIV. v
de hiſtoriam Ciceronis. *Fr. Fabritius.*

6. A

ſionis funditus unà cum republica oppreſſum exſtinctumque voluerunt: quique ſuo ductu & imperio cruento illo atque funeſto ſupplicia neque [6] à ſociorum mœnibus prohibere, neque hoſtium urbibus inferre potuerunt: excisionem, inflammationem, everſionem, [f] depopulationem, [7] vaſtitatem eam, ſua cum præda, meis omnibus tectis atque agris intulerunt.

[f] exſciſſionem *Lamb.*

Cum his furiis & facibus, cum his, inquam, exitioſis 4 prodigiis, ac pænè hujus imperii peſtibus, bellum mihi inexpiabile dico eſſe ſuſceptum: neque id tamen ipſum tantum, quantum meus, ac meorum, ſed tantum, quantum veſter, atque omnium bonorum dolor poſtulavit.

III. IN CLODIUM verò non eſt hodie meum majus odium, quàm illo die fuit, cùm illum [8] ambuſtum religioſiſſimis ignibus cognovi muliebri ornatu ex inceſto ſtupro atque [9] ex domo pontificis maximi emiſſum. tum, inquam, tum vidi, ac multò antè proſpexi, quanta tempeſtas excitaretur, quanta impenderet procella reipublicæ. P. B. Videbam, illud ſcelus tam importunum, audaciam tam immanem adoleſcentis furentis, nobilis, vulnerati, non poſſe arceri otii finibus: erupturum illud malum aliquando, ſi impunitum fuiſſet, ad perniciem civitatis. Non 5 multum mihi ſane pòſt ad odium acceſſit. nihil enim contra me fecit odio mei, ſed odio [g] ſeveritatis, odio dignitatis, odio reipublicæ. non me magis violavit, quàm ſenatum, quàm equites Romanos, quàm omnes bonos, quàm

[g] veritatis *MS. & ed. pr.*

6. *A ſociorum mœnibus.*] Hoc ad Piſonem pertinet: de quo in or. de Provinciis: *Macedonia ſic à barbaris, quibus eſt propter avaritiam pax erepta, vexatur, ut Theſſalonicenſes, poſiti in gremio imperii noſtri, relinquere oppidum, & arcem munire cogantur.* Et in Piſonem. *P. Manut.*

7. *Vaſtitatem eam ſua cum præda &c.*] Lambini licentioſa nimis eſt exerratio, qui repoſuit, *vaſtitatem, aucti præda, meis &c.* mſſ. nihil mutant, quàm quod quidam *meam*, quidam *mea*, quidam *ea*. Gulielmius tentabat, *vaſtitate mea.* Grut.

8. *Ambuſtum ignibus.*] Eorum ſacrorum, quæ apud pontificem max. in operto Bonæ Deæ à ſolis mulieribus pro ſalute populi Romani fiebant. *Ambuſtum* vocat, quaſi ad ſacrificia ita prope acceſſerit, ut ignibus ambuſtus videri poſſit. *P. Manut.*

9. *Ex domo pontificis maximi.*] C. Julii Cæſaris: cujus domum P. Clodius muliebri ornatu ingreſſus ſacra Bonæ Deæ polluit, ut ſcripſi in hiſtor. Ciceronis. Sic pro Domo: *P. ne Clodius, qui ex pontificis maximi domo religionem eripuit, is in meam intulit.* Fr. Fabritius.

10. *Non*

quàm Italiam cunctam. non denique in me ſceleratior fuit, quàm in ipſos deos immortales. Etenim illos eo ſcelere violavit, quo nemo antea. in me fuit eodem animo, quo etiam [h] ejus familiaris Catilina, ſi viciſſet, fuiſſet. Itaque eum numquam à me eſſe accuſandum putavi, non plus, quàm ſtipitem illum, qui, quorum hominum eſſet, neſciremus, niſi ſe Ligurem ipſe eſſe diceret. Quid enim hunc perſequar, pecudem ac belluam, pabulo inimicorum meorum & [i] glande corruptum? qui ſi ſenſit, quo ſeſe ſcelere devinxerit: non dubito, quin ſit miſerrimus. ſin autem id non videt: periculum eſt, [k] ne ſe ſtuporis excu-
6 ſatione defendat. Accedit etiam, quòd, exſpectationi omnium, fortiſſimo & clariſſimo viro, T. Annio, devota & conſtituta iſta hoſtia eſſe videtur: cui me præripere deſponſam jam & deſtinatam laudem, cùm ipſe ejus opera & dignitatem & ſalutem recuperarim, valde eſt iniquum.

IV. Etenim, ut P. ille Scipio natus mihi videtur ad interitum exitiumque Karthaginis, qui illam à multis imperatoribus obſeſſam, oppugnatam, [l] labefactatam, pænè captam aliquando, quaſi fatali [m] eventu, ſolus evertit: ſic T. Annius ad illam peſtem comprimendam, exſtinguendam, funditus delendam natus eſſe videtur, & quaſi
P.CCXLV. divino munere donatus reipublicæ. Solus ille cognovit, quemadmodum armatum civem, qui lapidibus, qui ferro alios fugaret, alios domi contineret, qui urbem totam, qui curiam, qui forum, qui templa omnia cæde incendiiſque terreret, [10] non modò vincere, verùm etiam vin-
7 cire oporteret. Huic ego, & tali, & ita de me ac de patria merito viro, numquam mea voluntate præripiam eum, præſertim reum, cujus ille inimicitias non ſolùm ſuſcepit propter ſalutem meam, verùm etiam appetivit. Sed ſi etiam nunc

h meus *MSS.*
i clade *ed. pr.*
k ut ſe *MS.*
l labefactam *MS.*
m adventu. *MS.*

10. *Non modo vincere, verum etiam vincire.*] Alii, *Non modo vinci, verum etiam vincire.* Utrumque vereor ut verum ſit. Venetam igitur probo lectionem. Non modo hoc voluiſſe atque egiſſe Milonem, Clodius ut vinceretur, ſed ut ii eſſent qui illum egregie vincerent. *Camer. Non modò vincere, verùm etiam vincire oporteret.* Lambinus, *non modò vincire, verùm etiam vincere &c.* meo judicio ineptiſſimè. longè enim plus artis vincere, quàm vincire belluam indomitam. vincitur mortua, vincitur viva. quo ipſo jucundius ſanè nobis aliiſque præbet ſpectaculum. ait idem ita eſſe in m[…] de ſuis, ſcire ipſe poteſt. at Pall. noſtri *vinci verùm etiam vinc[…]* Pal. nonus totum iſtud omiſit. *Grut.*

11. *Di[…]*

hinc illaqueatus jam omnium legum periculis, irretitus odio bonorum omnium, exſpectatione ſupplicii [n] jam non diuturna implicatus, feretur tamen hæſitans, & in me impetum impeditus facere conabitur: reſiſtam, & aut concedente, aut etiam adjuvante Milone, ejus conatum refutabo: velut heſterno die, cùm mihi [o] ſtanti tacens minaretur, voce tantum attigi legum initium & judicii. conſedit ille. conticuit. [11] Diem dixiſſet, ut fecerat. feciſſem, ut ei ſtatim tertius à prætore dies diceretur. Atque hoc ſic moderetur: & cogitet, ſi contentus ſit iis ſceleribus, quæ commiſit, [p] eſſe jam conſecratum Miloni: ſi quod in me telum [q] intenderit, ſtatim me eſſe arrepturum arma judiciorum atque legum. [r] Atqui paullo antè, patres conſcripti, concionem habuit, quæ eſt ad me tota delata: cujus concionis primùm univerſum argumentum ſententiamque audite. cùm riſeritis impudentiam hominis, tum à me de tota concione audietis.

n jam diut. MS. & ed. pr.
o tacenti ſtans min. Grav. conj.
p jam ſe. eſſe MS.
q interſerit alii.
r Atque MS.

V. De religionibus ſacris & cæremoniis eſt concionatus, patres conſcripti, Clodius: [ſ] P. inquam, Clodius ſacra & religiones negligi, violari, pollui, queſtus eſt. non mirum, ſi hoc vobis ridiculum videtur. etiam ſua concio riſit hominem, quomodo ipſe gloriari ſolet, ducentis confixum ſenatusconſultis: quæ ſunt omnia contra illum pro religionibus facta, hominemque eum, qui pulvinaribus Bonæ Deæ ſtuprum intulerit, eaque ſacra, quæ viri oculis, ne imprudentis quidem, adſpici fas eſt, non ſolùm adſpectu virili, ſed flagitio ſtuproque violarit, in concione de religionibus neglectis conqueri. 8

ſ Pulcher MS.
P. B.

Itaque nunc proxima concio ejus exſpectatur de pudicitia. Quid enim intereſt, utrùm ab altaribus religioſiſſimis fugatus, de ſacris & religionibus conqueratur, an ex ſororum 9

11. *Diem dixiſſet, ut fecerat.*] Hic locus mihi ſuſpectus eſt. nihil tamen diſſimilitudinis in libris veteribus reperi. præterea paullo poſt, ubi libri omnes habent, *ſic moderetur*, quidam legi volunt, *ſic meditetur.* Lambinus. *Diem dixiſſet.*] *Diem dicere*, magiſtratus eſt, non privati hominis. erat autem hoc anno, id eſt Lentulo & Marcellino Coss. ædilis cur. Clodius, ſenſus eſt. Si me die dicta ad populum vocaſſet: ego illum contra eo crimine accuſaſſem; quo cauſſam ante me dicere cogeretur. Ejuſmodi crimina de vi & de majeſtate erant: quæ, nulla interpoſita mora, extra ordinem diebus etiam feſtis judicabantur. vide orationem pro Cœlio, & ejuſdem Cœlii epiſtolam quæ incipit, *Etſi de republica, quæ ſcribam, non habeo.* P. Manut.

12. *Sex.*

rorum cubiculo egreſſus, pudorem pudicitiamque defe
dat? Reſponſum haruſpicum hoc recens de fremitu in co
cione recitavit: in quo cum aliis multis ſcriptum etiam
lud eſt (id quod audiſtis) *loca ſacra & religioſa profa*
haberi. In ea cauſa eſſe dixit domum meam, à religioſiſ
mo ſacerdote, P. Clodio, conſecratam.

10 Gaudeo mihi de toto hoc oſtento, quod haud ſcio,
graviſſimum multis his annis huic ordini nuntiatum ſit, d
tam non modò juſtam, ſed etiam neceſſariam cauſam e
dicendi. Reperietis enim ex hoc toto prodigio atque r
ſponſo, nos [t] de iſtius ſcelere ac furore, ac de impende
tibus periculis maximis, [v] propè jam voce Jovis opti
maximi præmoneri. Sed primùm expiabo religionem
dium mearum, ſi id facere verè ac ſine cujuſquam du
tatione potero. ſin ſcrupulus tenuiſſimus reſidere aliqu
videbitur: non modò patienti, ſed etiam libenti an
mo portentis deorum immortalium religionique p
rebo.

[t] ex MSS.
[v] propria voce *ed. pr.*

11 VI. SED QUÆ tandem eſt in hac urbe tanta domus,
iſta religionis ſuſpicione tam vacua atque pura? Quam
quam veſtræ domus, patres conſcripti, ceterorumq
civium, multò [x] maxima ex parte ſunt liberæ religione
tamen una mea domus judiciis omnibus liberata, in ha
urbe, ſola eſt. Te enim appello, Lentule, & te, Phili
pe. ex hoc haruſpicum reſponſo decrevit ſenatus, ut de lo
cis ſacris religioſis ad hunc ordinem referretis. poteſtis
referre de mea domo? quæ (ut dixi) ſola, in hac urbe
omni religione, omnibus judiciis, liberata eſt. quam pr
mùm inimicus ipſe in illa tempeſtate ac nocte reipublica
cùm cetera ſcelera ſtilo illo impuro [12] Sex. Clodius o
tincto conſcripſiſſet, ne una quidem attigit littera religi
nis. deinde eandem domum populus Romanus, cujus e
ſumma poteſtas omnium rerum, comitiis centuriatis
omnium ætatum ordinumque ſuffragiis, eodem jure e
juſſit, quo fuiſſet.

[x] maximam partem *Lamb.*

P. CCXLVI.

12 Poſtea vos, patres conſcripti, non quòd dubia res eſſe
ſed ut huic furiæ, ſi diutius in hac urbe, quam delere c
pere

12. *Sex. Clodii ore tincto conſcripſiſſet.*] Amariſſimum convitium
at illud *ore tincto* hactenus defuit libris noſtris. exſtat tamen
Pal. nono, in Toſano, in Gemblacenſi, in S. Victoris, men
nitque etiam Lambinus. Vulgata, *Sex. Clodius conſcripſiſſet.* mini
tos fuiſſe ſtylos ſcriptorum, alibi erit dicendi locus, *Gru.*

13. Vi

ret, maneret, [13] vox interdiceretur, decreviſtis, ut mearum ædium religione ad pontificum collegium re-tretur. Quæ tanta religio eſt, qua non in noſtris dubita-nibus, atque in maximis ſuperſtitionibus, unius P. Ser-ii ac M. Luculli reſponſo ac verbo liberemur? De ſa-is publicis, de ludis maximis, de deorum Penatium eſtæque matris cæremoniis, de illo ipſo ſacrificio, quod pro ſalute populi Romani, quod poſt Romam conditam, jus unius caſti tutoris religionum ſcelere violatum eſt, od tres pontifices ſtatuiſſent, id ſemper populo Roma-o, ſemper ſenatui, ſemper ipſis diis immortalibus ſatis ctum, ſatis auguſtum, ſatis religioſum eſſe viſum eſt. t verò meam domum P. Lentulus, conſul & pontifex, Servilius, M. Lucullus, Q. Metellus, y M'. Glabrio, M. y M'. non eſt in ad. pr. eſſala, L. Lentulus, flamen Martialis: P. Galba, [14] Q. etellus Scipio, C. Fannius, M. Lepidus, z L. Claudius, z & L. Claud. add. x ſacrorum: M. Scaurus, M. Craſſus, C. Curio, Sex. æſar, flamen Quirinalis: Q. Cornelius, P. Albinovanus, Q. Terentius, [15] pontifices minores, cauſa cognita, duobus cis dicta, maxima frequentia ampliſſimorum ac ſapien-iſſimorum civium adſtante, omni religione una mente omnes liberaverunt. P. B.

VII. NEGO umquam poſt ſacra conſtituta, quorum 13
adem eſt antiquitas, quæ ipſius urbis, ulla de re, ne de apite quidem virginum Veſtalium, tam frequens colle-ium judicaſſe. quamquam ad facinoris diſquiſitionem in-reſt adeſſe quamplurimos. Ita eſt enim [16] interpretatio illa

13. *Vox interdiceretur.*] Alii *interdiceretur* legunt. Gulielmius mabatur *interciperetur.* ego vulgatæ adhæſerim. *Grut.* Patri pla-iſſe video *vox incideretur.* Gron.

14. *Q. Scipio.*] *P. Scipio* videtur legendum ex oratione pro Do-o. *Urſin.*

15. *Pontifices minores.*] Male in Francii legitur, *pontifices majores.* fuerunt quos ſuperius nominavit, ſubjiciuntur minores. Erant tem pontifices majores & minores, de quorum diſcrimine vi-Guther. de Vet. Jure Pontific. libro I. cap. 24. *Grævius.*

16. *Interpretatio.*] Sic dicitur ſententia pontificum lata de re du-, ad religiones pertinente, de qua apud illos diſceptabatur, um Conſulibus referentibus poſtea Senatusconſultum ſequeba-. Ut cum ad pontifices rejectum de domo Ciceronis frequens llegium omni eam religione liberavit. Quod cum ad ſenatum atum eſſet, cenſuit domum illam religione liberatam videri. ntificum interpretationem M. Tullius reſponſionem vocat: *De e noſtra,* inquit, *nihil aliter pontifices reſponderunt.* Jac. Guther. de

illa pontificum, ut iidem poteſtatem habeant judic[...]
a explanatio Grut. Religionis a expiatio vel ab uno pontifice perito recte [...]
poteſt: quod idem in judicio capitis durum atque i[...]
quum eſt. tamen ſic reperietis, frequentiores ponti[...]
de mea domo quàm umquam de cæremoniis virg[...]
judicaſſe. Poſtero die frequentiſſimus ſenatus, te con[...]
deſignato, Lentule, ſententiæ principe, P. Lentulo [...]
Q. Metello, conſulibus referentibus, ſtatuit, cùm om[...]
pontifices, qui erant hujus ordinis, adeſſent: cúm[...]
alii, qui honoribus populi Romani antecedebant, m[...]
de collegii judicio verba feciſſent, omneſque iidem ſ[...]
bendo adeſſent: domum meam, judicio pontificum, [...]
ligione liberatam videri.

14 De hoc igitur loco ſacro potiſſimum videntur haruſp[...]
dicere, qui locus ſolus ex privatis locis omnibus hoc p[...]
b jus MS. & ed. pr. cipuè b juris habet, ut ab ipſis, qui ſacris præſunt, ſa[...]
non eſſe judicatus ſit? Verùm referte, quod ex ſen[...]
conſulto facere debetis. aut vobis cognitio dabitur, [...]
primi de hac domo ſententiam dixiſtis, & eam religi[...]
omni liberaſtis: aut ſenatus ipſe judicabit, qui, uno [...]
ſolo antiſtite ſacrorum diſſentiente, frequentiſſimus a[...]
judicavit: aut, id quod certè fiet, ad pontifices rejicie[...]
quorum auctoritati, fidei, prudentiæ majores noſtri [...]
cra religioneſque & privatas & publicas commendaru[...]
Quid ergo hi poſſunt aliud judicare, ac judicaveru[...]
Multæ ſunt domus in hac urbe, patres conſcripti, at[...]
haud ſcio, an pænè cunctæ jure optimo: ſed tamen j[...]
P. CCXLVII. privato, jure hereditario, 17 jure auctoritatis, jure m[...]
cipi, jure nexi. nego eſſe ullam domum aliam, æquè [...]
vato jure 18 atque optima lege, publico verò omni [...]

cip[...]

de Vet. Jure Pontific. lib. I. cap. 24. Paucis verſibus poſt [...] *collegii*, nimirum pontificum, *judicium*. Grævius.

17. *Jure auctoritatis, jure mancipii, jure nexi.*] His verbis [...]ro *auctoritatem* pro jure dominii quæſiti uſucapione: *man*[...] pro emptionis & alienationis jure: *Jus nexi*, pro obligatio[...] qua, verbi gratia, pro oppigneratione uſurpavit. Turneb[...] verſ. lib. XX. c. 19. ubi oratio pro Domo per mendum citat[...] hac de Haruſp. Reſponſis. *Fr. Fabr.*

18. *Atque optima lege.*] Cum in antiquis & nonnullis [...] impreſſis libris, *Quoque*, legatur, pro, *atque*, facile in eam [...]nionem delabor, ut legendum putem, *quo qua optima lege:* [...] dixit in Rull. II. *Decemviri eodem jure ſint, quo qui optima*[...] Et Orat. III. *Id eo jure teneret, quo optimo privatum.* Recte [...] ſic: *Nego eſſe ullam domum aliam privato eodem optimo quo qui*[...]

ſuo, humano & divino jure munitam. [c] Quæ primùm 15
ædificatur ex auctoritate ſenatus, pecunia publica: deinde, *c Et quæ*
contra vim nefariam hujus gladiatoris, tot ſenatusconſul- *MS.*
tis munita atque ſepta eſt.

VIII. Primùm negotium iiſdem magiſtratibus eſt datum anno ſuperiore, ut curarent, ut ſine vi mihi ædificare liceret, quibus in maximis periculis, univerſa reſpublica commendari ſolet: deinde, cùm ille ſaxis, & ignibus, & ferro vaſtitatem meis [d] ſedibus intuliſſet: decrevit ſenatus, *d ædibus* eos, qui id feciſſent, lege de vi, quæ eſt in eos, qui uni- *alii.* verſam rempublicam oppugnaſſent, teneri. Vobis verò referentibus, [e] ô poſt hominum memoriam fortiſſimi at- *e opus poſt* que optimi conſules, decrevit idem ſenatus frequentiſſi- *ed. pr.* mus, qui meam domum violaſſet, contra rempublicam eſſe facturum.

Nego, ullo de opere publico, de monumento, de 16
templo, tot ſenatus exſtare conſulta, quot de mea domo, quam ſenatus unam, poſt hanc urbem conſtitutam, ex ærario ædificandam, à pontificibus liberandam, à magiſtratibus defendendam, à judicibus [f] puniendam putaret. *f munien-*
[19] P. Valerio, pro maximis in rempublicam beneficiis, *dam Faber,*
data domus eſt in villa publica: at mihi in Palatio reſti- *Lamb.*
tuta.

ma lege. Vel: *Ullam domum aliam æque privato jure, ut quæ optima lege.* Cum dixerit in Rullum orat. III. *Ea omnia eo jure ſint, ut quæ optimo jure privata ſint.* P. Manut.

19. *P. Valerio data domus eſt in villa publica.*] Ita ſcriptum eſt in vulgatis codicibus, & male. Ant. Auguſtinus *in via ſacra*, propius quidem accedit, ſed non intrat domum: nam Poplicola habuit domum in ſumma Velia, quam diruit, & ædificavit in ima Velia. Quidam *via publica* legendum putant: quia vero nunquam, neque Velia, neque ulla alia via, publica dicta eſt: nec in villa publica, quæ in campo Martio erat, Valerio datam fuiſſe domum legimus, ſed in vico Publico; Pantagathi conjecturam ſecutus, libenter *vico publico* legerim. Livius lib. II. & Plutarchus in Poplicola: ἐδέχοντο γὰρ (inquit) οἱ φίλοι τὸν Βαλλέριον ἄχρις οὗ τόπον ἔδωκεν ὁ δῆμος αὐτῷ, καὶ κατεσκεύασεν οἰκίαν ἐκείνης μετριωτέραν, ὅπου νῦν ἱερόν ἐστι ὁ Ἴκος Πόπλικος λεγόμενον. *Urſinus.* *In villa publica.*] Sturmius *in via publica* legit ex Livii lib. II. ubi libri etiam veteres habent: *Delata confeſtim materia omnis infra vel jam & ubi nunc via publica eſt domus in infima clivo ædificata.* Rhenanus cum in veteri libro inveniſſet *vice poce*, putavit *viriplace* emendari poſſe. Sigonius eos probat & ſequitur, qui *ubi nunc vicus publicus eſt* correxerunt. Sic enim Plutarchus in Poplicola: τόπον ἔδωκεν ὁ δῆμος αὐτῷ ὅπη νῦν ἐστὶ ὁ Ἴκος Πόπλικος ὀνομαζόμενον. Aſconius in Piſonianam refert. P. Valerio Voluſi F. Poplicolæ ædes publi-

 cas

tuta. illi locus: at [g] mihi etiam parietes atque tectum: illi, quam ipſe privato jure tueretur: mihi, quam publicè magiſtratus omnes defenderent. Quæ quidem ego ſi aut per me, aut ab aliis haberem: non prædicarem apud vos, ne nimis gloriari viderer. ſed, cùm ſint mihi data à vobis, cùm ea [h] attententur ejus linguâ, cujus anteà manu [i] everſa vos mihi & liberis meis, manibus veſtris, reddidiſtis; non

g mihi par. *MSS.*

h attentetur *MS.*

i everſam *id. MS.*

cas ſub Velia, ubi nunc ædes Victoriæ eſt, populum ex lege, quam ipſe tulerat, conceſſiſſe. *Fr. Fabritius.* *In villa publica.*] Annotavit Gulielmius Janum Palmerium ex Aſconio in Piſonem emendaſſe, *in Velia publicè:* neque aliter nuper conjecit Rubenius libro I. Elect. cap. 7. & verum dicunt, quod ad locum. ſed diſpiciant quæſo Critici, num non & ibidem fuerit *villa publica*, ſi ſic: nihil profecto mutandum. mihi otium non eſt excutiendi antiquitates meas. *Gruter.* Nulla eſt villa publica, niſi in campo, ſed etſi eſſet villa publica præter illam alia, quomodo tamen domus in domo ædificabitur, ut bene monuit Philippus Rubenius, politiſſimi ingenii vir, cujus rationes ſunt firmiſſimæ. En ejus verba ex Elect. 1, 7. cum locum hunc Ciceronis adſcripſiſſet, ait: ſunt hæc à ratione & veritate longe averſa. Nam quomodo domus in domo ſit? Cùm ipſa Villa publica ædificium fuerit, quemadmodum in nummis videre eſt: atque adeo in campo Martio, procul ſane loco, ubi Valerius conſenſu omnium habitavit. Corrigebat Pantagathus *in vico publico.* Anton. Auguſtinus *in via ſacra.* Utrumque ἱερὸς ανηγύ. Neque enim de vico illo poteſt verum eſſe, qui non in regione ea Palatii, ſed *alta Semita*, ut deſcriptores urbis memoriæ prodiderunt, & impoſuit illi viro, cui tamen pleraque veterum litterarum quæſita meditataque erant, corrupta Livii lectio. Non item de *Via ſacra*, quia cum auctore nullo nititur, tum à libris nimium quantum abhorret. Ego meo remigio rem geram:

Ὧδε δέ μοι φρονέοντι δοάσσατο κέρδιον εἶναι.

Data domus eſt in Velia publica. Profecto ita res fuit. Cùm in ſumma Velia ædificare Valerius cœpiſſet, idque ſuſpectum populo, tanquam arcem moliretur, *confeſtim* (ait Livius) *delata materia omnis infra Veliam, & ubi nunc Vica Pota eſt, domus in infimo clivo ædificata.* Et Aſconius, an potius Varro firmamentum addit. Nam Aſconius in Piſonianam ſcribit Varronem *tradere*, *P. Valerio Voleſi filio Poplicolæ ædes publicas ſub Velia, ubi nunc ædes Victoriæ eſt, populum ex lege, quam ipſe tulerat, conceſſiſſe.* Vica Pota enim & Victoria eadem una Dea. Docet hoc incomparabilis viri & nullo non præconio major J. Lipſius lib. II. Quæſt. epiſt. & not. in Ludum Senecæ, atque etiam Iſidorus, diſerte ſcribens, *Vicam* antiquis dictam, quæ nunc *Victoria* eſt: in quo ſi *Vicam* reſcribamus, habemus hanc Divam. Hæc mihi ſunt liquida. Legendum cum Palmerio & Rubenio, *data domus eſt in Velia publica.* Publicè domus data eſt in Velia, quamvis mallem pro *publica* legi cum Palmerio *publice*, hoc eſt, ſenatus auctoritate & populi juſſu. *Gravius.*

20. La

non ego de meis, ſed de veſtris factis loquor: nec vereor, ne hæc mea veſtrorum beneficiorum prædicatio, non grata potiùs, quàm arrogans videatur.

P. B.

17 Quamquam, ſi me tantis [20] laboribus pro communi ſalute perfunctum [k] efferret aliquando ad gloriam in refutandis maledictis improborum hominum, animi quidam dolor, quis non ignoſceret? Vidi enim heſterno die quendam murmurantem: quem ajebant negare ferre me poſſe, quia, cùm ab hoc eodem impuriſſimo parricida rogarer, cujus eſſem civitatis, reſpondi, me, probantibus & vobis & equitibus Romanis, ejus eſſe, quæ carere me non potuiſſet. Ille, ut opinor, ingemuit. Quid igitur reſponderem? (quæro ex eo ipſo, qui [l] ferre me non poteſt) me civem eſſe Romanum? [21] litteratè reſpondiſſem. [m] Tacuiſſem? deſertum negotium. Poteſt quiſquam vir in rebus magnis cum invidia verſatus, ſatis graviter [n] contra inimici contumeliam [o] ſine ſua laude reſpondere? At ipſe non [p] modò reſpondet, quidquid poteſt, cùm eſt laceſſitus: ſed etiam gaudet, ſe ab amicis, quid reſpondeat, admoneri.

k huc ferret *MS.*
l ferre non *MS.*
m An tac. *MS.*
n in inim. *MS.*
o ſatis ſine *MS.*
p modo non *MS.*

18 IX. SED, quoniam mea cauſa expedita eſt, videamus nunc, quid haruſpices dicant. Ego enim fateor, me & magnitudine oſtenti, & gravitate reſponſi, & [q] una atque conſtanti haruſpicum voce vehementer eſſe [r] commotum. Neque is ſum, qui, ſi cui fortè videor plus, quàm ceteri, qui æquè, atque ego, ſunt occupati, verſari in ſtudio litterarum, his delecter, aut utar omnino litteris, quæ noſtros animos deterrent atque avocant à religione. Ego verò primùm habeo auctores ac magiſtros religionum colendarum, majores noſtros: quorum mihi tanta fuiſſe ſapientia videtur, ut ſatis ſuperque prudentes ſint, qui illorum prudentiam non dicam aſſequi, ſed, quanta fuerit, perſpicere poſſint: qui [ſ] ſtatas ſollemneſque cæremo-

q viva *MS.*
r permotum *MS.* & *ed. pr.*
ſ ſtaturas *MSS.*

20. *Laboribus pro communi ſalute.*] In Franc. & ed. pr. legitur ſolum *laboribus perfunctum.* Sed in utroque illo his verbis præmittuntur illa, quæ in editis paullo inferius ſequuntur: *Sed quoniam mea cauſa expedita eſt*, uſque ad *aruſpicum eſſe permotum.*

21. *Litterate reſpondiſſem.*] Eleganter & magnifice. nobilis enim ſermo eſt, civis Romanus ſum: ſed quia communis eſt omnium civium Romanorum, minus affeciſſet eorum animos, qui Ciceronis gloriam ferre non poterant, propriè igitur de ſua laude reſpondit. *P. Manut.*

remonias, pontificatu: rerum bene gerendarum auctoritates, augurio: fatorum veteres prædictiones Apollinis, vatum libris: [22] portentorum explanationes, Etruſcorum diſciplina contineri putarunt: quæ quidem tanta eſt, ut noſtrâ memoriâ primùm Italici belli [t] funeſta illa principia, pòſt Sullani Cinnanique temporis extremum pænè diſcrimen, tum hanc recentem urbis inflammandæ delendique imperii conjurationem non obſcurè [v] vobis paullo antè [x] prædixerint.

P. CCXLVIII.

t funeſta princ. *MS.* v *ita Grav.* *alii* nobis. x prædixerit *Id.*

19 [23] Deinde etiam cognovi, multa homines doctiſſimos [y] ſapientiſſimoſque & dixiſſe, & ſcripta de deorum immortalium numine reliquiſſe. quæ quamquam divinitus perſcripta

y ſapientesque *MS.*

22. *Portentorum explanationes.*] Locus obſcurus ac ſuſpectus. Nam, ſi Valerium Maximum cum eo conferas: *expiationes*, legendum videatur. ſi M. Tullium ipſum lib. I. de Divinatione: *explanationes*, retinendum. Sic Valerius lib. I, cap. 1: *Majores noſtri ſtatas ſollemneſque caremonias pontificum ſcientia: bene gerendarum rerum auctoritates augurum obſervatione: Apollinis prædictiones vatum libris: portentorum depulſa Etruſca diſciplina explicari voluerunt.* Nemo eſt, qui non videat, Valerium Maximum hæc omnia à M. Tullio mutuatum eſſe, &, quas M. Tullius *portentorum expiationes* nominavit, *portentorum depulſa* appellaſſe. Non eſt enim veriſimile, quæ dictæ ſint à M. Tullio *explanationes*, ea à Valerio *depulſa* eſſe nominata. Rurſum videtur, *explanationes* ferri poſſe. Nam M. Tullius lib. I. de Divinatione ait, *augurum diſciplina monſtrorum interpretationes & procurationes* doceri. quibus è verbis, exiſtimare poſſit aliquis, utramque vocem hîc intereſſe oportere, *explanationes*, & *expiationes*, ut *explanationes* idem valere dicamus, quod *interpretationes*: *expiationes*, idem, quod *procurationes*. Omnino non eſt facile ſtatuere, utro, aut quo modo ſit legendum. Ego interea, *explanationes* movere loco non ſum auſus, quamvis *expiationes*, magis probem. Quod ſi dicat ita legendum, *monſtrorum explanationes & expiationes*: ne hanc quidem lectionem improbabo. *Lambin.* Sigonius in Scholiis Livianis hic quoque *expiationes* non *explanationes* legendum putat. Sed Valerius Maximus cap. 1, lib. I. conſentientibus quatuor libris manuſcriptis, ſic habet: *Majores ſtatas ſollemneſque caremonias pontificum ſcientia, bene gerendarum rerum auctoritate, augurum obſervatione, Apollinis prædictione, vatum libris, portentorum depulſis, Etruſca diſciplina explicari voluerunt.* Fr. Fabritius. Non puto hic contra libros quicquam eſſe novandum. Quid ſunt *explanationes portentorum*, quam aruſpicum reſponſa, quæ docent, quid velint & præſignificent portenta, & quomodo procuranda ſint & expianda? vid. etiam A. Schotti Nod. Cic. III. 17. *Grav.*

23. *Deinde etiam cognovi &c.*] Interjicit Palatinus nonus, *Deinde ſi quid habuit tolli*; quod & in S. Victoriano, quàm quod is littera minus, *habui*. Grut.

24. *Hos*

ſcripta video, tamen ejuſmodi ſunt, ut ea majores noſtri docuiſſe illos, non ab illis didiciſſe videantur. Etenim quis eſt tam vecors, qui aut, cùm ſuſpexerit in cælum, deos eſſe non ſentiat, & ea, quæ tanta mente fiunt, ut vix quiſquam arte ulla ordinem rerum ac [z] neceſſitudinem perſequi poſſit, caſu fieri putet: aut, cùm deos eſſe intellexerit, non intelligat, eorum numine hoc [a] tantum imperium eſſe natum, & auctum, & retentum? Quàm volumus licet, patres conſcripti, ipſi nos amemus: tamen nec numero Hiſpanos, nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Græcos, nec denique [24] hoc ipſo [b] hujus gentis ac terræ domeſtico nativoque ſenſu, Italos ipſos ac Latinos, ſed pietate ac religione, atque hac una ſapientia, quòd deorum immortalium numine omnia regi gubernarique perſpeximus, omnes gentes nationeſque ſuperavimus.

z *alii* viciſſitudinem.
a *alii* totum.
b *alii* ejus.

X. Quare, ne plura de re minimè loquar dubia, adhibete animos & mentes veſtras, non ſolùm aures, ad haruſpicum vocem admovete: QUOD IN AGRO [c] LATINIENSI AUDITUS EST STREPITUS CUM FREMITU. Mitto haruſpices, mitto illam veterem ab ipſis diis immortalibus, ut hominum fama eſt, Etruriæ datam diſciplinam: nos nonne haruſpices eſſe poſſumus? EXAUDITUS IN AGRO PROPINQUO ET SUBURBANO EST STREPITUS QUIDAM RECONDITUS, ET HORRIBILIS FREMITUS ARMORUM. Quis eſt ex gigantibus illis, quos poëtæ ferunt bellum diis immortalibus intuliſſe, tam impius, qui hoc tam novo, tantoque motu non magnum aliquid deos populo Romano præmonſtrare & præcinere fateatur? De ea re ſcriptum eſt, [25] poſtulationes eſſe Jovi, Saturno, Neptuno, Telluri, diis cæleſtibus. 20

c Latienſi *edd. vett.*

P. B.

Audio,

24. *Hoc ipſo hujus gentis ac terra domeſtico nativoque ſenſu.*] Hac Italorum indole & ingenio de rebus humanis ſubtiliter ſentiendi & judicandi. *Gentis ac terra* eſt ἓν διὰ δυοῖν, gentis hujus terræ. *Grav.*

25. *Poſtulationes eſſe Jovi, &c.*] Suaſu Pall. omnium abjeci vocem quæ in hactenus editis, *poſtul. decretas eſſe*, &c. Gruter. Veriſſimè. Applaudit Palatinis Erfurt. & Francii optimi libri: *Poſtulationes eſſe Jovi, Saturno*, eſt Jovem Saturnum aliquid poſtulare, ut eorum pax obtineatur. *P.* Manutius ait *poſtulationes* eſſe expiationes. Nequaquam. Poſtulationem quidem ſequebatur, ſi Diis ſatisfacere volebant, expiatio, ſed non eſt poſtulatio, quid

21 Audio, quibus diis violatis expiatio debeatur: ſed, hominum quæ ob delicta quæro. [d] LUDOS MINUS DILIGENTER FACTOS POLLUTOSQUE. Quos ludos? te appello, Lentule, (tui ſacerdotii ſunt [26] tenſæ, curricula, præcentio, ludi, libationes epulæque ludorum publicorum) voſque, pontifices, ad quos epulones Jovis optimi, maximi, ſi quid eſt prætermiſſum aut commiſſum, afferunt: quorum de ſententia illa eadem renovata atque inſtaurata celebrantur: qui ſunt ludi minùs diligenter facti? quanto, aut quo ſcelere polluti? reſpondebis & pro te & pro collegis tuis, & pro pontificum collegio, nihil cujuſquam aut negligentiâ contemptum, aut ſcelere eſſe pollutum: omnia ſollemnia ac juſta ludorum,

d Ob lud. *Grav. conject.*

ea ſit docet Varro IV. de L. L. *A Procilio relatum in eo loco debiſcere terram, & ex Senatusconſulto ad haruſpices relatum eſſe reſponſum, Deum Manium Poſtulionem poſtulare, civem fortiſſimum eo demitti.* Sic recte legitur ex Scaligeri emendatione. Nam *id eſt* perperam interſeritur, & male vulgo ſcribitur *eodem mitti.* recte idem monet *poſtulionem* dici pro *poſtulatione.* & id veteres gloſſæ docent, qui *poſtulio* exponunt *poſtulatio.* Eſt id verbum proprium Etruſcorum diſciplinis. Arnobius IV. adverſus gentes: *In cæremoniis veſtris rebuſque divinis poſtulionibus locus eſt.* Putat Scaliger poſtulatoria oſtenta, fulgura, prodigia dici, quæ neglecta fuerant, nec procurata, quæque ideo indiguerint expiatione. Sed non illa tantùm oſtenta, quæ ſignificabant aliquid eſſe neglectum, ſed & quæ indicabant aliquid fuiſſe pollutum, aut quocunque modo aliquid commiſſum eſſe, propter quod Dii erant placandi & crimen expiandum, ut ex hoc loco Ciceronis apparet, & ex illo, quem ex Varrone adduximus. Poſtulationes enim erant, cum Dii violati aliquid fieri poſtularent ad avertenda mala, quæ oſtenta minabantur. Gutherius IV. de Jure Pontificio cap. 15. putat Diis inferis poſtulionem, ſuperis poſtulationem factam. quod diſcrimen inane eſſe hæc Ciceronis oſtendit oratio. Diſcrimen nullum eſt inter *poſtulionem* & *poſtulationem*, niſi quod illud fuerit antiquius vocabulum, cujus uſus remanſit tantum in ſacris. Nam antiquorum verborum & locutionum retinentiſſimi erant pontifices, augures, haruſpices, quod ex præcedente oratione pro Domo, in qua priſcorum ſollemnium verborum fit mentio, videre licet, ne alia afferam. Res ipſa enim hoc docet. *Grav.*

26. *Thenſæ, curricula.*] Thenſæ ſunt ſacra vehicula, quibus Deorum ſtatuæ in Circenſi pompa circumferebantur, ut notatum ad Verrinas ex Aſconio, de quibus præ ceteris vide J. Schefferum lib. II, cap. 24, de Re Vehiculari. *Curricula* ſunt aurigarum, bigariorum, trigariorum, quadrigariorum currus, quibus in ludis illis certabant. Hinc *bijuge curriculum* apud Sueton. in Cajo: *Poſtridie quadrigario habitu, curriculoque bijugi famoſorum equorum per eum pontem commeavit.* Idem.

27. *Atque*

dorum, omnibus rebus obſervatis, ſumma cum cæremonia eſſe ſervata.

XI. Quos igitur haruſpices ludos minùs diligentèr factos pollutoſque eſſe dicunt? eos, quorum ipſi dii immortales, [27] atque illa Mater dea te, te, Cn. Lentule, [28] cujus ab avia manibus eſſet accepta, ſpectatorem eſſe voluit. quòd ni tu Megaleſia illo die ſpectare voluiſſes: haud ſcio an vivere nobis, atque his de rebus jam queri liceret. vis enim innumerabilis incitata ex omnibus vicis collecta ſervorum ab hoc ædili religioſo, repentè [29] fornicibus oſtiiſque omnibus, in ſcenam, ſigno dato, immiſſa 22

27. *Atque illa mater Dea.*] Recte Faërnus pro *Dea* repoſuit *Idæa*, locumque ſine dubio corruptum, una tantum addita littera, integritati reſtituit. ejus autem conjectura confirmatur cùm hiſtoria, tum iis, quæ paullo infra ſcripta ſunt. *ſacra iſta* majores noſtri aſcita ex Phrygia Romæ collocaverunt: quæ vir is accepit, qui eſt optimus à populo Romano judicatus P. Scipio. Femina autem, quæ matronarum caſtiſſima putabatur, Q. Claudia. Val. Max. lib. VII. c. 5. *P. autem Scipio Naſica, togatæ potentiæ clariſſimum lumen, is qui conſul Jugurthæ bellum indixit, qui matrem Idæam Phrygiis ſedibus ad noſtras aras focoſque migrantem ſanctiſſimis manibus excepit* &c. videndus Livius lib. XXIV. Ovid. lib. IV. Faſt. Solinus cap. 7. *Urſin.*

28. *Cujus ab avi manibus.*] In aliis eſt, *cujus ab avia manibus*, & avia Lentuli Cos. *Quinctam Claudiam* fuiſſe viri docti ſcribunt. Verum quis Claudiam Virginem Veſtalem *ἀειπάρθενον*, liberos genuiſſe memoriæ prodidit? *Matris Idææ* ſacra P. Scipionem eum, qui eſt *vir optimus* à populo Rom. indicatus, accepiſſe non ſolum Cicero infra, ſed & Livius lib. XXIX. tradidit. Eum vero qui ſacra acceperit, patrem fuiſſe P. Scipionis Naſicæ, qui eſt *corculum* appellatus, Cicero in Bruto ſcribit, eundem faſti Capitolini in Conſulatu, quem cum Acilio Glabrione anno urbis DLXII. geſſit, ita nominant P. Cornelius Cn. F. L. N. Scipio Nasica, ſed ſi P. Scipio Naſica is, cujus privati egregia virtus in perditis conatibus T. Gracchi vindicandis fuit, Marcellini proavus recte dicitur, Naſica qui ſacra accepit ejuſdem Marcellini atavus, non abavus fuit. Siquidem Paterculus Naſicam qui Gracchum interfecit, ejus qui *optimus vir* indicatus erat nepotem vocat. Quanquam non ignoro in Liviana Epitoma lib. XLIX. & in auctore de Viris Illuſtribus duos Naſicas ita confundi, ut ex patre & filio unus fiat, ne quid de graviore errore Valerii Maximi lib. VII. cap. 5. dicam. *Fr. Fabritius. Cujus ab avia eſſet accepta.*] P. Manutius publicavit *abavi manibus*, malletque legi *atavi*. noſtri ſcripti nihil recedunt à vulgata. *Gruter.* MSS. quidem conſtanter retinent *avia*, nemo tamen dubitare poteſt, quin vera ſit Franciſci Fabritii & Manutii emendatio, quamvis à MSS. non recedam. *Gravius.*

29. *Fornicibus oſtiiſque omnibus.*] Fornicibus qui additi erant thea-

[e] tua Lentule *MS.*
P. CCXLIX.

ſa irrupit. Tua tum, [e] tua, Cn. Lentule, eadem virtus fuit, [30] quæ in privato quondam tuo proavo. te, nomen, imperium, vocem, adſpectum, impetum tuum ſtans ſenatus, equiteſque Romani, & omnes boni ſequebantur, cùm ille ſervorum & [f] ludiorum multitudini ſenatum populumque Romanum vinctum ipſo conſeſſu & conſtrictum ſpectaculis, atque impeditum turba & anguſtiis tradidiſſet.

[f] ludentium *MS.* & *ed. pr.*

23 [g] An, ſi [h] ludius conſtitit, aut tibicen repentè conticuit, [31] aut puer ille patrimus & matrimus ſi terram non tenuit,

[g] Aut ſi *ed. pr.*
[h] ludus *MS.* Lydius *alii.*

theatris, ut templa, baſilicæ, porticus. Plin. lib. X, ep. 48: *Huic theatro ex privatorum pollicitationibus multa debentur, ut baſilicæ circa, ut porticus ſupra caveam, quæ nunc omnia differuntur.* Sueton. Claud. 21: *Ludos dedicationis Pompejani theatri, quod ambuſtum reſtituerat, è tribunali poſito in orcheſtra commiſit, cum prius apud ſuperiores ædes ſupplicaſſet, perque mediam caveam ſedentibus & ſilentibus cunctis deſcendiſſet.* Oſtia autem ſunt aditus theatrorum, per quos ab exterioribus porticibus itur in ſpectacula, ſive ſedilia theatri, quæ & dicebantur *vomitoria*, *unde homines*, ut inquit Servius, *glomeratim ingredientes in ſedilia ſe fundunt.* Græv.

30. *Quæ privato quondam tuo proavo.*] Vetus liber, *quæ privati quondam tui proavi.* Urſin.

31. *Aut puer ille patrimus & matrimus ſi terram non tenuit, aut thenſam, aut locum omiſit.*] Ita eſt in vulgatis; quod neſcio an bene. Ant. Auguſtinus legendum putat, *ſi thenſam non tenuit, aut lororum remiſit*; cujus opinionis fuit etiam Pantagathus: at ego nunc ſubdubito, an inter ritus hujus pueri eſſet hic quoque, ut nunquam alterum pedem ſublatum, niſi ad ingrediendum, haberet: quod vocet *terram tenere.* Urſin. Lipſius cum eſſet adoleſcens in Antiquis Lectionibus emendabat *ſiſerram*, vel *ſiſárram non tenuit*, id autem in veteri Lexico πρόβατον μεῖζον ἐνιαυτοῦ. Sed hanc conjecturam ipſe poſt damnavit, & in poſterioribus editionibus omiſit. Deſid. Heraldus ad lib. IV. Arnob. æque ut Ant. Auguſtinus emendandum judicat, *ſi tenſam non tenuit.* Sed non eſt veroſimile locum hunc tam in Arnobio, quam in Cicerone in vocabulo noto & trito eſſe corruptum. Hæc enim ipſa fere verba Ciceronis in librum IV. adverſus gentes Arnobius tranſtulit: *In cærimoniis veſtris rebuſque divinis poſtulionibus locus eſt, & piaculi dicitur contracta eſſe commiſſio, ſi per imprudentia lapſum, aut in verbo quiſquam, aut ſimpuvio deerrarit, aut ſi curſu in ſollemnibus ludis curriculiſque divinis: commiſſum omnes ſtatim in religiones clamatis ſacras, ſi ludius conſtitit, aut tibicen repente conticuit: aut ſi patrimus ille qui vocatur puer omiſit per ignorantiam lorum, aut terram tenere non potuit.* Ad hunc ritum pertinet illud Macrobii III. Saturn. 9: *Cum tellurem dicit, manibus terram tangit.* Varro de R. R. I, 2. *Hoc ter novies cantare jubet, terram tangere*, quæ loca Turnebo debentur. Jam ſi manibus terram tenuere, eſt enim hic *tenere*, quod Macrobio & Var-

roni

ſit, 32 aut tenſam, aut lorum i omiſit, aut, ſi ædilis verbo, 33 aut ſimpulo aberravit, ludi ſunt non ritè facti, eaque errata expiantur, & mentes deorum immortalium ludorum inſtauratione placantur: ſi ludi ab lætitia ad metum traducti ſunt, ſi non intermiſſi, ſed perempti atque ſublati ſunt: ſi civitati univerſæ ſcelere ejus, qui ludos ad luctum conferre voluit, exſtiterunt 34 dies illi feſti pænè funeſti: dubitabimus, quos ille fremitus nuntiet ludos eſſe pollutos? Ac, ſi volumus ea, quæ de quoque deo nobis tradita ſunt, recordari, hanc Matrem magnam, cujus ludi violati, polluti, pænè ad cædem & ad funus civitatis converſi ſunt, hanc, inquam, accepimus, agros & nemora cum quodam ſtrepitu fremituque peragrare. 24

i amiſit *MS.*

XII. Hæc igitur vobis, hæc populo Romano, & ſcelerum indicia oſtendit, & periculorum ſigna patefecit. 35 nam quid ego de illis ludis loquar, quos in Palatio noſtri

roni *tangere*, non pedibus, ut Urſinus conjiciebat, id factum eſt. *Gravius.* Vide Saubertum de Sacrificiis cap. 19.

32. *Aut thenſam, aut lorum omiſit.*] Hujus loci interpres eſt Aſconius in III. Verr. *Thenſas alii à divitate dici putant, quod ante ipſa lora tenduntur, quæ gaudent manu tenere & tangere qui eas deducunt.* Quod viri docti putant Aſconium à Virgilio accepiſſe, qui II. Æneid. de equo Trojano, cum in urbem duceretur, canit:

Circum pueri innuptæque puellæ
Sacra canunt, funemque manu contingere gaudent.

Thenſam igitur lorumque, quo equus thenſam trahebat, patrimi & matrimi pueri, qui ſingulas thenſas deducebant, quod hic eſt comitabantur, manu videntur tenuiſſe, ſique forte quis eorum remiſiſſet id lorum, piaculum committebatur. *Grav.*

33. *Aut ſimpulo aberravit.*] Repræſentavi ſcripturam Pal. noni, quomodo diu eſt quod conjecerat Lambinus, & Lipſius lib. I. Antiq. Lect. cap. 3. S. Victoris codex habebat *ſymbolo.* quemadmodum & aliorum libri vett. quod etiam quis commodè tueatur. at vulgo legitur, *aut ſi nutu aberravit.* Grut. Non igitur meminit, aut meminiſſe voluit Gruterus, quæ ſcripſerat libro VII. Suſpicion. cap. 9. Et proceſſit tamen poſtea Jac. Gutherius, qui omnes MSStos arguere erroris auſus, illam quæ ab typis exhibetur lectionem *aut nutu aberr.* tueri conatur lib. III. de Jure Pontif. cap. 22. ſed perverſe &, ut ſolet, infeliciter. *Gron.*

34. *Dies illi feſti penè funeſti.*] Vetuſtior editio, *profeſti*; neque ſecus Pall. plerique. nam nonus *profeſſi*; de quo cogitabunt acutiores. Franciſci Fabritii liber, ac S. Victoris præferunt, *pro feſtis*, vocibus diviſis. *Grut.*

35. *Nam quid ego de illis ludis loquar.*] Aliorum ludorum mentionem videtur inducere, ſed loquitur tamen de Megalenſibus, verum illis vetuſtis, non iis quos proxime Clodius fecerat. diverſa igitur ſunt tempora, non diverſi ludi. *P. Manut.*

noſtri majores ante templum, in ipſo Matris magnæ co
ſpectu, [36] Megalenſibus fieri celebrarique voluerun
qui ſunt more inſtitutiſque maximè caſti, ſollemnes, re
ligioſi: quibus ludis primùm [37] ante populi conſeſſum ſe
natui locum P. Africanus iterum conſul ille major dedi
[38] ut eos ludos hæc lues impura polluerit: quò ſiqui lib
aut ſpectandi, aut etiam religionis cauſa, acceſſerat; ma
nus afferebantur. quò matrona nulla adiit, propter vi
conſeſſumque ſervorum. Ita ludos eos, quorum religi
tanta eſt, ut ex ultimis terris arceſſita in hac urbe conſe
derit: qui [k] uni ludi ne verbo quidem appellantur Latino
ut vocabulo ipſo & appetita religio externa & Matris ma
gnæ nomine ſuſcepta declaretur: hos ludos ſervi fecerun
ſer

P. B. k ludi ne uno quid. verbo *edd. vett.*

36. *Megaleſiis fieri.*] Vocem *Megaleſiis* delendam cenſeo. nam
ludi ſunt ipſa Megaleſia. Quod autem libri Vulg. habent, *Mega*
lenſibus, jam ante alii docuerunt, & nos quoque alibi admoni
mus, hanc vocem neque Græcam eſſe, neque Latinam, ſe
barbaram, aut ſolœcam. *Lambinus.* Manutius ait recte, *Megalen*
ſibus eſſe Megalenſibus diebus. Sic *ludis* eſt ludorum die. Paul
poſt: *Si examen apum ludis in ſcenam veniſſet.* Sueton. Jul. 39
Ludis Decimus Laberius eques Romanus mimum ſuum egit. Sicut il
dem *munere*, pro *muneris die: Munere in foro depugnavit Furius Le*
tinus. Et *Circenſibus. Circenſibus, ſpatio circi ab utraque parte pro*
ducto &c. *quadrigas* &c. *agitaverunt nobiliſſimi juvenes.* Sic & Cic. *fe*
riis, eſt feriarum die. de Leg. *feriis jurgia amovento.* Ante Lamb
num, Muretus etiam ad Terentium *Megalenſibus*, ex gloſſema
ortum eſſe putat, & expungendum. Quod vero Lambinus neg
Megalenſes nec Græcam eſſe, nec Latinam vocem, fallitur. Vi
Muretum in vitam Terentii, ubi etiam refellit Goveanum, q
Megalenſes & Megaleſia diverſos eſſe ludos putavit. *Grav.*

37. *Ante populi conceſſum.*] Livius libro XXXIV. non Afric
num iterum conſulem ſenatui locum ante populi conſeſſum a
dediſſe, ſed auctorem fuiſſe, ut id facerent ædiles cur. ejus an
Serranus & Libo: idque etiam illis imperaſſe cenſores Pætu
& Cethegum. & Cicero pro C. Cornelio, nec dediſſe locum S
pionem ſenatui ante populum, nec auctorem fuiſſe, ſed paſſu
eſſe dicit. Quam varietatem ſic excuſat Aſconius: *In ea de haruſ*
cum reſponſo, quia in ſenatu habebatur, cujus auribus erat blandiend
& magnopere illum laudat, & non auctorem fuiſſe dandi (nam id e
levius), ſed ipſum etiam dediſſe dicit. Eſt illa quoque inter veter
controverſia, quod hic Cicero factum id eſſe ludis Megalenſib
plane narrat, Livius autem, Antiatem ſecutus, non Megalenſ
bus, ſed Romanis, alii nec Megalenſibus, nec Romanis, ſe
votivis: quod ex Aſconii verbis licet conjicere. *P. Manut.*

38. *Ut eos ludos hac lues impura pollueret.*] *Polluerit*, emenda
Faërnus, & recte, ut opinor. *Urſin.*

39. S

vi ſpectaverunt: tota denique, hoc ædile, ſervorum egaleſia fuerunt.

Prò dii immortales! qui magis nobiſcum loqui poſſetis, 25
eſſetis verſareminique nobiſcum? ludos [1] eſſe pollutos [1] publicos eſſe *MS.*
nificatis, ac planè dicitis. Quid magis deformatum, in-
natum, perverſum, conturbatum dici poteſt, quàm,
ne ſervitium, permiſſu magiſtratus, liberatum, in al-
ram ſcenam immiſſum, alteri præpoſitum, ut alter con-
ſſus poteſtati ſervorum objiceretur, alter ſervorum to-
s eſſet? [39] Si examen apum ludis in ſcenam veniſſet,
ruſpices acciendos ex Etruria putaremus: videmus uni-
erſi repentè [40] examina tanta ſervorum immiſſa in popu-
m Romanum, ſeptum atque incluſum, & non com-
ovemur? Atque in apum fortaſſe examine, nos ex
truſcorum ſcriptis haruſpices, ut à ſervitio caveremus,
onerent.

Quod igitur ex aliquo disjuncto diverſoque monſtro 26
nificatum caveremus, id cùm ſibi ipſum monſtrum eſt,
cùm in eo ipſo periculum eſt, ex quo periculum pòrten-
tur, non pertimeſcemus? Iſtiuſmodi Megaleſia fecit pa-
r tuus? iſtiuſmodi patruus? Is mihi etiam generis ſui
entionem facit, cùm Athenionis, aut Spartaci exemplo
dos facere maluerit, quàm Caji, aut Appii, Claudio-
m? Illi cum ludos facerent, ſervos de cavea exire jube-
nt: tu in alteram ſervos immiſiſti, ex altera liberos eje-
ſti. itaque qui anteà voce præconis à liberis ſemoveban-
r, tuis ludis non voce, ſed manu liberos à ſe ſegrega-
nt.

XIII. Ne hoc quidem tibi in mentem veniebat, Si-
yllino ſacerdoti [41] hæc ſacra majores noſtros ex veſtris P. CCL.
libris

39. *Si examen apum ludis in ſcenam veniſſet.*] Franc. *Si examen m repente ludis in ſcenam veniſſet.* quod non eſt contemnendum. am ſi non repente tempore ludorum examen in ſcenam, defer-tur, nihil mali portenderet, quamvis in caſtris ſemper habi-m fuerit dirum oſtentum. Vide Bernecceri Obſervat. Miſcell. p. 5. *Grav.*

40. *Examina tanta ſervorum.*] Examen dici de multitudine in es ſuccreſcente, variis exemplis docet egregius ille Paſſeratius ad opert. Lib. II. eleg. 32. *Verburg.*

41. *Hæc ſacra majores noſtros ex veſtris libris expetiſſe.*] Colligere nc poſſumus P. Clodium XV. virum fuiſſe ſacris faciundis. Ad jus autem loci intelligentiam faciunt ea, quæ ſcribit Strabo b. XII. Πεσσινοῦς δ' ἐστὶν ἐμπορεῖον (inquit) τῶν ταύτῃ μέγιστον, ἱε-

ρὸν

libris expetiſſe? ſi illi ſunt veſtri, quos tu impia me
conquiris, violatis oculis legis, contaminatis manibus
27 trectas. Hac igitur vate ſuadente quondam, defeſſa Ita
Punico bello, atque ab Annibale vexata, ſacra iſta maj
res noſtri aſcita ex Phrygia Romæ collocaverunt: quæ v
is accepit, [42] qui eſt optimus populi Romani judicatu
P. Scipio: fœmina autem, quæ matronarum caſtiſſi
putabatur, Q. Claudia: cujus priſcam illam ſeveritate
ſacrificii [43] mirificè tua ſoror exiſtimatur imitata. Nihil
igitur neque majores tui, conjuncti cum his religionib
neque ſacerdotium ipſum, quo eſt hæc tota religio con
tuta, neque curulis ædilitas, quæ maximè hanc tueri r
ligionem ſolet, permovit, quò minùs caſtiſſimos lud
omni flagitio pollueres, dedecore maculares, ſcelere ob
gares?

28 Sed quid ego id admiror? qui acceptâ pecuniâ Peſſinu
tem ipſum, ſedem domiciliumque Matris deorum, v
ſtaris, & Brogitaro Gallogræco, impuro homini ac n
fario, [m] cujus legati, te tribuno, dividere in æde Caſto
tuis operis nummos ſolebant, totum illum [n] locum fa
numque vendideris? ſacerdotem ab ipſis aris pulvina
buſque detraxeris? [o] omina illa, quæ vetuſtas, quæ Pe
ſæ, quæ Syri, quæ reges omnes, qui Europam Aſia
que tenuerunt, ſemper ſumma religione coluerunt, pe
verteris? quæ denique noſtri majores tam ſancta dux
runt, ut, cùm refertam urbem atque Italiam fano
haberemus, tamen noſtri imperatores maximis & pe
culoſiſſimis bellis huic deæ vota facerent, eaque in ip
Peſſinunte ad illam ipſam principem aram, & in illo lo
fanoque perſolverent.

m *duodecim ſeqq. voces deſunt in MS. & vett. edd.*
n lucum *Gul.*
o *alii* omnia.

29 Quod cùm Deiotarus religione ſua caſtiſſimè tuer
tur, quem unum habemus in orbe terrarum fideliſſimu
huic imperio, atque amantiſſimum noſtri nomin
P. B. Brogitaro, ut antè dixi, addictum pecuniâ tradidi

44 A

ἐὸν ἔχειν τῆς μητρὸς τῶν Θεῶν, σεβασμοῦ μεγάλου τυγχάνον &c. *ἐπ*
φανὲς δ᾽ ἐποίησαν Ῥωμαῖοι τὸ ἱερὸν ἀφίδρυμα ἐνθένδε τῆς Θεοῦ με
ταπεμψάμενοι κατὰ τοὺς τῆς Σιβύλλης χρησμούς. Urſin.

42. *Qui eſt optimus populi Rom. jud.*] Sic Gembl. & S. Victori
neque aliter puto Pall. in quibus omnibus *P. R.* nam editi, *op*
mus à populo Rom. Grut.

43. *Mirificè tua ſoror.*] Sic collocat voces Pal. nonus & S. Vi
qui iidem præterea exhibent, *mirifica*; quod & in ceteris Pal
idem.

44. A

Atque hunc tamen Deiotarum ſæpe à ſenatu regali
nine dignum exiſtimatum, clariſſimorum imperatorum
imoniis ornatum, tu etiam regem appellari cum Bro-
ro jubes. ſed alter eſt rex, judicio ſenatus, per nos: pe-
iâ Brogitarus per te appellatus: 45 alterum putabo re-
n, ſi habuerit unde tibi ſolvat, quod ei per ſyngrapham
didiſti. nam cùm multa regia ſunt in Deiotaro, tum il-
maximè, quod tibi nummum nullum dedit; quòd eam
tem legis tuæ, quæ congruebat cum judicio ſenatus,
pſe rex p eſſet, non repudiavit: quòd Peſſinuntem per p eſſet re-
lus à te violatum, & ſacerdote ſacriſque ſpoliatum, pud. J. F.
cuperavit, ut q in priſtina religione ſervaret: quòd cæ- Gron.
monias, ab omni vetuſtate acceptas, à Brogitaro pollui q priſtinas
n ſinit, mavultque generum ſuum munere tuo, quàm religiones
ud fanum antiquitate religionis carere. Sed, ut ad hæc ſervares
ruſpicum reſponſa redeam, ex quibus eſt primum de lu- Græv. conj.
r: quis eſt, qui id non totum in iſtius ludos prædictum
reſponſum eſſe fateatur? Sequitur de locis ſacris, reli- 30
oſis.

XIV. O IMPUDENTIAM miram! de mea domo di-
re audes? Committe vel conſulibus, vel ſenatui, vel
llegio pontificum tuam. Ac mea quidem his tribus omni-
s judiciis, ut dixi antea, liberata eſt. At in iis ædibus,
as tu, r Q. Sejo, equite Romano, viro optimo, per r M. Quin-
apertiſſimè interfecto, tenes, ſacellum dico fuiſſe & tio Syr. ed.
s. tabulis hoc cenſorum, memoriâ multorum firmabo pr.
docebo. agatur modò hæc res.

Quòd ex eo ſenatusconſulto, quod nuper eſt factum, 31
ferri ad vos neceſſe eſt: habeo quæ de locis religioſis ve-
n dicere. cùm de domo tua dixero: in qua tamen ita eſt
ædificatum ſacellum, ut alius fecerit, tibi tantummodo
demoliendum: tum videbo, num mihi neceſſe ſit de
is etiam aliquid dicere. putant enim nonnulli ad me per- P. CCLI.
ere, 46 armamentarium Telluris aperire. nuper id pa-
tuiſſe

44. *Atque hunc tamen Dejotarum.*] Fortaſſe, *Dejotarum*, abun-
t, ut inepta à neſcio quo addita interpretatio ad verbum, *hunc*.
. Manut.

45. *Alterum putabo Regem, ſi habuerit.*] Locus non eſt integer:
oteſt autem ſuppleri, ſi ita legatur: *Alterum ſemper putabo regem,*
habuerit &c. vel ſi ita, *Alterum ſemper putabo Regem, alterum ſi*
buerit &c. Urſin.

46. *Armamentarium Telluris.*] Multa fuerunt armamentaria Ro-
æ. Herodian. lib. VII; Τάς τε γὰρ δημοσίας ἀποθήκας τῶν ὅπλων,

εἰςτε-

tuiſſe dicunt, & ego recordor. nunc ſanctiſſimam par
ac ſedem maximæ religionis privato dicunt veſtibulo c
tineri. Multa me movent: quòd ædes Telluris eſt cu
tionis meæ: quòd is, qui illud armamentarium ſuſtu
meam domum pontificum judicio liberatam, ſecund
fratrem ſuum judicatam eſſe dicebat. movet me etiam
hac caritate annonæ, ſterilitate agrorum, inopia frugu
religio Telluris, & eò magis, quòd eodem oſtento 47 T
luri poſtulatio deberi dicitur. Vetera fortaſſe loquim
quamquam hoc ſi minus civili jure perſcriptum eſt, l
tamen naturæ, communi jure gentium ſancitum eſt,
nihil mortales à diis immortalibus uſu capere poſſint.

32 XV. Verumtamen antiqua negligimus: etiam
ea negligemus, quæ fiunt ſ cum maximè? quæ videmu
L. Piſonem quis neſcit, his ipſis temporibus, maxim
& ſanctiſſimum Dianæ ſacellum 48 in Cœliculo ſuſtuliſ
adſunt vicini ejus loci: multi ſunt etiam in hoc ordin
qui ſacrificia gentilia illo ipſo in ſacello, 49 ſtatuto loc
anniverſarii factitarint. Et t conquirimus, dii immorta
quæ loca deſiderent, quid ſignificent, de quo loquantu
A 50 Sex. Serrano ſanctiſſima ſacella ſuffoſſa, v incenſa, in
æd

ſ *Lamb.* nunc. *alii delent.*

t quid primum dii *MS. & ed. pr.*

v incenſ. *non eſt in MS.*

εἶπεν ἔσαν ἀγῶν πομπῶν μᾶλλον, ἢ μάχην ... ἀπαρ... τοὺς ὄχλους ἐποίησεν. Vertit Politianus: *Quippe juſſis effringi publi armamentariis, in quibus pompa magis inſtrumenta quam belli aſſer bantur.* hoc eſt, in quibus arma erant, quæ magis inſerviebant ſo lemnibus pompis, in quibus cives armati pyrrichas ſaltaban quam bellis. Tale etiam fuiſſe armamentarium ad Telluris æde in ſolo ei ſacrato ſitam. Hoc armamentarium fuit converſum veſtibulum domus privatæ. *Gravius.*

47. *Telluri poſtulatio deberi dicitur.*] Ita ferè Pall. ſed nonus *poſtillo.* quod eſſet Scaligeri *poſtilio*, de quo videatur ipſemet A pendice ad Conjectanea libro IV. in Varronem de Ling. Lat. ill *poſtillo* exſtare item à prima manu in cod. S. Victoris, prodidit G lielmius. *Grut.*

48. *In Cœliculo.*] Rectius ſcribitur *Cœliolo*, quamvis in libr omnibus *Cœliculo* legatur. Cæliolus ſcribitur apud Varronem Sex. Rufum & Victorem, fuit collis, ut videtur, humilior C lio adſitus: inde vocatur à Martiale XII, 18: *Cælius minor.* ... præter Marlianum, Donatum, alios, inprimis Famiani Na Veterem Romam II, 2. *Grav.*

49. *Statuto loco anniverſarii factitarunt.*] Hæc eſt ſcriptura e vett. & Pall. item S. Vict. poſt cuſi, *anniverſaria.* quærendum t men, num locum heic habere non debeat *foco*, quod video oram, ceu variantem poni ſcripturam. *Grut.*

50. *Sex. Serrano.*] Scribendum *Serano* unico *r*, licet in vete denariis SARANUS inciſum ſit pro *Seranus.* Urſin. Atiliæ ge ti

ſicata, oppreſſa, ſumma denique turpitudine eſſe fœ-
ta neſcimus?

Tu meam domum religioſam facere potuiſti? [51] Ecqua 33
mente? quam amiſeras. qua manu? qua diſturbaras. qua
voce? qua incendi juſſeras. qua lege? quam ne in illa qui-
dem impunitate tua ſcripſeras. quo pulvinari? quod ſtu-
praras. quo ſimulacro? quod ereptum ex meretricis ſepul-
cro in imperatoris monumento collocaras. Quid habet mea
domus religioſi, niſi quòd impuri & ſacrilegi parietem
tangit? Itaque, ne quis meorum imprudens introſpicere P. B.
poſſit tuam domum, ac te ſacra illa tua facientem videre,
tollam altiùs tectum: non ut ego te deſpiciam, ſed ne tu
aſpicias urbem eam, quam delere voluiſti.

XVI. Sed jam haruſpicum reliqua reſponſa videamus. 34
Oratores, contra jus fasque interfectos. Quid eſt hoc? de Alexandrinis eſſe video ſer-
monem: quem ego non refuto. ſic enim ſentio, jus lega-
torum cùm hominum præſidio munitum ſit, tum etiam
divino jure eſſe x vallatum. Sed quæro ab illo, [52] qui omnes x velatum
judices tribunus è carcere in forum effudit, cujus arbitrio MS. & ed.
ſicæ omnes nunc, atque omnia venena tractantur, qui pr.
cum Hermacho Chio ſyngraphas fecit, ecquid ſciat, unum
acerrimum adverſarium Hermachi, Theodoſium, lega-
tum ad ſenatum à civitate libera miſſum, ſica percuſſum?
quod non minus, quàm de Alexandrinis, indignum diis
immortalibus eſſe viſum, certò ſcio.

Nec confero nunc in te unum omnia. ſpes major eſſet 35
ſalutis, ſi, præter te, nemo eſſet impurus. plures ſunt.
hoc & tu tibi confidis magis, & nos propè jure diffidimus.
Quis y Platorem ex Oreſtide, quæ pars Macedoniæ libera y Plato-
hominem in illis locis clarum ac nobilem, legatum Theſ- nem multi
ſaloni- alii.

ſis, qui, cùm de reditu Ciceronis promulgata lex eſt, tribunus
pl. cum collega Num. Quinctio diſſenſit. *P. Manut.*

51. *Et qua mente? quam amiſeras.*] Veneti, *qua invaſeras.* Le-
gendum autem omnino videtur, *ecqua mente.* Camerar. *Ecqua
mente? quam amiſeras?*] Eſt & iſtud ex priſca lectione curſorum
ſcriptorumque, in cujus locum ſæculi poſterioris homines ſuppo-
ſuerant, *qua invaſeras?* Grut.

52. *Qui omnes judices trib. è carcere &c.*] Lambinus ſubſtituit *au-
daces*, præter libros. ſi quid mutandum, mallem *indices.* ſed cur
mutemus, cùm judicum iſtorum mox mentionem faciat capite
proximo? *Idem.*

53. Ut

ſalonicam ad noſtrum [53] (ut ſe ipſe appellavit) imperatorem veniſſe neſcit? quem ille, propter pecuniam, quam ab eo extorquere non poterat, in vincula conjecit, & medicum intromiſit ſuum, qui legato, ſocio, amico, libero fœdiſſimè & crudeliſſimè venas incideret. Secures ſuas cruentari ſcelere noluit: nomen quidem populi Romani tanto ſcelere contaminavit, ut id nulla re poſſit, niſi ipſius ſupplicio, expiari. Quales hunc carnifices putamus habere, qui etiam medicis ſuis non ad ſalutem, ſed ad necem utatur?

36 XVII. SED RECITEMUS, quid ſequatur. FIDEM P. CCLII. ET JUSJURANDUM NEGLECTUM. Hoc quid ſit, per ſe ipſum non facilè interpretor: ſed ex eo, quod ſequitur, ſuſpicor de tuorum judicum manifeſto perjurio dici: [54] quibus olim erepti eſſent nummi, niſi à ſenatu præſidium poſtulaſſent. quare autem de [z] his dici ſuſpicer, hæc cauſa eſt, quòd ſic ſtatuo, & illud in hac civitate eſſe maximè illuſtre atque inſigne perjurium, & te ipſum tamen in [a] perjurii pœnam ab iis, quibuſcum conjuraſti, non vocari.

z his ſuſpicor *ed. pr.*

a perjurium impune *MS. & ed. pr.*

37 Et video, in haruſpicum [b] reſponſis [55] hæc eſſe ſubjuncta, SACRIFICIA [c] VETUSTA OCCULTAQUE MINUS DILIGENTER FACTA POLLUTAQUE. Haruſpices hæc loquuntur, an patrii penateſque dii? multi enim ſunt, credo, in quo hujus maleficii ſuſpicio cadat. Quis præter hunc unum? obſcurè dicitur, quæ ſacra polluta ſint? quid planiùs, quid graviùs, quid religioſiùs dici poteſt? VETUSTA OCCULTAQUE. nego ulla verba

b reſponſum *iid.*

c TECTA *ed. pr.*

53. *Ut ſe ipſe appellavit.*] Nam à militibus ob victoriam imperator appellatus eſt. L. Piſonem ſignificat. in oratione tamen contra ipſum, *Appellatus eſt*, inquit, *hic vulturius illius provinciæ, ſi diis placet, imperator*. P. Manut.

54. *Quibus olim erepti eſſent nummi.*] Cic. lib. I, 31: *Judices fuerunt, quos fames magis, quam fama commoverit, quorum Catulus cum vidiſſet quendam, Quid vos* (inquit) *præſidium à nobis poſtulabitis? an, ne nummi vobis eriperentur?* Lambinus. Hinc Catulus cum è Clodianis judicibus quendam vidiſſet, *Quid vos*, inquit, *præſidium à nobis poſtulabitis? an ne vobis nummi eriperentur.* Cicero epiſt. 14. lib. I. ad Atticum. vide Plutarchum in Cicer. de Lentulo Clodii accuſatore, lege hiſt. Cicer. *Fr. Fabritius.*

55. *Hæc eſſe ſubjuncta.*] Optime Erfurt. *hæc eſt ſubjecta*. Hoc interpolarunt, qui neſcierunt, *ſubjici* pro *ſubjungi* veteribus non eſſe infrequens. Phædrus: *Verſus ſubjecti monent.* Alia exempla parco adſcribere. *Gravius.*

56. Enim

verba Lentulum, gravem oratorem ac diſertum, ſæpius, cùm te accuſaret, uſurpaſſe; quàm hæc, quæ nunc ex Etruſcis libris in te converſa atque interpretata dicuntur. Etenim quod ſacrificium tam vetuſtum eſt, quàm hoc, quòd à regibus æquale huic urbi accepimus? quod autem tam occultum, quàm id, quod non ſolùm curioſos oculos excludit, ſed etiam errantes? quò non modò improbitas, ſed ne imprudentia quidem poſſit intrare? quod quidem ſacrificium nemo [d] ante P. Clodium omni memoria violavit, nemo umquam adiit, nemo neglexit, nemo vir adſpicere non horruit: quod fit per virgines Veſtales, fit pro populo Romano? fit in ea domo, quæ eſt in imperio; fit incredibili cæremonia; fit ei deæ, cujus ne nomen quidem viros ſcire fas eſt: quam iſte idcirco Bonam dicit, quod in tanto ſibi ſcelere ignoverit.

d niſi P. Clodius *MS. & ed. pr.*

XVIII. Non ignovit, mihi crede; non: niſi fortè tibi ignotum putas, quòd te judices [56] emiſerunt excuſſum & exhauſtum: ſuo judicio abſolutum, omnium condemnatum: aut quòd oculos, ut opinio illius religionis eſt, non perdidiſti. Quis enim ante te ſacra illa vir ſciens 38
viderat, ut quiſquam pœnam, quæ ſequeretur illud ſcelus, ſcire poſſet? An tibi luminis obeſſet cæcitas plus quàm libidinis? ne id quidem ſentis, [57] conniventes illos oculos abavi tui magis optandos fuiſſe, quàm [e] hos flagrantes ſororis? Tibi verò, ſi diligenter [f] attenderis, intelliges hominum pœnas deeſſe adhuc, non deorum. homines te in re fœdiſſima defenderunt: homines turpiſſimum

P. B.

e os flagrantis *MS.*

f attendes *id. MS.*

56. *Emiſerunt excuſſum & exhauſtum.*] Malui iſtud fide Pal. noni & S. Vict. quod reſtaret in ceteris noſtris, *omiſerunt*, non vulgatum illud *dimiſerunt*. ſicque rurſus loquitur infra cap. 21. pr. *excuſſus* heic eſt, qui nudus evaſit nummis pluribus redemtus ſcilicet. metaphora ab eis qui in latrones inciderunt. *Grut.*

57. *Conniventes illos oculos abavi tui.*] De Clodii patre ſupra diximus. Avus C. Claudius conſul cum M. Perpenna fuit ann. DCXXIII. Proavus C. Claudius, qui cum T. Graccho Cos. fuit anno DCXXXVI. in faſtis Capitolinis ſic nominatur C. Claudius Ap. F. P. N. Pulcher. hujus C. Claudii pater, P. Clodii abavus fuit Ap. Claudius Cæcus: de quo Cicero in Tuſculanis, in Catone & pro Cœlio: ubi hunc ipſum Appium in Clodii ſororem ſic affectum inducit: *Non patrem tuum videas? non patruum, non avum, proavum, atavum audieras conſules fuiſſe?* Patruus Clodiæ, fuit Cajus Claudius Pulcher Cos. cum L. Junio anno DIV. Hæc in magno interpretum ſilentio propter diſcendi cupidos, qui hæc ſe ignorare moleſte ferunt, adſcribere volui. *Fr. Fabrit.*

 58. *Ho-*

num nocentiſſimumque laudarunt: [58] homines confitentem judicio liberaverunt: hominibus injuria tui ſtupri illata in ipſos dolori non fuit: homines tibi arma, g alii in me, alii pòſt in illum invictum civem dederunt: hominum beneficia prorſus concedo tibi; ac majora non eſſe quærenda.

g alii in me *deſunt in aliis.*

39. A diis quidem immortalibus quæ poteſt homini major eſſe pœna furore atque dementia? niſi fortè in tragœdiis, quos vulnere ac dolore corporis cruciari vides & conſumi, graviores deorum immortalium iras ſubire, quàm illos, qui furentes inducuntur, putas. Non ſunt illi ejulatus & gemitus Philoctetæ tam miſeri (quamquam ſunt acerbi) quàm illa exſultatio Athamantis, [59] & quàm ſomnium matricidarum. Tu, cùm furiales in concionibus voces mittis, cùm domos civium evertis, cùm lapidibus optimos viros foro pellis, cùm ardentes faces in vicinorum tecta jactas, cùm ædes ſacras inflammas, cùm ſervos concitas,

58. *Homines confitentem judicio liberarunt.*] Eſt à Pal. nono. neque aliter S. Victoris, quam quod is *prope confitentem*, qua voce non erat opus. & videtur nata à gloſſariis, qui adſcripſerant *prope.* volebantque intelligi *pro pecunia.* & verò editio princeps habet *prope pecunia*; ex quo Critici poſteriores nobis fecerunt, *propter pecuniam.* ſed invitis mſſ. certè Pall. quorum quidam, *homines quippe judicio*, alii, *homines prope judicio.* quod ultimum ferre poſſem. *Gruter.* Quidnam & quando confeſſus eſt in illo judicio, quo pollutorum ſacrorum poſtulabatur? Imo negabat & pernegabat omnia, teſtatus ſe Romæ tum non fuiſſe. In prim. Franc. & ed. prima non legitur *confitentem*, in aliis omiſſum eſt *prope.* Aſſentior Victorio, qui edidit *prope confitentem.* hoc eſt, tam certis & manifeſtis argumentis convictum, ut prope cogeretur confiteri. *Grævius.*

59. *Et quàm ſomnium matricidarum.*] Lectio ſi non minus vera; at damnata ſane ab omni antiquiore libro edito, ab omnibus Pall. item S. Victoris, qui plane præferunt, *ſenium.* Gruter. Si *ſomnia* eſſet in membranis bonæ fidei, aut *ſomnium matricidæ* non eſſet reſpuendum. Somnia enim intelligerentur illa, quibus terrent manes & umbræ matrum parricidas. Sed cur reſpuimus, quod Erfurt. Pall. & S. Victoris oſtentat, *ſenium matricidarum.* Eſt enim *ſenium* mœſtitia, angor & cruciatus animi, quo conficiuntur, qui nec ſe nec alios pati poſſunt. Senec. Hippol.

Ubi vultus ille & ficta majeſtas viri, &c.
Morumque ſenium triſte & adſpectu grave.

Plaut. Trucul. II, 5:

Male quod mulier facere incepit, niſi id efficere perpetrat,
Id illi morbo, id illi ſenio eſt, ea illi miſera miſeria eſt.

Grævius.

60. *An-*

citas, cùm ſacra ludoſque conturbas, cùm uxorem ſororemque non diſcernis, cùm, quod ineas cubile, non ſentis, cùm baccharis, cùm furis, tum das eas pœnas, quæ ſolæ ſunt hominum ſceleri à diis immortalibus conſtitutæ. Nam corporis quidem noſtri infirmitas multos ſubit caſus per ſe: denique ipſum corpus tenuiſſima ſæpe de cauſa conficitur: deorum tela in impiorum mentibus figuntur. quare miſerior es, cùm in omnem fraudem raperis oculis, quàm ſi omnino oculos non haberes. P. CCLIII

XIX. SED, quoniam de iis omnibus, quæ haruſpices [h] commiſſa eſſe dicunt, ſatis eſt dictum, videamus, quid iidem haruſpices à diis jam immortalibus dicant moneri. [i] Monent: NE PER OPTIMATIUM DISCORDIAM DISSENSIONEMQUE PATRIBUS PRINCIPIBUSQUE CAEDES PERICULAQUE CREENTUR, [60] AUXILIOQUE DIMINUTI DEFICIANTUR, QUARE AD UNUM IMPERIUM PROVINCIÆ REDEANT, EXERCITUSQUE PULSUS DIMINUTIOQUE ACCEDAT. Haruſpicum verba ſunt hæc omnia: nihil addo de meo. Quis igitur hanc optimatium diſcordiam molitur? idem iſte: nec ulla vi ingenii, aut conſilii ſui, ſed quodam errore noſtro; quem quidem ille, quòd obſcurus non erat, facilè perſpexit. hoc enim etiam turpius afflictatur reſpublica, quòd ne ab eo quidem vexatur, [61] ut, tamquam fortis in pugna vir, acceptis à forti adverſario [62] vulneribus adverſis, cadere videatur.

h ominoſa *MSS.*
i *ita Grav. alii non habent* monent.

Ti. Gracchus convellit ſtatum civitatis. qua gravitate vir! qua eloquentia! qua dignitate! nihil ut à patris avique Africani præſtabili inſignique virtute, præterquàm quòd à ſenatu deſciverat, deflexiſſet. Secutus eſt C. Gracchus. quo ingenio! quanta vi! quanta gravitate dicendi! ut

60. *Auxilioque diminuti &c.*] Multa hîc mutat & intrudit de ſuo Lambinus. nos maluimus retinere vulgatam, parum adjuti à mſſ. noſtris; quorum ne quidem variantes lectiones exhibere operæ videtur pretium; adeò diſcrepant. *Gruter.*

61. *Ut, tamquam fortis in pugna vir, acceptis à forti adverſariò vulneribus adverſis & honeſtis, cadere videatur.*] Ita habent vulgati: In manuſcripto *honeſtè cadere* legitur; quod magis placet: nam vulnera adverſa quis neſcit honeſta eſſe, & adverbium ad verbum elegantius jungitur. *Urſin.*

62. *Vulneribus adverſis cadere videatur.*] Vulgata adjicit, *adverſis & honeſtis*, quod quidem eſt in nono, verùm non etiam in ceteris ſcriptis editiſque, quibus adeſt ejus loco, *homines*, Grut.

63. In

ut dolerent boni omnes, non illa tanta ornamenta ad meliorem mentem voluntatemque eſſe converſa. Ipſe L. Saturninus ita fuit effrenatus & pænè demens, ut auctor eſſet egregius, & ad animos imperitorum excitandos inflammandoſque perfectus. Nam quid ego de P. Sulpicio loquar? cujus tanta in dicendo gravitas, tanta jucunditas, tanta brevitas fuit, ut poſſet, vel ut prudentes errarent,
P. B. vel ut boni minus bene ſentirent, perficere dicendo. Cum his conflictari, & pro ſalute patriæ quotidie dimicare, erat omnino illis, qui tum rempublicam gubernabant, moleſtum: ſed habebat ea moleſtia quandam tamen dignitatem.

42 XX. Hic verò, de quo ego ipſe tam multa nunc dico, prò dii immortales! quid eſt? quid valet? quid affert, ut tanta civitas, ſi cadet (quod dii omen obruant!) à viro tamen confecta videatur? qui poſt patris mortem, primam illam ætatulam ſuam ad ſcurrarum locupletium libidines detulit: quorum intemperantiâ expletâ, [63] in domeſticis eſt germanitatis ſtupris volutatus: deinde jam robuſtus provinciæ ſe ac rei militari dedit, [64] atque ibi piratarum contumelias perpeſſus, etiam Cilicum libidines Barbarorumque ſatiavit: pòſt, exercitu L. Luculli ſollicitato, per nefandum ſcelus fugit illinc, Romæque, recenti adventu ſuo, cum propinquis ſuis decidit, [k] ne reos
k ut *Manut.* faceret: à Catilina pecuniam accepit, ut turpiſſimè prævaricaretur. inde cum Murena ſe in Galliam contulit: in qua

63. *In domeſticis eſt germanitatis ſtupris volutatus.*] Non poteſt mihi perſuaderi, hunc locum eſſe emendatum. nam quid hoc ſibi vult, *germanitatis ſtupris?* ſcio, quid mihi dicturus ſit aliquis, cum Clodia ſorore, & ceteris ſororibus Clodium rem habuiſſe ſignificat. audio. itane vero? his verbis hanc ſententiam exprimi oportuit? quis umquam hoc modo locutus eſt? dixiſſet potius, *in domeſticis eſt cum germanis ſororibus ſtupris*, &c. conſiderent igitur hunc locum, qui ſe Ciceronianos dici volunt, & videant, num potius ita legi debeat, *in domeſticis germaniſque ſtupris eſt volutatus.* Lambinus. Male. *germanitas* hic pro germanis ſororibus, ut *matrimonium* pro uxore, *ſervitia* pro ſervis. *Gravius.*

64. *Atque ibi piratarum.*] Sunt qui hoc ad bellum piraticum à P. Servilio geſtum referant. Atqui Servilius ex conſulatu, quo anno DCLXXIV. functus eſt, in Ciliciam profectus bellum piraticum geſſit, de quo vide quæ in cap. 23, lib. V. Oroſii annotavi. P. vero Clodium anno urbis DCXXCVI. relicto Lucullo, ad Marcium in Ciliciam veniſſe, ibique claſſi præfectum à piratis captum fuiſſe, Dio ſcribit. *Fr. Fabritius.*

65. *Deus,*

qua provincia mortuorum teſtamenta conſcripſit, pupillos necavit, nefarias cum multis ſcelerum pactiones ſocietateſque conflavit. unde ut rediit, [l] quæſtum illum maximè fœcundum uberemque, campeſtrem, [m] totum ad ſe ita redegit, ut homo popularis fraudaret improbiſſimè populum, idemque vir clemens diviſores omnium tribuum domi ipſe ſuæ crudeliſſima morte mactaret.

[l] quæſturam *MS.* & *ed. pr.*
[m] totam *MS.* in totum *ed. vet.*

43 Exorta eſt illa, reipublicæ, ſacris, religionibus, auctoritati veſtræ, judiciis publicis funeſta quæſtura: in qua idem iſte [65] deos homineſque, pudorem, pudicitiam, ſenatus auctoritatem, jus, fas, leges, judicia, violavit. Atque hic ei gradus (ô miſera tempora, ſtultaſque noſtras diſcordias!) P. Clodio gradus ad rempublicam, hic primus eſt aditus ad popularem jactationem atque adſcenſus. P. CCLIV. Nam Ti. Graccho invidia Numantini fœderis, cui feriendo, quæſtor C. Mancini conſulis cùm eſſet, interfuerat, & in eo fœdere improbando ſenatûs ſeveritas dolori & timori fuit: [n] iſtaque res illum, fortem & clarum virum, à gravitate patrum [o] deſciſcere coëgit. C. autem Gracchum mors fraterna, pietas, dolor, magnitudo animi, ad expetendas domeſtici ſanguinis pœnas excitavit. Saturninum, quòd in annonæ caritate quæſtorem à ſua frumentaria procuratione ſenatus amovit, eique rei M. Scaurum præfecit, ſcimus, dolore factum eſſe popularem. Sulpicium [66] ab optima cauſa profectum, [67] Cajoque Julio, conſulatum contra leges petenti, reſiſtentem longiùs, quàm voluit, popularis aura provexit.

[n] itaque illum *MS.*
[o] deſiſtere *MS.*

44 XXI. Fuit in his omnibus cauſa, etſi non juſta (nulla enim poteſt cuiquam malè de republica [p] merendi juſta eſſe cauſa) gravis tamen, & [68] cum aliquo animi & virili

[p] merenti *alii.*

65. *Deos homineſque.*] Deos, quia violavit, cum quæſtor eſſet, ſacra Bonæ deæ: Homines, quia Pompejæ, Cæſaris Pont. Max. uxori, pro populo ſacra facienti, quæſtor ſtuprum intulit. *P. Manut.*

66. *Ab optima cauſſa profectum.*] Hoc eſt, quod ait Aſconius, *Ab initiis bonarum actionum ad perditas progreſſus.* primum enim pro rep. deinde contra pugnavit: unde Sulla victore eſt interfectus. *Idem.*

67. *Cajoque Julii conſulatum.*] Sic quidem editiones neotericæ, ſed à conjectura Faërni. vett. enim & mſſ. noſtri *Tuccio*, ſive *Tutio.* aut denique *Thuſcio.* Grut.

68. *Cum aliquo animi & juris dolore.*] Neſcio quomodo minus hæc conſentanea videntur: Aſſumendam igitur puto Venetam ſcripturam, *cum aliquo animi virili dolore.* Camer.

rili dolore conjuncta. P. Clodius [69] à crocota, à [70] mitra, à [71] muliebribus ſoleis [72] purpureiſque faſciolis, à [73] ſtrophio, à [74] pſaltrio, à flagitio, à ſtupro, eſt factus repentè popularis. Niſi eum mulieres exornatum ita deprehendiſſent: niſi ex eo loco, quò eum adire fas non erat, ancillarum beneficio emiſſus eſſet: populari homine populus Roma-

69. *A crocota.*] Fuit veſtis muliebris. Poëta;

Tenui ſuccincta crocota.

Illa ſunt uſi hiſtriones, cum mulieris perſonam agerent, & bacchantes. vide Salmaſ. ad Tertull. de Pallio. *Græv.*

70. *Mitra.*] Erat faſcia, quâ mulieres caput tegebant. Virgilius IX. Æneid. v. 616:

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

Ubi Servius: *Pilea ſunt virorum, mitræ fœminarum, quas calanticas dicunt.* vide eundem ad vſ. 215, v. Æneid.

Et nunc ille Paris cum ſemiviro comitatu,
Mæonia mentum mitra, crinemque madentem
Subnixus.

Vide quæ annotavi in lectionibus Heſiodeis cap. 25. *Grævius.*

71. *A muliebribus ſoleis.*] Legendum fortaſſe eſt, *ſtolis.* Verumtamen nihil muto. nam etiam ſoleis mulieres utebantur & viri molles. *Lambinus.* Soleæ erant, quæ Græcis dicebantur ſandalia, quibus apud Romanos utebantur mulieres, non viri, quorum proprius erat calceus, qui totum tegebat pedem: cum ſoleæ imam calcem tantum tegerent, adſtrictæ ſuperiori pedi faſciis aut loris, ut dudum docuerunt viri docti. vide Cl. Salmaſium ad Tertull. de Pallio. *Græv.*

72. *Purpureiſque faſciolis.*] Faſciis quidem crura viri tegebant, non tamen purpureis, ſed albis, quibus cum Pompejus Magnus cretatis uteretur, novum morem laſcivia quadam inductum carpens Cicero in quadam ad Atticum epiſtola, *Cretatæ*, inquit, *ejus faſciæ mihi non placebant.* P. Manut. Quibus non modo crura, ſed brachia, & cubitos, fœminæ tegebant. Hinc dictæ ſunt illæ faſciolæ, *cubitalia*, *fæminalia*, *focalia*, de quibus multa erudite Salmaſ. Exercit. Plin. Caſaub. ad Sueton. *Græv.*

73. *Strophium.*] Recte Manutius. Catullus de Nuptiis Pelei & Thetidis:

Non tereti ſtrophio lactentes vincta papillas.

74. *Pſaltrio.*] Qui nuper uſus eſt pſalterio, & pſaltriæ perſonam induit. *Pſalterium* erat inſtrumentum Muſicum, fidibus obductum, ad quod canebant, idque vocabant *pſallere*, & mulieres quæ modulata voce canebant, ſimulque pſalterium feriebant, dicebantur *pſaltriæ*, quæ verſabantur in ganeis & fornicibus. vide Terentii Adelphos. In editione prima eſt *pſalterio* quod mallem. Sed quia repugnant libri, nihil hic immutemus. Corrupte in nonnullis editionibus legitur *à pſaltria.* Quia vero pſaltriæ canebant obſcœna carmina, inde *pſalterium* pro carmine famoſo, de quo Paullus in Pandectis. *Grævius.*

75. *Prin-*

Romanus, reſpublica cive tali careret. Hanc ob amentiam in diſcordiis noſtris, de quibus ipſis, his prodigiis recentibus, à diis immortalibus admonemur, arreptus eſt unus ex patriciis, cui tribuno plebis fieri non liceret.

Quod anno antè frater Metellus, & concors etiam tum 45 ſenatus, [75] principi Cn. Pompejo ſententiam [q] dicenti excluſerat, acerriméque una voce ac mente reſtiterat: id poſt diſſidium optimatium, de quo ipſo nunc monemur, ita perturbatum itaque permutatum eſt, ut, quod frater conſul ne fieret, obſtiterat: quod affinis & ſodalis, clariſſimus vir, qui illum reum non laudarat, excluſerat: id is conſul efficeret in diſcordiis principum, qui illi unus inimiciſſimus eſſe debuerat: & eo feciſſe auctore ſe diceret, cujus auctoritatis neminem poſſet pœnitere. Injecta eſt fax fœda ac luctuoſa reipublicæ, petita eſt auctoritas veſtra: [76] gravitas ampliſſimorum ordinum, conſenſio bonorum omnium, totus denique civitatis ſtatus. hæc enim certè petebatur, cùm in me, cognitorem harum omnium rerum, illa flamma illorum temporum conjiciebatur. Excepi, & pro patria ſolus exarſi: ſic tamen, ut vos, iiſdem ignibus circumſepti, me primum ictum pro vobis & fumantem videretis.

q dicendi *ed. pr.*

P. B.

XXII. Non sedabantur diſcordiæ: ſed etiam creſcebat [77] in [r] eos odium, à quibus nos [ſ] defendi putabamur. Ecce, iiſdem auctoribus, Pompejo principe, qui 46 cu-

r coſſ. *MS.*
ſ *Vict. & alii* defenſi.

75. *Principi Cn. Pompejo, ſententiam dicenti.*] Si ſic legatur, videbitur Pompejus pro Clodio ad plebem traducendo ſententiam dixiſſe: cum tamen, contra eum dixiſſe, infra cognoſcatur, ubi & de conſule Metello, & de ipſo Pompejo idem iteratur his verbis: *Quod frater conſul, ne fieret obſtiterat, quod affinis & ſodalis, clariſſimus vir, qui illum reum non laudarat, excluſerat.* Non igitur Metellus & ſenatus Pompejo excluſit, id eſt negavit, ſed eum Pompejo, ſententiam contra Clodium dicente, excluſit. quare omnino legendum ſtatuo, *principe*, non *principi*, *dicente*, non *dicenti*: adjuvante Maffejano libro, in quo eſt, *principe.* P. Manutius.

76. *Gravitas ampliſſimorum ordinum.*] Erf. *gravitas ampliſſimorum hominum.* Vulgatam tamen tuetur Joannes Fridericus Gronovius in notis ad Suetonii Veſpaſianum, quas in editione mea invenies in Obſervat. ad cap. 9. Veſpaſiani. *Grav.*

77. *In eos.*] In bonos viros, præſertim in Pompejum: cui Clodius, pulſo Cicerone, ita inimicus eſſe cœpit, ut ejus vitæ inſidias fecerit. quibus patefactis, tamdiu Pompejus domi ſe tenuit, quamdiu Clodius in tribunatu fuit. *P. Manut.*

cupientem Italiam, populum Romanum deſiderantem, flagitantes vos, non auctoritate ſua ſolùm, ſed etiam precibus ad meam ſalutem excitavit, reſtituti ſumus. Sit diſcordiarum finis aliquando: à diuturnis diſſenſionibus conquieſcamus. non ſinit eadem iſta labes: eas t habet conciones, 78 ea miſcet ac turbat, ut modò vendat illis: nec tamen ita, ut ſe quiſquam, ſi ab iſto laudatus ſit, v laudatiorem putet. ſed ut eos, quos non amant, ab eodem gaudeant vituperari. Atque ego hunc non miror. x quid enim faciat aliud? illos homines ſapientiſſimos graviſſimoſque miror: 79 primùm quòd quemquam clarum hominem atque optimè de republica ſæpe meritum, impuriſſimi voce hominis violari facilè patiuntur: deinde y quod exiſtimant, perditi hominis profligatique maledictis poſſe, id quod minimè conducit ipſis, cujuſquam gloriam dignitatemque violari: poſtremò, quòd non ſentiunt id, quod tamen mihi jam ſuſpicari videntur, illius 80 furentes ac violentos impetus in ſeipſos poſſe converti.

P. CCLV.

t facit contentiones *ed. pr.*
v laudatum *ed. pr.* laudationem *vet. ed.*
x *novem ſeqq. voces non ſunt in ed. pr.*
y ſi ſic exiſt. *MS.*

81 Atque

78. *Ea miſcet ac turbat, ut modo vendat illis.*] Ita Manutius & Victorius: corrupte plane uterque liber manuſcriptus, *ut modo ſe venditet illis*; quod eodem tendit, ſed non implet ſententiam, quæ videtur debere eſſe, ut alios vituperet, aliis ſe venditet. Pantagathus legebat, *ut modo ſe vendat his, modo illis.* Urſinus. Primo repoſui ex Franc. editione prima, *ea miſcet, ea turbat.* Dein, ſi Fulvius Urſinus invenit in manuſcriptis, ut teſtatur, *ut modo ſe venditet illis*, nihil certius eſt, id reponendum, quamvis & ſine libris ſic legendum eſt, licet non ſic ſine libris in contextum facile ſit collocandum. Quid eſt *ſe alicui vendere?* Sed *venditare ſe alicui*, eſt alicujus gratiam captare, ſive oſtendendo merita, ſive offerendo officia, velle aliquem demereri ac ſibi devincire. Cicero ad Atticum: *Quomodo autem ſe Cæſari venditant?* C. Nep. *Non florentibus ſe venditavit, ſed afflictis ſemper ſuccurrit.* Paullo poſt c. 23: *Vobis ſe cœpit ſubitò fallaciſſime venditare.* Mihi itaque perſuaſum eſt Ciceronem ſcripſiſſe, *ut modo ſe venditet his, modo illis*, ut etiam Manutius conjecit. *Grav.*

79. *Primum quod quemquam clarum hominem atque optime de republica ſæpe meritum.*] Franc. & ed. prim. *Primum quod clarum hominem atque optime de republica meritum.* Poſſumus ſane illis vocibus, *quenquam* & *ſæpe* (quæ ultima nec in Mediol. nec in Aſcenſ. & Cratandri legitur) carere, ſine ſententiæ detrimento. Dein Francii: *deinde ſi ſic exiſtimant.* Ed. prim. *dein ſi exiſtimant*, quod nec ipſum improbem. *Idem.*

80. *Furentes ac violentos impetus.*] Pall. quidem etiam *volaticos*. ſed meliores tamen *furentis ac violenti* Cos. *impetus*. nonus verò, *furentis ac violari quos impetus*. Gulielmius conabatur *ac fanaticos.* Gruter.

81. *Atque*

[81] Atque ex hac nimia nonnullorum alienatione, & qui- 47
ſdam hærentia tela in republica, quæ quamdiu hærebant
uno me, graviter equidem, ſed aliquanto levius fere-
m. An iſte, [82] niſi primò ſe dediſſet iis, quorum ani-
os à veſtra auctoritate ſejunctos eſſe [83] arbitrabatur; niſi
in cælum ſuis laudibus præclarus auctor extolleret; niſi
ercitum C. Cæſaris, in quo [z] fallebat, ſed eum nemo
arguebat, niſi eum, inquam, exercitum ſignis infeſtis
curiam ſe immiſſurum minitaretur; niſi Cn. Pompejo
utore, M. Craſſo auctore, quæ faciebat, facere cla-
aret; niſi conſules cauſſam conjunxiſſe ſecum, in quo
o non mentiebatur, confirmaret; tam crudelis mei, tam
eratus reipublicæ vexator eſſe potuiſſet?

z falleb. multos edd. vett.

XXIII. Idem, poſteaquam reſpirare vos à metu cæ- 48
dis,

81. *Atque ex hac nimia nonnullorum alienatione, & quibuſdam hærentia tela in republica.*] Hunc locum conjecturâ ductus, ſententiam ipſam ſubſecutus, veſtigia ſcripturæ & veteris, & vulgatæ perſecutus, ſane quàm feliciter reſtitui: *Atque ex hac à me nonnullorum alienatione & quibuſdam occultis odiis hærent etiam tela in republica.* Quis enim non videt hanc ſcripturam eſſe corruptam? *Atque ex hac nimia nonnullorum alienation & quibuſdam hærentia tela in republica,* &c. Lambinus. Locum eſſe corruptum nemo non videt. Si ſic ſanari poſſit, ut ſanandum cenſuit Lambinus, nihil tam inquinatum eſt, quod non facile poſſit à quovis non imperitiſſimo purgari. In Franc. primo, pro *& quibuſdam*, legitur *à quibuſdam*. Erfurt. *alienatio ne ret quibuſdam.* Videant acutiores. Nihil extrico, nec quiſquam, credo, aliquid extricabit ſine melioris libri ſubſidio. *Grav.*

82. *Niſi primo ſe dediſſet iis.*] Quidam legi volunt, *ſe vendidiſſet iis*, &c. quibus aſſentior. *Lambinus.* Peſſime Lambinus. Nam Latinis *vendere ſe alicui* nihil notat, niſi, ſi quis ſic loquitur, pati ſe corrumpi. Sed *dare ſe alicui*, eſt ita ſe in alicujus poteſtatem tradere, ut totus quaſi ab eo pendeas, omnia dicas faciaſque, quæ illi grata eſſe intelligas. IX. ad Att. ep. 5. *Optimatibus vero nis nihil confido. video enim ut ſe huic dent, ut daturi ſint.* Pro quo in libro ſuperiore epiſt. 10. dicit de iiſdem optimatibus, *quomodo autem ſe venditant Cæſari*, eodem modo ut paullo ante in hac oratione, *ut modo his, ut modo illis, ſe venditent*, ut ibi legendum eſſe oſtendimus. Pro *dare ſe* dicit etiam alibi, *dedere ſe alicui* eâdem ſententiâ: Quint. Cic. de Petit. Conſ. *Cum vident unum eſſe alienum, qui hæc officia maxime animadvertat, ei ſe dedunt, deſerunt ceteros.* Grav.

83. *Arbitrabamur.*] Rectius, *arbitrabatur*: ut in Clodium totam culpam conferat: quaſi arbitraretur id, quod omnino verum non eſſet, ita Cicero principes civitatis, Cæſarem, Pompejum, Craſſum, quos tunc non amicos, hoc autem tempore ſui aman-

 tiſſi-

dis, emergere auctoritatem veſtram [84] è fluctibus illis ſervitutis, reviviſcere memoriam ac deſiderium mei vidit, vobis ſe cœpit ſubitò fallaciſſimè venditare. Tum leges Julias contra auſpicia latas, & hîc & in concionibus dicere: in quibus legibus inerat curiata illa lex, quæ totum ejus tribunatum continebat; quam cæcus amentiâ non videbat: producebat fortiſſimum virum, M. Bibulum: quærebat ex eo, C. Cæſare leges ferente, de cælo ſemperne ſervaſſet? ſemper ſe ille ſervaſſe dicebat. Augures interrogabat, quæ ita lata eſſent, rectène lata eſſent? illi [a] vitio lata eſſe dicebant. Ferebant in oculis hominem quidam boni viri, & de me optimè meriti: ſed illius, ut ego arbitror, furoris ignari. Longiùs proceſſit: in ipſum Cn. Pompejum, auctorem, ut prædicare eſt ſolitus, conſiliorum ſuorum, invehi cœpit. inibat gratiam à nonnullis.

a nullo vitio *MS.*

49 [85] Tum verò eſt ratus ſe poſſe, quoniam togatum domeſtici belli extinctorem nefario ſcelere fœdaſſet, illum etiam, illum externorum bellorum hoſtiumque victorem, affligere. tum eſt illa in templo Caſtoris ſcelerata & pænè deletrix hujus imperii ſica deprehenſa. tum ille, cui nulla hoſtium diutius urbs umquam fuit clauſa, qui omnes anguſtias, omnes altitudines, [b] omnium objecta tela, ſemper vi & virtute perfregit: obſeſſus eſt ipſe domi; meque nonnulla imperitorum vituperatione timiditatis meæ, conſilio & facto ſuo liberavit. nam, ſi Cn. Pompejo, viro uni omnium fortiſſimo, quicumque nati ſunt, [c] miſerum magis fuit, quàm turpe, quamdiu ille tribunus plebis fuit, lucem non aſpicere, carere publico, minas ejus perferre; cùm in concionibus diceret, velle ſe [86] in Carinis ædifica-

B, B.

b montium objectas ſemp. *Lamb.*

c miſerrimum *alii.*

riſſimos habebat, novæ conjunctionis tuendæ gratiâ ex aliqua parte purgat. *P. Manut.*

84. *E fluctibus illis ſervitutis.*] *Illius ſervitutis* habet manuſcriptus liber, & melius, ut videtur. *Urſin.*

85. *Tum vero eſt ratus ſe poſſe, quoniam togatum.*] Melius Erfurtenſis: *Tum vero elatus ſpe, poſſe ſe, quo modo togatum.* quod vulgatæ præferendum eſſe quis paullo humanior non videt? *Gravius.*

86. *In Carinis ædificare.*] In Carinis erat domus Cn. Pompeji, quam M. Antonius poſtea, victo & interfecto Pompejo, poſſedit; auctor Dio lib. XLVIII. *Fr. Fabrit.* Carinæ erant in valle inter Cælium & Eſquilias circa ædem S. Clementis, ad ipſum Amphitheatrum, ubi erat initium ſacræ viæ. Dictæ ſunt Carinæ, quod olim domus ibi fuerint inſtar carinarum. *Alex. Donatus*, Græv.

87. *Jam*

alteram porticum, quæ Palatio reſponderet, certè mihi ire domo mea, ad privatum dolorem fuit luctuoſum, rationem reipublicæ glorioſum.

XXIV. VIDETIS igitur hominem per ſeipſum jam- 50 dem afflictum ac jacentem pernicioſis optimatium ſcordiis excitari. Cujus initia furoris diſſenſionibus eo- m, qui tum à vobis ſejuncti videbantur, ſuſtentata ſunt. eliqua [87] jam præcipitantis tribunatus, etiam poſt tribu- atum, obtrectatores eorum atque adverſarii defenderunt: à republica reipublicæ peſtis removeretur, reſtiterunt: iam, [d] ne cauſam diceret: etiam, ne privatus eſſet. iamne in ſinu atque in deliciis quidam optimi viri vipe- am illam venenatam ac peſtiferam habere potuerunt? uo tandem decepti munere? Volo, inquiunt, eſſe, qui concione detrahat de Pompejo. Detrahat ille vituperan- o? Velim ſic hoc vir ſummus atque optimè de mea ſa- te meritus accipiat, ut à me dicitur: dicam quidem cer- è, quod ſentio. Mihi, mediusfidius, tum de illius am- liſſima dignitate detrahere, cùm [e] maximis laudibus effe- bat, videbatur.

d ne meam MS. & ed. pr.

e illum max. l. efferre videbatur MS.

P. CCLVI.

Utrùm tandem C. Marius ſplendidior, cùm eum C. Glau- 51 ia laudabat, an cùm eundem iratus poſteà vituperabat? n ille demens, & jampridem ad pœnam exitiumque æceps, fœdior atque inquinatior in Cn. Pompejo ac- uſando, quàm in univerſo ſenatu vituperando fuit? quod uidem miror, cùm alterum gratum ſit iratis, alterum eſſe am bonis civibus non acerbum. Sed, ne id viros optimos ntius delectet, legant hanc ejus concionem, de qua lo- uor: in qua Pompejum ornat, an potiùs deformat? Cer- è laudat, & unum eſſe in hac civitate [88] dignum hujus im- perii

[87]. *Jam præcipitantis tribunatus.*] Tria ponit tempora, incipien- is, deſinentis, finiti tribunatus. nam *præcipitantis*, valet, ad xitum accedentis. Sc Matius in ep. ad Cic. *Ætate præcipitata*, ixit, quæ jam ad exitum vitæ perveniſſet. *P. Manut.*

[88]. *Dignum hujus imperii gloria dicit.*] Franc. MS. ed. prim. ediol. Aſcenſ. Cratandri & omnes ante Victorianam: *Dignum ujus imperii dicit.* Sic locutus eſt Clodius; nam hæc verba ex jus concione excerpta, ipſius ſunt Clodii, non Ciceronis. Sic t Balbus loquitur in epiſtola ad Ciceronem, quæ eſt in VIII. ad tticum; *Obſecro, te, Cicero, ſuſcipe curam & cogitationem digniſſi- am tuæ virtutis, ut Cæſarem & Pompejum perfidiâ hominum diſtra- os, rurſus in priſtinam concordiam reducas.* G. Joann. Voſſius de onſtructione cap. 11, hunc locum Ciceronis à nonnullis aſſeri it, ad oſtendendum, Ciceronem quoque *dignus*, cum ſecundo caſu

perii gloria dicit: & ſignificat, ſe illi amiciſſimum eſſe, reconciliationem eſſe gratiæ factam.

52 Quod ego quamquam, quid ſit, neſcio: tamen h ſtatuo, hunc, ſi amicus eſſet Pompejo, laudaturum illu non fuiſſe. Quid enim, ſi illi inimiciſſimus eſſet, ampli ad ejus laudem minuendam facere potuiſſet? Videant i qui illum [f] Cn. Pompejo inimicum eſſe gaudebant, e eamque cauſam in tot tantiſque ſceleribus [g] connivebar & nonnumquam ejus indomitos atque effrenatos furo plauſu etiam ſuo proſequebantur, quàm ſe citò inverter nunc enim jam laudat illum: in eos invehitur, quibus anteà venditabat. Quid exiſtimatis, eum, ſi reditus ei gr tiæ patuerit, eſſe facturum, qui tam libenter in opinion gratiæ irrepat?

f Cn. deeſt in MS.

g contuebantur MS. continebantur *ed. vet.*

53 XXV. QUAS EGO alias optimatium diſcordias à d immortalibus definiri putem? nam hocquidem verbo n que P. Clodius, neque quiſquam de gregalibus ejus, a de conſiliariis deſignatur. Habent Etruſci libri certa nom na, quæ in id genus civium cadere [h] poſſunt. DETERI RES, REPULSOS, [i] quod jam audietis, hos appella quorum & mentes & res ſunt perditæ, longéque à co muni ſalute disjunctæ. Quare, cùm dii immortales mon de optimatium diſcordiis: de clariſſimorum & opti meritorum civium diſſenſione prædicunt. cùm princip periculum cædemque portendunt: in tuto collocant C dium, qui tantum abeſt à principibus, quantum à pur quantum à religioſis.

h poſſint MS.

i *male Grut.* quos. P. B.

54 Vobis, ô clariſſimi atque optimi cives, & veſtræ luti conſulendum & proſpiciendum vident. cædes pr cipum oſtenditur: [89] id, quod interitum optimatium q

caſu junxiſſe, ſed omnes libros habere, *dignum hujus imperii g ria*, nimirum omnes qui poſt Victorium prodierunt, nam om antiquiores *gloria* ignorant. Sed nec verba Ciceronis ſunt, Clodii, quæ procul dubio ipſa retinuit ad majorem invidiam conflanda. Nam *dignus hujus imperii*, eſt qui meretur, qui imperio præficiatur, idque ſolus regat & adminiſtret. Sed *gloria* in Erfurt. exſtat, quamvis *dignum* non exſtet, non auſus mutare. *Grævius*.

89. *Id, quod interitum optimatium ſequi neceſſe eſt.*] Hæc nec in Francii optimo, nec in editione prima habentur. C tamen eſſe Tullii, & ex vetuſtis libris promta. Sed quid id quod interitum optimatium ſequitur? Sequentia ſi ſic interp gas, uti interpungitur in editis, aliud quid innuunt præter quod optimatium interitum ſequitur ſervitus, & unius imper

neceſſe eſt, adjungitur. etiam, ne in unius imperium [k] recidat, admonemur. ad quem metum ſi deorum mo- non duceremur, tamen ipſi noſtro ſenſu conjecturâ- raperemur. Neque enim ullus alius diſcordiarum ſolet exitus inter claros & potentes viros, niſi aut univer- interitus, aut victoris dominatus, aut regnum. Diſſen- cum Mario, clariſſimo cive, conſul nobiliſſimus & tiſſimus, L. Sulla. Horum uterque ita cecidit victus, ut or idem regnaverit. Cum Octavio collega Cinna diſſen- utriſque [l] horum ſecunda fortuna regnum eſt largita, erſa mortem. Idem iterum Sulla ſuperavit: [m] tum ſine io habuit regalem poteſtatem, quamquam rempubli- n recuperavit.

[k] decidat *alii.*
[l] eorum *MS.*
[m] tamen *MS.*

Ineſt hoc tempore haud obſcurum odium, atque id in- 55 m penitus & inuſtum animis hominum ampliſſimo- n: diſſident principes: captatur occaſio. qui non tan- n opibus valent, neſcio quam fortunam tamen ac tem- exſpectant. qui ſine controverſia plus poſſunt, hi for- e nonnumquam conſilia ac ſententias inimicorum ſuo- n extimeſcunt. Tollatur [n] hæc è civitate diſcordia. jam nes iſti, qui portenduntur metus, exſtinguentur: jam ſerpens, quæ tum hîc deliteſcit, [90] tum ſe emergit & ertur illuc, compreſſa atque illiſa morietur.

[n] hic *MS.*

XXVI. MONENT enim iidem, ne occultis conſiliis publica lædatur. Quæ ſunt occultiora, quàm ejus, qui P.CCLVII. concione auſus eſt dicere, juſtitium edici oportere, ju- dictionem intermitti, claudi ærarium, judicia tolli? niſi tè exiſtimatis, hanc tantam colluvionem illi, tantam- e everſionem civitatis, in mentem ſubitò in Roſtris [o] nec cogi-

[o] concionanti *Lamb.*

verbis videtur: *Etiam ne in unius imperium recidat, admonemur.* c non id quod principum cædem ſequitur, ſed aliud quid ſigni- at. *Etiam* cum veteribus eſt adnectendum *adjungitur.* Sic enim is ſcribitur, *adjungitur etiam, ne in unius.* aut *etiam* delendum n Erfurtenſi, in quo ſcribitur: *Id, quod interitum optimatium neceſſe eſt, adjungitur: ne in unius imperium res recidat, admo- ur.* quæ ſunt clariſſima. *Grav.*

90. *Tum ſe emergit & fertur illuc, compreſſa atque illiſa morietur.*] llus dubito hæc eſſe mendoſa. Nihil in priſcis codicibus eſt & præſidii. Exiſtimo Tullium ſcripſiſſe: *Tum ſe emergit & rt, illico compreſſa atque eliſa morietur.* Idem.

x. *Fertur illuc.*] Deliteſcit hic, in ſenatu, ſuam enim hic men- n occultat. *Fertur illuc*, ad populum: nam ibi aperit conſilia , *illuc* autem Cicero cum dicebat, digito forum, apertis cu- valvis, oſtendebat. *P. Manut.*

52. Ju-

cogitanti p venire potuiſſe. Eſt quidem ille plenus vini, ſtupri, ſomni, plenuſque inconſideratiſſimæ ac dementiſſimæ temeritatis. verumtamen nocturnis vigiliis, etiam q coitione hominum, 92 juſtitium illud conceptum ac meditatum eſt. Mementote, patres conſcripti, verbo illo nefario 93 tentatas aures veſtras, & pernicioſam viam audiendi conſuetudine eſſe munitam.

p evenire MS.

q coactione edd. vett. concione alii.

56 Sequitur illud, NE DETERIORIBUS REPULSISQUE HONOS AUGEATUR. Repulſos videamus: nam deteriores qui ſint, poſt docebo. ſed tamen in eum cadit hoc verbum maximè, qui ſit unus omnium mortalium ſine ulla dubitatione deterrimus, concedendum eſt. Qui ſunt igitur repulſi? non, ut opinor, ii, qui aliquando honorem vitio civitatis, non ſuo, non ſunt aſſecuti. nam id quidem multis ſæpe optimis civibus atque honeſtiſſimis viris accidit. Repulſi ſunt ii, quos ad omnia progredientes, quos munera contra leges gladiatoria parantes, quos apertiſſimè largientes, non ſolùm alieni, ſed etiam ſui, vicini, tribules, urbani, ruſtici repulerunt. Hi ne honore augeantur, monemur. Debet eſſe gratum, quod prædicunt: ſed tamen huic malo populus Romanus ipſe, nullo haruſpicum admonitu, ſua ſponte proſpexit.

57 Deteriores cavete: quorum quidem magna eſt natio; ſed tamen eorum omnium hic dux eſt atque princeps. Etenim, ſi unum hominem deterrimum poëta præſtans aliquis ingenio, fictis conquiſitiſque vitiis deformatum vellet inducere, nullum profectò dedecus reperire poſſet, quod in hoc non ineſſet; multaque in eo penitus defixa atque hærentia præteriret.

P. B.

XXVII. PARENTIBUS, & diis immortalibus, & patriæ nos primùm natura conciliat. eodem enim tempore & ſuſcipimur in lucem, & hoc cæleſti ſpiritu augemur, & cer-

92. *Juſtitium illud conceptum ac meditatum eſt.*] Hunc locum interpolarunt ſcioli. Erfurt. Franc. & ed. prima: *Juſtitium ... concoctum ac meditatum eſt.* Hoc eſt longa & crebra deliberatione in conventiculis gregalium agitatum. Cicero pro Q. Roſc. comoedo: *Tibi vero, Piſo, diu deliberandum & concoquendum eſt, utrum potius Cherea injurato in ſua lite, an Manilio & Luſcio juratis in alieno judicio credas.* Sic *coquere conſilia* apud Liv. *Gravius.*

93. *Tentatas aures veſtras.*] An verbum illud nefarium ferre poſſent. ſed quo modo tentatæ ſunt ſenatorum aures, cum illa Clodius non in ſenatu, ſed in concione dixerit? Quia poſſunt & ſenatores in concione adeſſe. *P. Manut.*

ttam in ſedem civitatis ac libertatis adſcribimur. Iſte pa-
tum nomen, ſacra, memoriam, gentem, Fontejano
mine obruit. deorum ignes, [94] ſollemnes [95] menſas,
ditos ac penetrales focos, occulta & maribus non in-
ſa ſolùm, ſed etiam inaudita ſacra, inexpiabili ſcelere
ervertit. idemque [96] earum templum inflammavit dea-
tûm, quarum ope etiam aliis incendiis ſubvenitur.

Quid de patria loquar? qui primùm eum civem vi, fer- 58
o, [r] periculis, urbe, omnibus patriæ præſidiis depulit, r terriculis
em vos patriæ conſervatorem eſſe ſæpiſſimè judicavera- *Gul.*
s: deinde everſo [ſ] ſenatus, ut ego ſemper dixi, comite; ſ ſenatu
uce, ut ille dicebat, [97] ſenatum ipſum, principem ſalu- *alii.*
tis,

94. *Solemneis menſas.*] Pal. & S. Victoris, *ſolia, menſas.* an forte
e locum habere poteſt Feſti *Solla?* doce me Guitheri. nam vix
hi dubium ſit quin intelligat Deis ſacra ſolia. *Grut.* *Solemnes*
nſas.] Novi dies, ludos, ſacra, religiones ſolemnes. Sed quid
menſæ ſolemnes non capio, quamvis poſſis forte explicare,
ibus ſolemniter utuntur in illis ſacris Bonæ Deæ. Sed ſic vete-
s non loquebantur. Non fruſtrà tot veteres libri, in quibus eſt
furt. & Francii, *ſolia, menſas, abditos.* & ed. prima, & *ſolia,*
nſas abditas, legitur. Sane *ſolia* in ſacris locum habuiſſe, & ea
iſſe ornata & ſtrata, æque ut lectos, oſtendit Tacitus xv. Hiſt.
p. 44: *Et ſelliſternia & pervigilia celebravere feminæ, quibus mariti*
ant. Sic enim hic locus legitur in antiquiſſimis libris, teſte Rhe-
no & Pichena, & quam lectionem merito recipiendam cen-
it Cl. & amiciſſimus Ryckius, quem ad eum locum vide. Sel-
illæ dicebantur & ſolia, hinc quæ Tacitus vocat & Gloſſarum
acarum auctor *ſelliſternia*, Feſtus dicit *ſoliſternia.* *Solia*, inquit
emendatione Scaligeri, *appellantur ſedilia, in quibus non plures*
gulis poſſunt ſedere, ideoque ſolia ſternere dicuntur qui ſoliſternium
ent. Inprimis *ſolia hæc* & *ſellæ* tribuebantur Deabus, ut lecti
is. Valer. Max. II, 1. *Feminæ cum viris cubantibus ſedentes cœ-*
bant, quæ conſuetudo ex hominum convictu ad divina penetravit.
m Jovis epulo ipſe in lectulum, Juno & Minerva in ſellas ad cœnam
itantur. Sic ſolia, nihil aliud ſunt quam ſellæ, quæ ſterneban-
r Diis, quale ſolium videtur etiam habuiſſe *Bona Dea.* Gtæ-
s.

95. *Menſas*] Quibus in ſacris ueebantur, ſive ad exta inſpicien-
, ſive ad proſecandum, ſive in alium uſum, quem ſacra re-
rebant. Feſtus: *Anclabris menſa miniſteriis divinis apta; Vaſa*
que ænea, quibus ſacerdotes utuntur, anclabria appellantur. Idem.

96. *Earum templum inflammavit Dearum.*] Nympharum. Unde
ro Paradoxo IV. in Clodium: *Ædis Nympharum tua manu de-*
avit. & pro Milone de eodem: *Qui ædem Nympharum incen-*
, ut memoriam publicæ recenſionis tabulis publicis impreſſam exſtin-
eret. FrvFabritius.

97. *Senatum ipſum, principem ſalutis, &c.*] Symmachus ep. 52.
Lib. I.

tis mentiſque publicæ, vi, cæde incendiiſque pe
tit: ſuſtulit duas leges, Æliam & Fufiam, maximè
publicæ ſalutares: [98] cenſuram exſtinxit: interceſſio
removit: auſpicia delevit: conſules, ſceleris ſui ſo
ærario, provinciis, exercitu armavit: reges, qui er
vendidit: qui non erant, appellavit: Cn. Pompejum
ferro, domum compulit: imperatorum monumenta e
tit: inimicorum domos diſturbavit: [99] veſtris monu
tis nomen ſuum inſcripſit. Infinita ſunt ſcelera, quæ al
in patriam ſunt edita. Quid, [t] quæ in ſingulos cives,
necavit? ſocios, quos diripuit? imperatores, quos
didit? exercitus, quos tentavit?

t quæque *MS.*

59 Quid verò? ea, quanta ſunt; quæ [v] in ipſum ſe ſ
ra; quæ in ſuos edidit? quis minus umquam peperci
ſtium caſtris, quàm ille omnibus corporis ſui parti
quæ navis umquam in flumine publico tam vulgata o
bus, quàm iſtius ætas fuit? quis umquam nepos tam
rè eſt cum ſcortis, quàm hic cum ſororibus, volut
quam denique tam immanem Charybdim poëtæ fing
exprimere potuerunt, quæ tantos exhaurire gurgites
ſet, quantas iſte Byzantiorum [1] Brogitarorumque
das [x] exſorbuit? aut tam eminentibus canibus Scyll
tamque jejunis, quàm, quibus iſtum videtis, [2] Ge
Clodiis, Titiis Roſtra ipſa [y] mandentem?

v ſcelera in ipſum *MS.*

P. CCLVIII.

x exorbuit *MS.*

y lambentem *Grav. conj.*

Qu

Lib. I. ſenatum *partem meliorem humani generis* vocat, quæ r
dit occaſionem Jureto adnotandi magnificas quaſdam ap
tiones ſenatui Romano à veteribus tributas, quas videre
eſt pretium. *Verburg.*

98. *Cenſuram exſtinxit.*] Tulit enim, ne quem cenſores in
tu legendo præterirent, neve qua ignominia afficerent, ni
apud eos accuſatus, & utriuſque cenſoris ſententia damna
ſet. in Piſonem. *P. Manut.*

99. *Veſtris monumentis.*] Domui meæ, quæ monument
veſtrum: à Clodio enim diruta publico ſumptu eſt ædifica
Lentulum: *Idemque poſtea non meum monumentum, (non en
manubia mea, ſed operis locatio mea fuerat) monumentum vero ſ
hoſtili nomine & cruentum inuſtum litteris eſſe paſſi ſunt.* Quibu
bis, non eſſe delatam inſcriptionem illam, intelligitu
dem.

1. *Brogitarorumque.*] Brogitari Gallogræci, cui Peſſinunt
numque Matris magnæ vendidit. *Manut.* *Brogitarorumque* p
Pal. nonus *Largitanorumque*, de quo cogitandum eſt. qui
quoque Gemblacenſe exemplar, ſic Turingicum. *Grut.*

2. *Gelliis, Clodiis, Titiis.*] Jam ſemel dixi, mſſ. ferè ſ
Sextum hunc appellare *Clœlium*, itaque viderint Critici a

Quare, id quod extremum eſt in haruſpicum reſponſis, 60 PROVIDETE, NE REIPUBLICÆ STATUS COMMUTETUR. etenim vix hæc, ſi undique fulciamus, jam labefacta, vix, inquam, innixa in omnium noſtrûm humeris cohærebunt.

XXVIII. FUIT quondam ita firma hæc civitas & valens, ut negligentiam ſenatus, [2] vel etiam injurias civium ferre poſſet. Jam non poteſt. ærarium nullum eſt: vectigalibus non fruuntur, qui redemerunt: auctoritas principum cecidit: conſenſus ordinum eſt divulſus: judicia perierunt: [3] ſuffragia deſcripta tenentur à paucis: bonorum animus ad nutum noſtri ordinis expeditus jam non erit: civem, qui ſe pro patriæ ſalute opponat invidiæ, fruſtra poſthac requiretis.

2 & MS.

Quare hunc ſtatum, qui nunc eſt, qualiſcumque eſt, 61 nulla alia re, niſi concordiâ, retinere poſſumus. nam, ut meliore ſimus loco, ne optandum quidem eſt, illo impunito: deteriore autem ſtatu ut ſimus, unus eſt inferior gradus, aut interitûs, aut ſervitutis. quò ne trudamur, dii immortales nos admonent, quoniam jampridem humana conſilia ceciderunt. [4] Atque ego hanc orationem, patres conſcripti, tam triſtem, tam gravem non ſuſcepiſſem, non, inquam, niſi hanc perſonam & has partes, [5] honoribus populi Romani, veſtris plurimis ornamentis mihi tributis, deberem & poſſem ſuſtinere: ſed tamen facile tacentibus ceteris, reticuiſſem: ſed hæc oratio omnis fuit non auctoritatis

a quin hanc *Lamb. & MSS.*

queat revocari in uſum. nam & heic quoque inculcat diſertè triga dictorum ſcriptorum, inſuperque ſcriptus S. Victoris. *Grut.*

3. *Suffragia deſcripta habentur à paucis.*] In locum ſuum reduxi lectionem firmatam omnibus vett. edd. ſuffragantibus item Pall. & S. Victoris, niſi quod ultimus ille, *diſcriptus.* vulgata *diſtricta.* non rectè. conſulatur noſter pro Plancio cap. 18. f. *Idem.* Satisfacit Gruterus, quod ad ſecundam vocem attinet. Sed unde tertia, quam in citatione ita mutat, ut ab nullo, quod ſciam, Ciceronis editore talis agnoſcatur; Ut τὸ *habentur* non niſi lapſum calami ejus exiſtimare queam. *Gron.*

4. *Atque ego hanc orationem.*] Vetus liber *actionem* habet, pro *orationem.* Urſin.

5. *Honoribus populi Romani, veſtris plurimis ornamentis.*] Nihil hic varii in libris eſt, nec quicquam illis invitis tento. Vereor tamen ne *honoribus populi Romani,* ſit interpretatio magiſtri, qui interpretatus eſt illis verbis hæc: *veſtris plurimis ornamentis*: Hæc gloſſa margini adſcripta poſt in contextum irrepſit. Nam ſæpiſſime Cicero honores & dignitates populi Romani vocat, *beneficia & ornamenta populi in ſe collata.* Grævius.

P. B. ritatis meæ, ſed publicæ religionis. [b] mea fuerunt verba for-
b mea *deeſt in MS. & ed. pr.* taſſe plura: ſententiæ quidem omnes haruſpicum: ad quos aut referri nuntiata oſtenta non convenit, aut eorum reſponſis commoveri neceſſe eſt.

62 Quòd ſi cetera magis pervulgata nos ſæpe & leviora movebunt: vox ipſa deorum immortalium non mentes omnium permovebit? nolite enim id putare accidere poſſe, quod in fabulis ſæpe videtis fieri, ut deus aliquis [c] delapſus è cælo, cœtus hominum adeat, verſetur in terris, cum hominibus colloquatur. cogitate genus ſonitûs ejus, quem Latinienſes nuntiarunt: recordamini illud etiam, quod nondum eſt relatum, quòd eodem ferè tempore factus in agro Piceno [d] Potentiæ nuntiatur terræmotus horribilis, cum quibuſdam multis metuendiſque rebus. hæc eadem profectò, quæ [e] futura proſpicimus, impendentia pertimeſcetis.

c delapſus cælo *MS.*

d Pomptino *MS.*

e futura *deeſt in MS.*

63 Etenim hæc deorum immortalium vox, hæc pænè oratio judicanda eſt, [6] cùm ipſe mundus, cùm aër atque terræ motu quodam novo contremiſcunt, & inuſitato aliquid ſono incredibilique prædicant. in quo conſtituendæ nobis quidem ſunt procurationes & obſecratio, quemadmodum monemur. ſed faciles ſunt preces apud eos, qui ultrò nobis viam ſalutis oſtendunt: noſtræ nobis ſunt inter nos iræ diſcordiæque placandæ.

6. *Cum ipſe mundus, cum agri terræ motu quodam novo contremiſcunt.*] Antiqui libri ſcriptura magis placet, in quo eſt, *Cum ipſe mundus, cum aër, atque terra motu quodam novo contremiſcunt.* Urſinus.

M. TU

M. TULLII CICERONIS PRO CN. PLANCIO, ORATIO TERTIA ET TRICESIMA. p. CCLIX.

ARGUMENTUM.

Cum ædilitatem ſimul peterent Cn. Plancius & M. Juventius Laterenſis, creatus ædilis eſt Plancius, Laterenſis præteritus. quâ ille commotus ignominiâ, Plancium de ſodalitiis accuſavit, quod inter ambitûs crimina graviſſimum eſt, ut inter crimina majeſtatis perduellio. patrocinium Cicero ſuſcepit, egitque cauſſam diligenter, memor ejus temporis, quo quæſtor in Macedonia Plancius ejectum lege Clodia complexus eſt, fovitque omni genere officii. Hanc orationem & eam pro Scauro habuit eodem anno, id eſt L. Domitio, Ap. Claudio Coſſ. nam in epiſt. 1. lib. III. *ad Q. frat. ita ſcribit:* Orationes pro Scauro & pro Plancio efflagitatas abſolvi. *Defenſum autem Scaurum eſſe iis conſulibus, diſertè narrat Aſconius. ut illud omittam, quod ex epiſt. 1. lib.* II. *ad Q. frat. intelligitur, tribunum pl. Plancium fuiſſe Marcellino & Philippo Coſſ. quo veriſimile ſit, biennio poſt, id eſt L. Domitio, Ap. Claudio Coſſ. ædilitatem petiiſſe. Quæſitor hac in cauſſa fuit C. Alfius, ab accuſatore editus: ut ipſa declarat oratio: & ipſi quoque judices, editicii dicti; hanc enim Licinia lex facultatem accuſatori dabat in crimine de ſodalitiis.* P. Manutius. [Habita A. V. C. DCXIX.]

I. CUM a propter egregiam & ſingularem Cn. Plancii, judices, in mea ſalute cuſtodienda fidem, tam multos & bonos viros ejus honori viderem eſſe fautores, capiebam animo non mediocrem voluptatem, quòd, cujus officium mihi ſaluti fuiſſet, ei meorum temporum memoriam ſuffragari videbam. Cùm autem audirem, meos partim inimicos, partim invidos, 1 huic accuſationi eſſe fautores, eandemque rem adverſariam eſſe in judicio Cn. Plan-

1 a per MS.

1. *Huic accuſationi eſſe fautores.*] Vetus liber *fautores* habet, ut videtur, rectius. *Urſin.*

 2. Sto-

Plancio, quæ in petitione fuiſſet adjutrix, dolebam, judices, & acerbè ferebam, ſi hujus ſalus ob eam ipſam cauſam eſſet infeſtior, quòd is meam ſalutem atque vitam 1 ſuâ benivolentiâ, præſidio cuſtodiâque texiſſet.

2 Nunc autem veſter, judices, conſpectus & conſeſſus iſte reficit & recreat mentem meam, cum intueor & contemplor unumquemque veſtrûm. video enim hoc in numero neminem, cui mea ſalus cara non fuerit: cujus non exſtet in me [b] ſummum meritum: cui non ſim obſtrictus memoriâ beneficii ſempiternâ. Itaque non extimeſco, ne Cn. Plancio cuſtodia meæ ſalutis apud eos obſit, qui meipſum maximè [c] ſalvum videre voluerunt. Sæpiusque, judices, mihi venit in mentem, admirandum eſſe, M. Laterenſem, hominem [2] ſtudioſiſſimum, & dignitatis, & ſalutis meæ, reum ſibi hunc potiſſimum delegiſſe, quàm metuendum, ne vobis id ille magna ratione feciſſe videatur.

b ſuum *Grut.*

c ſalvum vol. *Gul.*

3 Quamquam mihi non ſumo tantum, judices, neque arrogo, ut Cn. Plancium ſuis erga me meritis impunitatem conſecuturum putem. niſi ejus integerrimam vitam, modeſtiſſimos mores, ſummam fidem, continentiam, pietatem, innocentiam oſtendero: nihil de pœna recuſabo. ſin omnia præſtitero, quæ ſunt à bonis viris [d] expetenda: petam à vobis, judices, ut, cujus miſericordiâ ſalus mea cuſtodita ſit, ei vos veſtram miſericordiam, me deprecante, tribuatis. Equidem ad reliquos labores, quos in hac cauſa majores ſuſcipio, quàm in ceteris, etiam hanc moleſtiam aſſumo, quòd mihi non ſolùm pro Cn. Plancio dicendum eſt, cujus ego ſalutem non ſecùs ac meam tueri debeo: ſed etiam pro me ipſo, de quo accuſatores plura pænè quàm de re reoque dixerunt.

P. B.

d expectanda *MS.*

4 II. QUAMQUAM, judices, ſi quid eſt in me ipſo ita reprehenſum, [3] ut id ab hoc ſejunctum ſit, non me id magnopere [e] conturbet. non enim timeo, ne, quia perrarò grati homines reperiantur, idcirco, cùm me ni-

e conturbat *alii.*

2. *Studioſiſſimum & dignitatis, & ſalutis meæ.*] Ita hodie primùm legimus fide membranarum Turingicarum. prius vulgati, *ſtudioſiſſimum & diligentiſſimum ſalutis meæ:* pro quo tamen Pall. aliquot *& digniſſimum.* Grut.

3. [*Ut id ab hoc ſejunctum ſit.*] Eſt & iſtud ab Erfurdiano libro. vulgati enim nuper, *alienum ſit.* nam primitus cuſi, *ut id ad hoc dictum ſit,* quomodo & Pall. aliquot; aut, *ab hoc dictum,* ut plures tantum, *ab hoc ſit,* ſine alia voce. *Idem.*

4. *Mihi*

nimiùm gratum illi eſſe dicant, id mihi criminoſum eſſe poſſit. quæ verò ita ſunt agitata ab illis, ut aut merita Cn. Plancii erga me minora eſſe dicerent, quàm à me ipſo prædicarentur: aut, ſi eſſent ſumma, negarent ea tamen ita magni, ut ego putarem, ponderis apud vos eſſe debere: hæc mihi ſunt tractanda, judices, & modicè, ne quid ipſe offendam; & tum denique, cùm reſpondero criminibus, ne non tam innocentiâ reus ſuâ, quàm recordatione meorum temporum, defenſus eſſe videatur.

Sed mihi in cauſa facili atque explicata perdifficilis, 5
judices & lubrica defenſionis ratio proponitur. nam, ſi tantummodo mihi neceſſe eſſet contra Laterenſem dicere, tamen id ipſum eſſet in tanto uſu noſtro tantâque amicitiâ moleſtum. vetus enim eſt lex illa juſtæ veræque amicitiæ, quæ mihi cum illo jam diu eſt, ut idem amici ſemper velint. neque eſt ullum certius amicitiæ vinculum, quàm conſenſus & ſocietas conſiliorum & voluntatum. [4] Mihi autem non modo id eſt in hac re moleſtiſſimum, P. CCLX.
contra illum dicere, ſed multò illud magis, quòd in ea cauſa contrà dicendum eſt, in qua quædam hominum ipſorum videtur facienda eſſe contentio.

Quærit enim Laterenſis, atque hoc uno maximè urget, 6
qua ſe virtute, qua laude Plancius, qua dignitate ſuperarit. Ita, ſi cedo illius ornamentis, quæ multa & magna ſunt, non ſolùm [f] hujus dignitatis jactura facienda eſt, ſed etiam largitionis recipienda ſuſpicio eſt. ſin hunc illi antepono: contumelioſa habenda eſt oratio, & dicendum eſt id, quod ille me flagitat, Laterenſem à Plancio dignitate eſſe ſuperatum. Ita aut amiciſſimi hominis exiſtimatio offendenda eſt, ſi illam accuſationis conditionem ſequar: aut optimè de me meriti ſalus deſerenda eſt.

f huic *J.F. Gron.*

III. Sed ego, Laterenſis, cæcum me & præcipitem ferri confitear in cauſa, ſi te aut à Plancio, aut ab ullo, dignitate potuiſſe ſuperari dixero. Itaque diſcedam ab ea [g] contentione, ad quam tu me vocas, & veniam ad illam, ad quam me cauſa ipſa deducit. [h] Quid tu? an dignitatis 7
judi-

g conditione *MS.*
h *ita Grav. e MS. alii aliter.*

4. *Mihi autem non id eſt in hac re moleſtiſſimum.*] Veneti, quod propemodum magis mihi placet, *non id eſt in hac re ſolùm moleſtum.* Camer. *Mihi autem non modò id eſt in hac re moleſtiſſimum.*] Hæc eſt lectio editionis primæ, quam adſerunt item plures Palatini. poſteriores objecere nobis; *non eſt in hac re ſolùm moleſtum.* vellem ſcire cauſam. *Grut.*

judicem putas eſſe populum? Fortaſſe nonnunquam eſt. 5 Utinam verò ſemper eſſet! ſed eſt perrarò, & ſi quando eſt, in iis magiſtratibus eſt mandandis, quibus ſalutem ſuam committi putat: his levioribus comitiis, diligentiâ & gratiâ petitorum honos paritur, non iis ornamentis, quæ eſſe in te videmus. Nam, quod ad populum pertinet, ſemper dignitatis [i] iniquus judex eſt, qui aut invidet, aut favet. Quamquam nihil [k] potes in te, Laterenſis, conſtituere, quod ſit proprium laudis tuæ, quia id tibi ſit commune cum Plancio.

i unicus *MS.*

k poteſt *MS.*

8 Sed hoc totum agetur alio loco: nunc tantum diſputo de jure populi, qui & poteſt & ſolet nonnunquam dignos præterire: nec, ſi à populo præteritus eſt, quem non oportuit, à judicibus condemnandus eſt, qui præteritus non eſt. Nam ſi ita eſſet: quod patres apud majores noſtros tenere non potuerunt, ut reprehenſores eſſent comitiorum, id haberent judices; vel quod multò etiam minus eſt ferendum. tum enim magiſtratum non gerebat is, qui ceperat, ſi patres auctores non erant facti: nunc poſtulatur à vobis, ut ejus exſilio, qui creatus ſit, judicium populi Romani reprehendatis. Itaque quamquam, qua [l] nolui, janua [m] ſim ingreſſus in cauſam, ſperare videor tantum abfuturam eſſe orationem meam à minima ſuſpicione offenſionis tuæ, te ut potiùs objurgem, quòd iniquum in diſcrimen adducas dignitatem tuam, quàm ut ego eam ullâ contumeliâ coner attingere.

P. B.

l volui *alii.*

m ſum *MSS. & ed. pr.*

9 IV. TU CONTINENTIAM, tu induſtriam, tu animum in rempublicam, tu virtutem, tu innocentiam, tu fidem, tu labores tuos, quòd ædilis non ſis factus, fractos eſſe, & abjectos, & repudiatos putas? Vide tandem, Laterenſis, quantum [n] à te diſſentiam. Si, medius fidius, decem ſoli eſſent in civitate viri boni, ſapientes, juſti, graves, qui te indignum ædilitate judicaviſſent, graviùs de te judicatum putarem, quàm eſt hoc, quod tu metuis: ne à populo judicatum eſſe videatur. non enim comitiis judicat ſemper populus, ſed movetur plerumque gratiâ: cedit

n ego à te *Grav. è MS.*

5. *Utinam vero ſemper eſſet.*] Amicus meus, homo doctus, pro *vero*, legebat *verus*, exponebatque æquus: quam vocem *inani*, & ut infra idem Cicero loquitur, iniquo opponi hoc loco debere dicebat. Paullo ſupra: *Quid? tu non inanem dignitatis judicem putas eſſe populum*, legendum ex antiquo: *Quid tu gravem dignitatis &c.* Urſin.

6. Faeit

cedit precibus: [6] facit eos, à quibus eſt maximè ambitus, denique, ſi judicat, non delectu aliquo, aut ſapientiâ ducitur ad judicandum, ſed impetu nonnunquam & quadam etiam temeritate. Non eſt enim conſilium in vulgo, non ratio, non diſcrimen, non diligentia: ſemperque ſapientes ea, quæ populus feciſſet, ferenda, non ſemper laudanda [o] duxerunt. Quare cùm te ædilem fieri oportuiſſe dicis, populi culpam, non competitoris, accuſas.

[o] dixerunt *MSS. & ed. pr.*

10 At fueris dignior, quàm Plancius: de quo ipſo ita tecum contendam paullò poſt, ut conſervem dignitatem P. CCLXI. tuam: ſed, [7] ut fueris dignior, non competitor, à quo es victus, ſed populus, à quo es præteritus, in culpa eſt. In quo primùm illud debes putare, comitiis, præſertim ædiliciis, ſtudium eſſe populi, non judicium: eblandita illa, non enucleata eſſe ſuffragia: eos, qui ſuffragium ferant, quid [p] denique ipſi debeant, [q] conſiderare ſæpius, quàm, quid cuique à [r] republica videatur deberi. Sin autem mavis eſſe judicium: non tibi id reſcindendum eſt, ſed ferendum.

[p] cuique *Grav.*
[q] deliberare *MS. & alii.*
[r] rep. debeatur *MS.*

11 Malè judicavit populus. At judicavit. Non debuit. At potuit. Non fero. At multi clariſſimi & ſapientiſſimi cives tulerunt. eſt [ſ] enim hæc conditio liberorum populorum, præcipuéque hujus principis populi, & omnium gentium domini ac victoris, poſſe ſuffragiis vel dare, vel detrahere, quod velit, cuique: noſtrûm eſt autem, qui in hac tempeſtate populi jactemur ac fluctibus, ferre modicè populi voluntates, allicere alienas, retinere partas, placare turbatas: honores ſi magni non putemus, non ſervire populo: ſin eos [t] expetamus, non defatigari ſupplicando.

[ſ] *alii* enim cond.
[t] expectamus *MSS.* expetimus *alii MSS.*

V. VE-

6. *Facit eos.*] Creat illos magiſtratus. Inferius cap. 5: *Si, quotieſcunque præteritus erit is, qui non debuerit præteriri, toties oportebit eum, qui factus erit, condemnari.* Et cap. 6: *Sin hoc perſæpe accidit, ut & factos aliquos & non factos eſſe miremur.* Cicero pro Murena cap. 25: *Optimum quemque eum non facit.* 11. ad Famil. 9: *Cum gratulor, tum vero, quibus verbis tibi gratias agam non reperio, quod ita factus ſis, ut dederis nobis, quemadmodum ſcripſeras ad me, quem ſemper videre poſſemus.* GRÆV.

7. *Ut fueris dignior.*] Sic eſt legendum ex Erfurtenſi, ut ex repetitione horum verborum patet: *ſed, ut fueris dignior.* Vulgati: *At fueris dignior.* Ut accipitur pro *ut ut*, quamvis Cic. 1. de Nat. Deorum: *Quorum utrumvis ut ſit, ſequitur naturâ mundum adminiſtrari.* vide J. Fr. Gronov. Obſervat. III, 6. de hac particula. IDEM.

8. Ne

12 V. Venio nunc ad ipſius populi partes, ut illius contra te oratione potiùs quàm meâ diſputem. qui ſi tecum congrediatur, & ſi [v] una voce loqui poſſit, hæc dicat: Ego tibi, Laterenſis, Plancium non antepoſui: ſed, cùm eſſetis æquè boni viri, meum beneficium potiùs ad eum detuli, qui à me contenderat, quàm ad eum, qui mihi non nimis ſubmiſſè ſupplicarat. Reſpondebis, credo, te ſplendore & vetuſtate familiæ fretum, non valde ambiendum putaſſe. at verò te ille ad ſua inſtituta, ſuorumque majorum exempla revocabit: ſemper ſe dicet rogari voluiſſe, & ſemper ſibi [x] ſupplicari. M. Sejum, qui [8] ne equeſtrem quidem ſplendorem incolumem à calamitate judicii retinere potuiſſet, homini nobiliſſimo, innocentiſſimo, eloquentiſſimo, [9] M. Piſoni, prætuliſſe: præpoſuiſſe ſe Q. Catulo, ſumma in familia nato, ſapientiſſimo & ſanctiſſimo viro, non dico [10] C. Seranum non ſtultiſſimum hominem (fuit enim & animi ſatis magni, & conſilii) ſed C. Manlium, non ſolùm [11] ignobilem, verùm ſine

[v] viva *MSS.*

[x] placuiſſe *Grut.*

P. B.

8. *Ne equeſtrem quidem ſplendorem.*] Damnatus enim partem tam ſuarum fortunarum amiſit, quæ cenſum equeſtrem, qui quadraginta millia nummûm erat, imminuit. ut inter equites Romanos deinde cenſeri non potuerit, ideo dixit Horatius:

Si quadringentis ſex ſeptem millia deſint,
Plebs eris. P. Manut.

9. *M. Piſoni.*] M. Puppio Piſoni, qui biennio poſt Ciceronem conſul fuit. in eo cum antiquæ vitæ ſimilitudinem, tum litteras fuiſſe multas, Pedianus auctor eſt. eruditum fuiſſe Græcis doctrinis maxime ex omnibus, qui ante eum fuerunt, Cicero ait in Bruto. Triumphaſſe proconſulem de Hiſpanis, idem oſtendit in orat. in Piſonem. *Idem.*

10. *C. Serenum ſubtiliſſimum hominem.*] *Tenuiſſimum* magis placet, ut eſt in margine libri emendati à viro doctiſſimo. *Urſin.* Pall. ferè omnes, item Erfurd. ac S. Victoris, denique editio vetus, *ſtultiſſimum.* quod admiſit Lambinus additâ negativâ. rectè profectò, ſi cui tantum licet in opere alterius. ceterum Erfurd. idem ut & Gruterianus, præferunt, *Seranum*, quod oppido placuiſſet P. Manutio, proditum ſe vivo. is enim *Serranum* reponendum omninò putabat. *Grut.*

11. *Ignobilem.*] Ignobiles Mallii: nobiles Manlii. de eadem re ſic pro Murena: *Quis L. Philippum, ſummo ingenio opera, gratia, nobilitate, à M. Herennio ſuperari poſſe arbitratus eſt? quis Q. Catulum, humanitate, ſapientiâ, integritate antecellentem, à Cn. Mallio.* Et hîc autem, & in ea pro Murena, ejecto *Manlio*, *Mallium* reſtitui. & in ea quoque pro Sex. Roſcio, *Mallius Glaucia quidam.* cum antea legeretur, *Manlius*, repoſui. quia Manliorum nota nobi-

ſine virtute, ſine ingenio, vitâ etiam contemptâ ac ſordidâ.

Deſiderarunt te, inquit, oculi mei, cùm tu eſſes Cyre- 13
nis: me enim, quàm ſocios, tua frui virtute malebam:
&, y quò plus intererat, eò plus aberas à me: certè non
videbam. deinde ſitientem me virtutis tuæ deſeruiſti ac
dereliquiſti. cœperas enim petere tribunatum plebis [12] temporibus iis, quæ iſtam eloquentiam & virtutem requirebant: quam petitionem cùm reliquiſſes, ſi hoc z indicaſti, tanta in tempeſtate te gubernare non poſſe; de virtute tua dubitavi: ſi nolle; de voluntate. ſin, quod magis intelligo, temporibus te aliis reſervaſti: ego quoque, inquam, & reſpublica ad ea te tempora revocavi, ad quæ tu te ipſe ſervaras. Pete igitur eum magiſtratum, in quo mihi magnæ utilitati eſſe poſſis. [13] ædiles quicumque erunt, a idem mihi ſunt judices b parati: tribuni plebis permagni intereſt qui ſint. quare aut redde mihi quod oſtenderas: aut, ſi, quod mea minus intereſt, id te magis fortè delectat; reddam tibi iſtam ædilitatem, etiam negligenter petenti. Sed ampliſſimos honores ut pro dignitate tua conſequare, condiſcas cenſeo mihi paullò diligentiùs ſupplicare.

y cur quò *MS.* cur etiam quò *MS. alius*, quo populus int. *MS.*

z *ita Lamb.* judicaſti *MS.*

a iidem *Grav.*

b grati *Id.*

VI. Hæc populi oratio eſt: mea verò, Laterenſis, 14

nobilitas, Mallii autem perobſcuri: in quo noſtram opinionem veterum librorum adjuvat auctoritas. *P. Manut.*

12. *Temporibus iis.*] Cœpit enim petere tribunatum pl. Cæſare & Bibulo Coss. deinde petere deſtitit, ne juraret in Agrariam Cæſaris legem. hujus mihi ſenſum loci aperuerunt verba Ciceronis in epiſt. ad Attic. lib. II. *Habet*, inquit, *Campana lex execrationem in coitione candidatorum, ſi mentionem fecerint, quo aliter ager poſſideatur, atque ut ex legibus Juliis: non dubitant jurare ceteri: Laterenſis exiſtimatur rectè feciſſe, quòd tribunatum pl. petere deſtitit ne juraret.* Atque hoc eſt, quod in hac ipſa oratione infra ait Cicero: *Noli exiſtimare, non magnum quendam motum fuiſſe illius petitionis tuæ, de qua ne aliquid jurares, deſtitiſti.* Idem.

13. *Ædiles quicunque erunt, idem mihi, quod oſtenderas.*] Pantagathus pro *idem*, emendabat, *tu des:* & adjecta interpunctione poſt verbum *ædiles*, totum hunc locum ita legebat. *Ædiles quicunque erunt, tu des mihi quod oſtenderas.* In veteri tamen libro quem ipſe vidi, pro *idem mihi*, ſcriptum eſt, *id da mihi*, quod non diſplicet. *Urſin.* *Idem mihi ſunt judices parati: tribuni plebis permagni intereſt, qui ſint. quare aut redde mihi quod oſtenderas &c.*] Integrat hunc locum egregiâ clauſulâ Turingicus liber immiſſis vocibus quatuordecim. prius enim ſolùm habebamus, *idem mihi, quod oſtenderas.* Grut.

P. B. ni tuæ contentionem veſtram, quæ tractari ſine contum-
o aliquando *addidit Grut. è MS.* lia non poteſt, & te ad cauſam o aliquandò crimenque de-
ducere? Si, quòd equitis Romani filius eſt, inferior eſſ-
debuit, omnes tecum equitum Romanorum filii petive-
runt. nihil dico amplius. [17] hoc tamen miror, cur tu hu-
potiſſimùm iraſcare, qui longiſſimè à te abfuit. Equidem,
ſi quando, ut fit, jactor in turba, non illum accuſo, qu-
eſt in ſumma ſacra via, cùm ego ad Fabium fornicem im-
pellor: ſed eum, qui in me ipſum incurrit atque incid-
Tu neque Q. Pedio, forti viro, ſuccenſes, neque [18] hu-
A. Plotio, ornatiſſimo homini, familiari meo: & ab eo
p demovit *MS.* qui hos p dimovit, potius, quàm ab iis, qui in te ipſum
incubuerunt, te depulſum putas.

18 Sed tamen hæc tibi eſt prima cum Plancio generis ve-
ſtri familiæque contentio, quâ abs te vincitur. Cur enim
non confitear, quod neceſſe eſt? ſed non hic magis, quàm
ego à meis competitoribus & aliàs & in conſulatus peti-
tione vincebar. Sed vide, ne hæc ipſa, quæ deſpicis,
huic ſuffragata ſint. Sic enim conferamus. Eſt tuum no-
men utrâque familiâ conſulare. Num dubitas igitur, qui-
omnes, qui favent nobilitati, qui id putant eſſe pulcherri-
mum, qui imaginibus, qui nominibus veſtris ducuntur,
te ædilem fecerint? Equidem non dubito. Sed, ſi parum
q veſtra *MS.* multi ſunt, qui nobilitatem ament: num iſta eſt q noſtra
culpa? etenim ad caput & ad fontem utriuſque generis
veniamus.

19 VIII. Tu es ex municipio antiquiſſimo Tuſculano,
[19] ex quo plurimæ familiæ ſunt conſulares: in quibus e-
r tot *quid. MSS.* etiam Juventia, r quot è reliquis municipiis omnibus no-
ſunt. Hic eſt [20] è præfectura Atinati, non tam priſcâ, ne-
tam

17. *Hoc tamen miror.*] Pantagathus: *Hoc tantum miror*: & i-
habet antiquus liber. *Urſin.*

18. *Huic A. Plotio.*] Qui cum Plancio ædilis deſignatus er-
ut infra. *huic*, quia Plancii advocatus aderat. judicem enim fu-
ſe non arbitror, quia Laterenſis eum, competitorem ſuum,
cum Plancio deſignatum ædilem, judicem non edidiſſet. *P. Ma-
nutius.*

19. *Ex quo plurimæ familiæ.*] *Plures* Ant. Auguſtinus. & infra
Num de tot aliis gloriari? pro, *tot Fabiis gloriari?* Urſin.

20. *E præfectura Atinati.*] Præfectura erat urbs Italiæ, in qua
mittebatur Româ præfectus; qui eam adminiſtraret, ſecundum
leges à Romanis præſcriptas, & qui jus in illa diceret. Vide
gon. de Antiquo Jure Italiæ 11, 10. & ſequentibus. Atina vero
urbs Volſcorum in Latio, in monte ad Lirim poſita, etiam nu-
reti-

am honoratâ, non tam ſuburbanâ. Quantum intereſſe ſis ad rationem petendi? Primùm utrùm magis favere pu- s Atinates, an Tuſculanos, ſuis? alteri (ſcire enim hoc P. CCLXIII. ropter vicinitatem facilè poſſum) cùm hujus ornatiſſimi que optimi viri, Cn. Saturnini, patrem ædilem, cùm ætorem viderunt, quòd primus ille non modò in eam miliam, ſed etiam in præfecturam illam, ſellam curu- ém attuliſſet: mirandum in modum lætati ſunt. alteros credo, quia refertum eſt municipium conſularibus: nam alevolos non eſſe certò ſcio) numquam intellexi vehe- entiùs [21] municipum ſuorum honore lætari.

Habemus hoc nos: habent noſtra municipia. Quid ego 20 le me, de fratre meo loquar? quorum honoribus agri ropè dicam ipſi montesque faverunt. num quando vi- ſes Tuſculanum aliquem de M. Catone illo in omni vir- ute principe, [22] num de Ti. Coruncanio, municipe ſuo, [23] num de tot Fulviis gloriari? verbum nemo facit. At, in quem-

tinet antiquum nomen, nonnunquam *Atine* dicitur. Vide Clu- er. Italiam antiquam III, 8. *Gravius.*

21. *Hoſpitum ſuorum honore.*] Vetus liber, *hominum ſuorum hono-* . Urſin.

22. *Num de Tiberio Coruncanio municipe ſuo &c.*] Stephanus Pi- hius adeundus lib. VI. Faſtorum. putat enim excidiſſe, *Cameri- um.* ſed & mox loco *Fabiis*, ille legendum autumat, *Fulviis Ti- ntem gloriari?* At ego arbitrabar. faciliore medicina ſanari lo- um poſſe; ſi, inquam, reponeretur, *Coruncanio, municipes ſuos, m de tot Fabiis gloriari.* Gruter. Hæ conjecturæ refelluntur eo, uod manifeſtè Cicero de ſolo Tuſculano municipio agit, unde at is, contra quem dicebat Juventius, adeoque illud unum lon- nobiliſſimum & refertum jam Conſularibus, ceteris ignobi- oribus opponit. Adde quod in oratione pro Sulla cap. 7. quoſ- am ex municipiis ortos, clariſſimos viros nominans, Catoni uſculano continenter item ſubjungit hunc T. Coruncanium, tan- uam ejuſdem municipii hominem. Nec cuiquam mirum videri ebet variare auctores in memoranda origine hominis antiquiſſi- i, cum & alia innumera ſint in veteri hiſtoria, de quibus illi ter ſe diſcrepent. Jac. Perizonius Animadverſ. Hiſtor. V. *Grav.*

23. *Num de tot Fabiis gloriari.*] Fabii non Tuſculo orti ſunt, ſed nte ipſam Urbem conditam in ejus ſede inter Romuli & Remi omites agitarunt, immo eo loci ex Evandri, ut nonnulli vo- unt, filia ab Hercule procreati, & poſtea expulſis Regibus in- er primos patricios gloriâ, dignitate, Conſulatibus floruerunt. ecte Pighius quod de *Fulviis* plebejis & obſcuris origine ſua, in *Fabiis* illuſtribus & patriciis loqui Ciceronem autumat: ideo- ue id quod unum rectè tentavit Pighius, accipere debuiſſet Gru- erus, non autem repudiare, præferendo *Fabiis*, de quibus ut ex nullo

r ita Grav. aliis deeſt etiam. quemcumque Arpinatem incideris, etiam ſi nolis, e tamen tibi fortaſſe r etiam de nobis aliquid, aliquid t certè de C. Mario audiendum. Primùm igitur hic hab

s ita Grav. aliis deeſt ſed. ſtudia ſuorum ardentia: tu tanta, quanta in homin jam ſaturatis honoribus eſſe potuerunt.

21 Deinde tui municipes ſunt illi quidem ſplendidiſſi homines: ſed tamen pauci, ſi quidem cum Atinatibus co ferantur. hujus præfectura plena virorum fortiſſimoru ſic ut nulla totâ Italiâ frequentior dici poſſit. quam quid nunc multitudinem videtis, judices, in ſqualore & lu ſupplicem vobis. Hi tot equites Romani, tot tribuni a

v diviſimus MS. rii (nam plebem à judicio v dimiſimus, quæ cuncta co tiis adfuit) quid roboris, quid dignitatis hujus petition tulerunt? non enim tribum Terentinam, de qua dic alio loco, ſed dignitatem, ſed oculorum conjectum, ſolidam, & robuſtam, & aſſiduam frequentiam præb runt. Jam municipia conjunctione etiam vicinitatis ve menter moventur.

P. B.

22 IX. OMNIA, quæ dico de Plancio, dico expertu nobis. ſumus enim finitimi Atinatibus. laudanda eſt, etiam amanda vicinitas, retinens veterem illum officii m rem, non infuſcata malevolentia, non aſſueta mendaci non fucata, non fallax, non erudita artificio ſimulation

x Sopanus MSS. quid. vel ſuburbano, vel etiam urbano. nemo Arpinas non Pla cio ſtuduit, nemo x Soranus, nemo y Caſinas, nemo A

y Caſſinas MSS. quid. quinas. totus ille tractus celeberrimus, Venafranus, Al fanus: tota denique noſtra illa aſpera, & montuoſa, & f

z arbitratur alii. delis, & ſimplex, & fautrix ſuorum regio, ſe hujus hon

a hiſque MS. re ornari, ſe augeri dignitate z arbitrabatur: a iiſdemq

nu

nullo municipio, adeoque nec Tuſculo ortis, nulli munic gloriari poterant. Reponendum omnino *Fulviis*, qui tamen n Tiburtes, ſed Tuſculani origine fuerunt. Etenim primus Fulv rum in urbe Roma L. Fulvius Curvus, Coſ. A. V. C. 431, à T culanis rebellantibus, quorum Conſul erat, tranſiit ad Ro nos, & ab his eodem anno, quo hoſtis fuerat, Conſul Rom triumphavit de ſuis popularibus. Diſerte hæc Plinius Hiſt. N VII, 43. Atque hinc Cicero Philip. III, 6. Antonio Fulviam u rem habenti, quum is Octaviano *Aricinam matrem exprob* objicit viciſſim uxorem *Tuſculanam*. *Tuſculana* hæc non ali quam Fulvia, quæ Antonii tunc uxor, & filia erat Fulvii B balionis, ac Semproniæ Tuditani filiæ. Anton. Perizonius d loco. Proxime ad veram lectionem accedit Dreſdenſis, qui *Fabiis* legit *filiis*. Sed in Erfurtenſi eſt ipſum *Fulviis*, unde rito id arripuimus. *Gravius*.

nunc à municipiis adſunt equites Romani publicè, cum [b] legationis teſtimonio: nec minore nunc ſunt ſollicitudine, quàm tum erant ſtudio. etenim eſt gravius ſpoliari fortunis, quàm non augeri dignitate.

23 Ergo ut alia in te erant illuſtriora, Laterenſis, quæ tibi majores tui reliquerant: ſic te Plancius hoc non ſolum municipii, verùm etiam vicinitatis genere vincebat. niſi fortè te Lavicana, aut Bovillana, aut [c] Gabina vicinitas adjuvabat. quibus è municipiis vix jam, qui carnem Latinis petant, inveniuntur. Adjungam, ſi vis, id, quod tu etiam huic obeſſe putas, patrem publicanum: qui ordo quanto adjumento ſit in honore, quis neſcit? flos enim equitum Romanorum, ornamentum civitatis, firmamentum reipublicæ, publicanorum ordine continetur. Quis eſt [d] igitur, 24 qui neget, ordinis ejus ſtudium fuiſſe in honore Plancii ſingulare? neque injuriâ: vel quòd erat pater is, qui eſt princeps jam diu publicanorum: vel quòd is *4 ab ſociis unicè diligebatur: vel quòd diligentiſſimè rogabat: vel quia pro filio ſupplicabat, vel quia hujus [e] in illum ordinem ſumma officia quæſturæ tribunatuſque conſtabant: vel quòd illi in hoc ornando [f] ordinem ſe ornare & conſulere liberis ſuis arbitrabantur.

X. Aliquid præterea, (timidè dico, ſed tamen dicendum eſt:) non enim opibus, non invidioſâ gratiâ, non potentiâ vix ferendâ, ſed commemoratione beneficii, ſed miſericordiâ, ſed precibus aliquid attulimus etiam nos. appellavi populum, [g] tribubus ſubmiſi me & ſupplicavi: ultro mehercules ſe mihi etiam offerentes, ultro pollicentes rogavi. valuit cauſa rogandi, non gratia.

25 Nec, ſi vir ampliſſimus, cui nihil eſt, quod roganti concedi non jure poſſit, de aliquo, ut dicis, non impetravit, ego ſum arrogans, [h] quòd me valuiſſe dico. Nam, ut omittam illud, quòd ego pro eo laborabam, qui valebat ipſe per ſeſe: rogatio ipſa ſemper eſt gratioſiſſima, quæ eſt officio neceſſitudinis conjuncta maximè. [i] neque enim ego

[b] legatione & multi MSS.

[c] Sabina MSS.

[d] ergo alii.

[e] ipſius in MSS. & edd. vett.

P. CCLXIV.

[f] ordine MS.

[g] tributim MS.

[h] qui me Viſſ. & alii.

[i] neque ego alii.

24. *Ab ſociis.*] Quod perquam rarum, inquit Manutius, ut ab ſociis publicani diligantur. ubi enim vectigalia exiguntur, ibi fere contentiones odiaque naſcuntur. Mirum qui hoc viro doctiſſimo potuerit in mentem venire. Non intelliguntur hic ſocii, ſive vectigales, qui in provinciis degunt, quibus nullus locus Romæ in comitiis, ſed ſocii publicanorum, qui & ipſi erant equites Romani. Quis ignorat publicanorum ſocietates, de quibus ipſe Manutius ad epiſtolas ad Familiares? *Grævius.*

25. Cui

ego ſic rogabam, ut petere viderer, quia familiaris eſſe[t] meus, quia vicinus, quia hujus parente ſemper plurimùm eſſem uſus: ſed ut quaſi parenti & cuſtodi [k] meo. no[n] potentia mea, ſed cauſa rogationis fuit gratioſa. nemo m[ea] reſtitutione lætatus eſt, nemo injuriâ doluit, cui non hu-jus in me miſericordia grata fuerit.

k ſalutis meæ *MS.*

26 Etenim, ſi ante reditum meum Cn. Plancio ſe vulgò viri boni, cùm hic tribunatum peteret, ultro offerebant: [25] cui nomen meum abſentis honori fuiſſet, ei meas præ-ſentis preces non putas profuiſſe? An Minturnenſes colo-ni, [26] quòd C. Marium [l] civili errore, atque ex impiis ma-nibus eripuerunt, quòd tecto receperunt: [27] quòd feſſum inediâ fluctibusque recrearunt: quòd viaticum congeſſe-runt: quòd navigium dederunt: quòd eum linquentem terram eam, quam ſervaverat, lacrymis [28] votisque omni-bus proſecuti ſunt, æterna in laude verſantur: Plancio, quòd me vel vi pulſum, vel ratione cedentem, [m] recepe-rit, juverit, cuſtodierit; his, & ſenatui populoque Ro-mano, ut haberent quod reducerent, conſervarit: ho-nori hanc fidem, miſericordiam, virtutem fuiſſe mi-raris?

l *alii* ex civ.

m tempore recep. *edd. vett.*

P. B.

27 XI. VITIA mehercule, res hæ, Cn. Plancii, de qui-bus dixi, tegere potuerunt: ne tu in ea vita, de qua jam dicam, tot & tanta adjumenta huic honori fuiſſe mi-rere. Hic eſt enim, qui adoleſcentulus cum A. Torquato profectus in Africam, ſic ab illo graviſſimo & ſanctiſſimo, atque omni laude & honore digniſſimo viro dilectus eſt, ut & contubernii neceſſitudo, & adoleſcentuli modeſtiſſi[mi] pudo[r]

25. *Cui nomen meum abſentis honori &c.*] Vox *abſentis* reddita mo-dò auctori, liberalitate codicis Jenenſis. ibidem enim nunc ſer-vatur ille olìm Erfurdianus. videatur Zinzerlingus noſter Pro-mulſidis Criticæ cap. 35. *Gruter.* Falſum eſt illum librum Je[næ] ſervari. Etiam nunc in baſilica ſervatur majore Erfurtenſi, e[t] qua ad me miſſus eſt in uſum hujus editionis, cura & benefic[io] ampliſſimi Carpzovii & Cl. Tenzelii. *Grævius.*

26. *Quod C. Marium è civili errore.*] Placet *cruore*, pro *erro[re]*, ut eſt in antiquo. *Urſin.*

27. *Quod feſſum inediâ fluctibusque recrearunt.*] Non reprehend[o] hanc ſcripturam. In Francii primo tamen legitur: *quod ined[ia] fluctibusque confectum recrearunt.* optime ſane. Sic *confici lacrymis*, *dolore*, *morbis*, *curâ*, Ciceroni dici quis ignorat? *Grævius.*

28. *Votisque omnibus proſecuti.*] Lambinus, *votis ominibusque.* [...] non juvant libri; neque opus eſt. *Gruter.* Erfurt. *votis*, *omini[bus]* *lacrymisque.* Et ita Celeb. Grævius edidit.

29. Qu[od]

pudor poſtulabat. [29] qui ſi adeſſet: non minùs ille declararet, quàm hic illius frater patruelis & ſocer T. Torquatus, illi omni virtute & laude par: qui eſt quidem cum illo maximis vinculis & propinquitatis & affinitatis conjunctus: [30] ſed ita magni amoris, ut illæ neceſſitudinis cauſæ leves eſſe videantur. Fuit in Creta poſtea contubernalis Saturnini, propinqui ſui, miles hujus Q. Metelli. quibus cùm fuerit probatiſſimus, hodiéque ſit, omnibus eſſe ſe probatum debet ſperare. In ea provincia legatus fuit C. Sacerdos: quâ virtute, quâ conſtantiâ vir? L. Flaccus: qui homo? qui civis? qualem hunc putent, aſſiduitate teſtimonioque declarant.

In Macedonia tribunus militum fuit: in eadem provin- 28
cia poſtea quæſtor. Primùm Macedonia ſic eum diligit, ut indicant hi principes civitatum ſuarum: qui cùm miſſi ſint ob aliam cauſam, tamen hujus repentino periculo commoti, huic aſſident, pro hoc laborant: huic ſi præſtò fuerint, gratius ſe civitatibus ſuis facturos putant, quàm ſi legationem & mandata ſua confecerint. L. verò Apulejus hunc tanti facit, ut morem illum majorum, qui præſcribit, in parentum loco quæſtoribus ſuis prætores eſſe oportere, officiis benevolentiâque ſuperarit. Tribunus plebis fuit non fortaſſe tam vehemens, quàm iſti, quos tu n jure laudas: ſed certè talis, [31] quales ſi omnes ſemper fuiſſent, numquam deſideratus vehemens eſſet tribunus.

P.CCLXV.

n dilaudas *alii*, mirè laudas *Gul.*

XII. OMITTO illa, [32] quæ ſi minus in ſcena ſunt, at 29
certè, cùm o ſunt prolata, laudantur: [33] ut vivat cum ſuis: primùm cum parente (nam meo judicio pietas fundamentum

o ſint *MS.*

29. *Quod ſi adeſſet.*] Melius, ut opinor, Ant. Auguſtinus *qui* pro *quod*. Urſin.

30. *Sed ita magni amoris.*] Videtur legendum *magnis*, pro *magni*, quomodo correxiſſe olim Pantagathum animadverti. *Idem.*

31. *Quales ſi omnes ſemper fuiſſent.*] Non omnes tribuni pl.; abſurdum enim & falſum eſſet, ideo vehementem deſideratum eſſe tribunum plebis, quia reliqui omnes nec moderati, nec prudentes fuiſſent, omnes igitur cives ſignificari arbitror, qui quoniam inſolentes & ſuperbi fuerunt, propterea poteſtas tribunicia deſiderata eſt. *P. Manut.*

32. *Quæ ſi minus in ſcena ſunt.*] Veneti, *neceſſaria*, idque puto illo noſtro verius. Sed mox, *cum ſint pro lata* reponendum judico *probata*. Camer.

33. *Ut vivat cum ſuis.*] Certiſſima hæc eſt nota ingenii boni & humani. Inde monet Plutarchus de Amicitia, cum illo non contrahendam eſſe amicitiam, qui malè vivat cum ſuis. Vide quæ notata ſunt ad librum de Amicitia. *Grav.*

Mmm mmm m 14. *At-*

tum eſt omnium virtutum) quem veretur, ut deum, (ne-
que enim multò ſecus parens liberis) amat verò, ut ſoda-
lem, ut fratrem, ut æqualem. Quid dicam cum patruo?
cum affinibus? cum propinquis? cum hoc Cn. Saturnino,
ornatiſſimo viro? cujus quantam honoris hujus cupiditatem
fuiſſe creditis, cùm videatis luctûs ſocietatem? Quid de me
dicam? qui mihi in hujus periculo reus eſſe videor? quid de
his tot viris talibus, quos videtis veſte mutatâ? [34] Atqui hæc
ſunt indicia ſolida, judices, & expreſſa; hæc ſigna probitatis,
non fucata forenſi ſpecie, ſed domeſticis inuſta notis veri-
tatis. facilis eſt illa occurſatio & blanditia popularis: ad-
ſpicitur, non attrectatur: procul apparet, non excutitur:
non in manus ſumitur.

30 Omnibus igitur rebus ornatum hominem, [p] tam exter-
nis, [q] quàm domeſticis: nonnullis rebus inferiorem, quàm
te, generis & nominis, dico: ſuperiorem aliis, munici-
pum, vicinorum, ſocietatum ſtudio, temporum meorum
memoriâ: [r] parem virtute, integritate, modeſtiâ; ædi-
lem factum eſſe miraris? Hunc tu vitæ ſplendorem macu-
lis adſpergis iſtis? Jacis adulteria, quæ nemo [35] non mo-
dò nomine, ſed ne ſuſpicione quidem poſſit agnoſcere.
[36] Bimaritum appellas, ut verba fingas, non ſolùm crimi-
na. Ductum eſſe ab eo in provinciam aliquem dicis libi-
dinis cauſâ. quod non crimen eſt, ſed impunitum in [ſ] ma-
ledico mendacium. Raptam eſſe mimulam. quod dicitur
Atinæ factum à juvene, vetere quodam in ſcenicos jure,
31 maximéque oppidanò. O adoleſcentiam traductam ele-
ganter! cui quidem cùm, quod licuerit, objiciatur, ta-
men

p quà *Grut.*
q quà *Idem.*
r patris *alii.*
ſ maledicto *Grav.*
P. B.

34. *Atqui hac ſunt indicia ſolida, judices, & expreſſa.*] Magis placet, ut eſt in manuſcripto: *Atqui hac ſunt indicia ſolida, judices, hac expreſſa ſigna, &c.* infra legendum: *Sua & modeſtia adilem factum*, cùm in vulgatis deſit *ſua &*. Urſin.

35. *Non modò nomine, ſed ne &c.*] Conjicit Lambinus *crimine*; ſed fruſtra. *nomen* enim idem quod *crimen*, ut pluribus oſtendi in ſuſpicionibus ad Senecæ Epiſtolam 104. *Gruter.*

36. *Maritum appellas, ut verba fingas.*] Ita Manutius, *ut verba etiam fingas*, Victorius. Faërnus *maritum*. Ant. Auguſtinus *maritam*, adductus verbo *fingas*. At Pantagathus putabat Ciceronem reſpexiſſe ad Laterenſis maledictum, quod alienis uxoribus uteretur, quaſi juſtus vir: non enim objicit illi pathicam libidinem. *Urſin. Bimaritum appellas.*] Acutè. neque aliter Turingicas. minus rectè hactenus impreſſi, *Maritum appellas &c.* Grut. In eodem Turingico eſt quoque, quod Victorius in ſuis reperit, *ut verba etiam fingas. Bimaritus* eſt duarum mulierum vir, ut *bivira* Catoni apud Nonium, quæ duas habuit viros. Malè explicat Nonius. *Grav.*

37. *Idem*

men id ipſum falſum reperiatur. Emiſſus aliquis è carce-
re, & quidem emiſſus [t] per inprudentiam, emiſſus (ut
[v] cognôſtis) neceſſarii hominis optimique adoleſcentis
rogatu: [37] idem poſtea præmandatis requiſitus. Atque
hæc, nec ulla alia, ſunt conjecta maledicta in ejus vitam,
de cujus vos pudore, religione, integritate dubitetis.

XIII. PATER verò, inquit, etiam obeſſe filio debet.
O vocem duram atque indignam tua probitate, Late-
renſis! Pater ut in judicio capitis, pater ut in dimicatione
fortunarum, pater ut apud tales viros obeſſe filio debeat?
qui ſi eſſet turpiſſimus, [x] ſordidiſſimus, tamen ipſo no-
mine patrio valeret apud clementes judices & miſericor-
des: valeret, inquam, communi ſenſu omnium & dul-
ciſſima commendatione [y] naturæ. Sed cùm ſit Cn. Plan- 32
cius is eques Romanus, ea primùm vetuſtate equeſtris or-
dinis, ut pater, ut avus, ut majores ejus omnes, equites
Romani fuerint, ſummum in præfectura florentiſſima gra-
dum tenuerint & dignitatis & gratiæ: deinde ut ipſe in
legionibus P. Craſſi, imperatoris, inter ornatiſſimos ho-
mines, equites Romanos, ſummo ſplendore fuerit: ut
poſtea princeps inter ſuos: plurimarum rerum ſanctiſſimus
& juſtiſſimus judex: maximarum ſocietatum auctor: plu-
rimarum magiſter: ſi non modò in eo nihil umquam re-
prehenſum, ſed laudata ſunt omnia, tamen is oberit ho-
neſtiſſimo filio pater, qui vel minùs honeſtum & alienum
tueri vel auctoritate ſuâ vel gratiâ poſſit?

Aſperius, inquit, locutus eſt aliquid aliquando. Immò 33
fortaſſe liberiùs. At id ipſum, inquit, non eſt ferendum.
Ergo hi ferendi ſunt, qui queruntur, libertatem equitis
Romani ſe ferre non poſſe? ubinam ille mos? ubi illa P. CCLXVI.
æquitas juris? ubi illa antiqua libertas, quæ malis oppreſſa
[z] civilibus extollere jam caput, & aliquando recreata, ſe
erigere debebat? equitum ego Romanorum [a] etiam in ho-
mines nobiliſſimos maledicta, publicanorum [38] in Q. Scæ-
volam,

t *ita Grav.*
v cognoſcis *MSS. duo.*
x ſi ſord. *Grav.* è *MS.*
y valeret *MS.*
z civibus *MS.*
a etiam *deeſt in MS.*

37. *Idem poſtea præmandatis.*] Pantagathus correxit *præmandato*, ſive *mandatu*. ſequentia autem verba ita legebat: *Ac cum hæc, nec ulla alia, ſint conjecta in hujus vitam, de hujus vos pudore, religione, integritate dubitatis?* neque vero dubitandum eſt, quin ita legi debeat hic locus. *Urſin. Poſtea præmandatis requiſitus.*] Turnebus conjicit *prætoris mandatu*, idque ſequitur Lambinus; minus neceſſariò. *Grut.* Adde tamen, quæ reliquit pater de hoc loco in notis ad Gellium IV, I. *Gronov.*

38. *In Q. Scævolam.*] Qui Aſiam rexerat, & ab injuriis publicanorum provinciales defenderat. quam ob cauſſam poſtea virum

volam, virum omnibus ingenio, juſtitiâ, integritate præſtantem, aſperè, & ferociter, & liberè dicta commemorem?

XIV. CONSULI P. Naſicæ præco Granius, medio in foro, cùm ille, edicto juſtitio, domum deſcendens rogaſſet Granium, quid triſtis eſſet: [39] an quòd auctiones eſſent? Immò verò, inquit, quòd legiones. Idem tribuno plebis, potentiſſimo homini, M. Druſo, ſed multa in rempublicam molienti, cùm ille eum ſalutaſſet, ut fit, dixiſſetque, Quid agis, Grani? Reſpondit, Immò verò, [40] tu Druſe, quid agis? ille L. Craſſi, ille M. Antonii voluntatem aſperioribus facetiis ſæpe perſtrinxit impunè. nunc uſque eò oppreſſa veſtrâ arrogantiâ civitas eſt, ut, quæ fuit olim præconi in ridendo, nunc equiti Romano in plorando, non ſit conceſſa libertas.

34 Quæ enim umquam fuit b Plancio vox contumeliæ potiùs quàm doloris? quid eſt autem umquam queſtus, niſi

b Plancii *MS.*

cùm

innocentiſſimum, qui Scævolæ quæſtor fuerat, P. Rutilium equites Romani, cum lege Sempronia judicarent, condemnarunt. in ep. ad Lentulum: *Scis, quàm inimici illi ipſi Q. Scævolæ fuerint.* P. Manut.

39. *An quod auctiones eſſent.*] Faërnus pro *eſſent*, reponebat *ceſſent*, ſed non ſatis Pantagatho ſatisfaciebat; cui non videbatur poſſe hic habere locum Faërni correctio, cum quod ad rem attinet, tum quod ad dictionem. Nam neque juſtitio dierum profeſtorum auctiones rerum privatarum ceſſant, neque ad legiones certe referri poteſt verbum *ceſſent*. Videntur enim legiones conſcribi in illo edicto, earumque cauſâ edictum juſtitium: neque ad *rogaſſet* attuliſſet *ceſſent*, ſed *ceſſarent*: quæ nullo pacto ceſſabant, ſed calebant, ut & auctiones. *Quid triſtis eſſet*, quoque id ipſum poſcit: nam Granius debuit eſſe triſtis, quod legiones ceſſarent. *Urſin.* Non fruſtra dubitavit Pantagathus de hujus loci integritate, quamvis veram ſcripturam non potuerit invenire. Et quî poſſet ſine meliore libro, quem ex Turingia bona nobis obtulit fortuna. Is ſic habet: *An quod rejectæ auctiones eſſent: imo vero, inquit, quod legationes.* quod dilatæ ſint propter juſtitium auctiones, alter reſpondebat, imo vero quod legationes ſint rejectæ, hoc eſt non auditæ. Ambiguitas eſt in *rejicere*, quod et differre & non admittere. Æque malè *eſſent* referri poteſt ad legiones, quàm *ceſſent*. *Græv.*

40. *Tu Druſe, quid agis?*] Jocus acerbus in formula eſt. quà non unam ad rem utebantur. nam & obvios ita compellabant, quaſi quærerent, *ſatin' ſalva?* & quos reprehenderent iiſdem verbis increpabant. Terentius Adelphis: *Venit ad me ſæpe clamitans, quid agis Mitio?* ubi videatur Donatus. itaque heic Granius vultu ſubducto quaſi reprehendebat cædem Gracchi aliorumque. Gulielmius. *Grut.*

41. No-

cùm à ſociis & à ſe injuriam propulſaret? Cùm ſenatus impediretur, quo minùs, id quod hoſtibus ſemper erat tributum, reſponſum equitibus Romanis redderetur: omnibus illa injuria dolori publicanis fuit: ſed eum ipſum dolorem hic tulit paullò apertiùs. communis ille ſenſus [c] in aliis fortaſſe latuit: hic, quod cum ceteris animo ſentiebat, id magis, quàm ceteri, & vultu promptum habuit & linguâ.

c malus *aut* minus fort. *MS.*

Quamquam, judices, (agnoſco enim ex me) permulta 35
in Plancium, quæ ab eo numquam dicta ſunt, conferuntur. Ego quia dico aliquid aliquando, non ſtudio adductus, ſed contentione dicendi, aut laceſſitus, & quia, ut ſit in multis, exit aliquando aliquid, ſi non perfacetum, attamen fortaſſe non ruſticum: quod quiſque dixit, me id dixiſſe dicunt. Ego autem, ſi quid eſt, quod mihi ſcitum eſſe videatur, & homine ingenuo dignum atque docto, non aſpernor. ſtomachor verò, cùm aliorum non me digna in me conferuntur. Nam quòd primus ſcivit legem de publicanis, tum, cùm vir ampliſſimus conſul id illi ordini per populum dedit, quod per ſenatum; ſi licuiſſet, dediſſet: ſi in eo crimen eſt, quia ſuffragium tulit: quis non tulit publicanus? ſi, quia primus ſcivit: utrùm id ſortis eſſe vis, an ejus, qui illam legem ferebat? ſi ſortis: nullum crimen eſt in caſu. ſi conſulis: ſplendor etiam Plancii, hunc à ſummo viro principem [d] ordinis judicatum.

P.B.

d eſſe ord. *Grav.*

XV. Sed aliquando veniamus ad cauſam. in qua 36
tu [41] nomine legis Liciniæ, quæ eſt de ſodalitiis, omnes ambitûs leges complexus es. neque enim quidquam aliud in

41. *Nomine legis Liciniæ.*] Laterenſis Plancium accuſaverat de ſodalitiis lege Licinia, quæ non ad univerſum ambitum, ſed proprie ad ſodalitia, quod in ambitu graviſſimum crimen erat, item ut in majeſtate perduellio, pertinebat. Nihil autem Laterenſis, cum ea lege Plancium in judicium vocavit, præter hoc ſpectavit, ut ederet reo judices quos vellet, ex quibus vellet tribubus: quod Ciceronis verba illa declarant: *Neque enim quidam in hac lege, niſi editicios judices, ſecutus eſt.* Acerbum porro judicii genus hoc erat, quippe cum accuſator vel ſuos, vel ſuorum neceſſarios, vel ejus etiam, qui accuſabatur, inimicos edere judices poſſet. quam facultatem legislator ideo dederat, ut accuſator, cujus homines tribus pecuniâ corruptos eſſe ſuſpicaretur, ex ea tribu judices caperet eos, qui corrupti non eſſent, quorum videlicet ſcientia certiſſima, dolor autem è tribulium ſuorum culpa graviſſimus deberet eſſe. *P. Manut.*

in hac lege, niſi editicios judices, es ſecutus. [42] quod genus judiciorum ſi eſt æquum [c] nulla in re, [43] niſi hâc tribuariâ, non intelligo, quamobrem ſenatus hoc uno in genere tribus edi voluerit ab accuſatore, neque eandem editionem tranſtulerit in ceteras cauſas: de ipſo denique ambitu, [44] de rejectione fieri voluerit judicium alternorum:

cum-

e ulla *Manut. & alii.*

42. *Quod genus judiciorum ſi eſt æquum ulla in re, niſi hæc tributaria.*] Ven. melius, *Tribuaria*, uti & mox, Et per conſenſionem magiſtratuum honeſtæque ſodalitatis nominaretur, Illi ita, Et per conſenſionem magiſtratuum, quæ honeſtè ſodalitas nominaretur. *Camer.*

43. *Niſi hac tribuaria.*] Codices veteres omnes habent: *tributaria:* quod probant docti quidam viri: ut dicta intelligatur à tributis comitiis. ego vulgatam lectionem retineo: & rem tribuariam accipio, quæ ad tribus pertinet, vel quæ per tribus geritur. Quod autem ad hujus loci ſententiam attinet, hanc eſſe puto. Laterenſis accuſavit Plancium lege Licinia de Sodalitiis: cujus nomine omnes ambitûs leges complexus erat: In lege autem Licinia nihil aliud, niſi edititios judices ſecutus erat: *Quod judiciorum genus* (inquit Cicero) *ſi nulla in re niſi in ea re, quæ à tribubus geſta eſt*, hoc eſt, in tribuaria, *æquum eſt*, ut vult Laterenſis, non intelligo, quamobrem ſenatus hoc uno in genere, ſcilicet legis Liciniæ, tribus edi ab accuſatore voluerit. neque eandem editionem in ceteras cauſas tribuarias transtulerit. Erant autem *edititii judices*, qui ab accuſatore edebantur, ſumti ex iis tribubus, quæ prandiis & largitione corruptæ dicebantur, ita ut iidem teſtes eſſent & judices. *Lamb.* *Tribuarias* eſt in Erfurt. non *tributarias.*

44. *De rejectione fieri voluerit judicium alternorum.*] *Judicium* Pantagathus, & rectè, ut opinor. *Urſin.* *De rejectione judicum fieri voluerit alternorum.*] In omnibus cauſſis, exceptis ſodalitiorum criminibus, rejectio judicum fiebat ab accuſatore & reo. quod Cicero judicum *alternorum de rejectione* appellat. Judices enim, cum ſenatorius ordo lege Cornelia L. Sullæ ſolus judicaret, è curia ſenatoria conſcribebantur: poſtea lege Aurelia L. Cottæ, quâ judicia inter tres ordines communicata, è ſenatu, ex equitibus, è tribunis ærariis. hi ſelecti judices vocabantur, de quibus in oratione pro Cluentio, apud Pedianum & Plinium. horum nomina in urnam conjecta ſortitè deducebantur à quæſitore, id eſt ab eo, qui de majoribus criminibus, ambitu, repetundis, inter ſicarios, majeſtate, quærebat. ita de pluribus confecto per ſortitionem neceſſario numero, permittebatur accuſatori ac reo, ut ex illo numero rejicerent, quos putarent ſibi aut inimicos, aut ex aliqua re, ut Pediani verbis utar, incommodos fore. Poſt rejectionem; ſubſortiebatur idem quæſitor in locum rejectorum alios, quibus ille judicum legitimus numerus compleretur. erat igitur prima ſortitio, ſecunda rejectio, tertia ſubſortitio. His perfectis, jurabant judices in leges, ut obſtricti religione judicarent. cum juraſſent omnes, præter ipſum prætorem, qui judi-

cio

cúmque nullum genus acerbitatis prætermitteret, hoc tamen unum prætereundum putarit.

Quid? [f] hujus rei obſcura cauſa eſt? an & agitata, cùm iſta in ſenatu res agebatur, & diſputata heſterno die [g] copioſiùs à Q. Hortenſio? cui [h] tum eſt ſenatus aſſenſus. hoc igitur ſenſimus: cujuſcumque tribûs largitor eſſet, [45] & per conſenſionem magiſtratuum, quæ honeſtè ſodalitas nominaretur, quam quiſque tribum turpi largitione corrumperet, eum maximè [i] iis hominibus, qui ejus tribus eſſent, eſſe notum. Ita putavit ſenatus, cùm reo tribus ederentur eæ, quas is largitione devinctas haberet, eoſdem fore teſtes & judices. Acerbum omnino genus judicii: ſed tamen, ſi vel ſua, vel ea, quæ maximè eſſet cuique conjuncta, tribus ederetur, vix recuſandum. 37

f hujuſce rei tandem obſc. MS.
g copioſiſſime id. MS.
h tamen MS.
P. CCLXVII.
i his MS.

XVI. Tu autem, Laterenſis, quas tribus edidiſti? Terentinam, credo. Fuit [k] id æquum, & certè exſpectatum eſt, & fuit dignum conſtantiâ tuâ. cujus tu tribus venditorem, & corruptorem, & ſequeſtrem Plancium fuiſſe clamitas: eam tribum profectò, ſeveriſſimorum præſertim [l] hominum & graviſſimorum, edere debuiſti. at Voltiniam. libet enim tibi neſcio quid etiam de illa tribu criminari. hanc igitur ipſam cur non edidiſti? quid Plancio cum Lemonia? [46] quid cum Vejentina? quid cum Cruſtumina? [47] nam Metiam, non quæ judicaret, ſed quæ rejiceretur, eſſe voluiſti. 38

k certe id MSS. multi & alii.
l hom. deeſt in MSS.

Dubi-

cio præerat (nam prætorem non juraſſe, tum ex Cicerone, tum ex Pediano conſtat) nomina eorum libellis conſignabantur, & ubique habebantur; ne pro ſelectis judicibus, ut ſit in multitudine, aliqui ſuppoſiti corruptiſſime judicarent. eorundem judicum nomina in codicem relata prætor aſſervabat. *P. Manut.*

45. *Et per conſenſionem magiſtratuum, quæ honeſtè ſodalitas nominaretur.*] Vide an non verius codex Erfurtenſis ſcribat: *& per hanc conſenſionem, quæ magis honeſtè, quàm verè ſodalitas nominaretur.* Hic *conſenſio* eſt coitio civium epulis & largitionibus contractorum ambitûs cauſſâ, quæ minus verè ſodalitas dicebatur. Nam erant ſodalitates honeſtæ, de quibus Cic. de Amicitia. Quæ enim eſt iſta magiſtratuum conſenſio. *Grav.*

46. *Quid cum Vejentina.*] Tribus hæc planè controverſia eſt apud mſſ. & olim cuſos. hi enim *Mentinam* vocant, quomodo & Pal. pr. atque oct. iſti nominant vel *Vientinam*, vel *Vegientinam*. S. verò Vict. *Bientinam.* adeo ut arbitrer reſcribendum cum Turing. *Ufentinam.* Grut.

47. *Nam tertiam, non quæ judicaret.*] Ant. Auguſtinus, *nam Meciam, non quæ judicaret?* quam lectionem retinuit Lambinus. In manuſcripto quodam libro, *Nam tres, non quæ judicarent, ſed quæ reji-*

m larg. corruptas *MS.*

n eoſd. *MS.*

39 Dubitatis igitur, judices, quin vos M. Laterenſis ſuo judicio, [48] non ad ſententiam legis, ſed ad ſuam ſpem aliquam de civitate delegerit? dubitatis, quin eas tribus, in quibus magnas neceſſitudines habet Plancius, cùm ille non ediderit, judicarit officiis ab hoc obſervatas, non [m] largitione? Quid enim poteſt dicere, cur iſta editio non ſummam habeat acerbitatem, remotâ ratione illâ, [49] quam in decernendo ſecuti ſumus?

40 Tu deligas ex omni populo aut amicos tuos, aut inimicos meos, aut denique eos, quos inexorabiles, quos inhumanos, quos crudeles exiſtimes? Tu, me ignaro, [50] nec-opinante, [51] inſcio, notes & tuos & tuorum neceſſarios, [52] vel iniquos meos, vel etiam defenſorum meorum? [n] eodem-

rejicerentur, eſſe voluiſti, ſcriptum eſt, & fortaſſe non malè. *Urſinus.*

48. *Non ad ſententiam legis.*] Ideo enim judices editicios lex accuſatori dabat, ut ederet eos, qui largitione devincti ſuffragium pro aliquo tuliſſe putarentur. at Laterenſis judices edidit ex tribu Lemonia, ex Vejentina, è Cruſtumina: cum quibus Plancio nihil fuiſſe ipſemet Laterenſis in ſermone oſtenderat, cum de Terentina & Voltinia criminaretur, has autem non nominaret. *P. Manut.*

49. *Quam in decernendo ſecuti ſumus?*] Cum in ſenatu decrevimus, ut accuſator tribus ederet, quæ de reo judicarent, id ſecuti ſumus, ut, quæ maximè reo convinctæ tribus eſſent, eas ederet; quod eas maxime corruptas eſſe veriſimile videretur. tu autem Laterenſis eas edidiſti, cum quibus Plancio nihil eſt: qui Terentinam & Voltiniam officiis ab eo, non largitione, obſervatas judicares. *Idem.*

50. *Nec-opinante, inſcio.*] Cubat in mendo vox poſtrema. nam Pall. præferunt partim, *in ſicco*, partim *inſicio*. S. Vict. habuit *in?ſuto*, alias *inſicto*. nam proverbialiter dicitur, *in ſicco quid agere?* an aliud quid ſubeſt? *Grut.* *In ſicco* eſt in Erf. Franc. utroque, Dreſd. ed. prima. Quid tamen hic ſibi velit, nemo dixerit. Nam *in ſicco*, eſt in terra, in ſolo, & opponitur aquæ ac mari. Plin. XXII, 2. ubi loquitur de herbis, quibus Galli fucant lanam, æquè ac alii purpurâ marinâ: *Stans & in ſicco carpit, quo fruges modo*, ſc. Gallus. Virgil.

In ſicco ludunt fulicæ.

Sed hìc locum non habet. Probo interea Pantagathi conjecturam, donec aut veram melior liber docuerit, aut illam ſua auctoritate aſſeruerit. *Gravius.*

51. *Inſcio.*] *In ſecreto* Pantagathus. & pro *iniquos meos*, manuſcriptus codex habet, *inimicos meos.* Urſin.

52. *Vel iniquos meos, vel etiam defenſorum meorum?*] Legendum fortaſſis eſt, *vel inimicos meos*, &c. Verumtamen nihil muto. nam lib. V. Accuſ. ſic locutus eſt: *Iniquiſſimis meis rationem officii* per-

demque adjungas, quos naturâ putes aſperos atque omnibus iniquos? deinde effundas repentè, ut antè conſeſſum eorum judicum videam, quàm potuerim, qui eſſent futuri, ſuſpicari? apud eoſque me, ne quinque quidem rejectis, quod in proximo reo de conſilii ſententia conſtitutum eſt, cogas cauſam de fortunis omnibus dicere? Non enim, ſi aut Plancius ita vixit, ut offenderet ſciens neminem, aut tu ita erraſti, ut eos ederes imprudens, ut nos, invito te, tamen adjudices, non ad carnifices veniremus: idcirco iſta editio per ſe non acerba eſt. P. B.

XVII. An verò nuper clariſſimi cives nomen o editi judicis non tulerunt, cùm ex cxxv. judicibus, principibus equeſtris ordinis, quinque & lxx. [53] reus rejiceret, l. referret, omniaque potiùs permiſcuerunt, quàm ei legi conditionique parerent: nos neque ex delectis judicibus, ſed ex omni populo, neque editos ad p rejiciendum, ſed ab accuſatore conſtitutos judices ita feremus, ut neminem rejiciamus? 41

42 Neque ego nunc legis iniquitatem queror, ſed factum tuum à ſententia legis doceo diſcrepare: [54] & illud acerbum judicium, ſi, quemadmodum ſenatus cenſuit, populuſque juſſit, ita feciſſes, ut in hunc & ſuam, [55] & ab hoc q obſervatas tribus ederes; non modò non quererer, ſed hunc

o edititii *MS. & ſic deinde.*

p reficiendum *MSS.*

q obſerv. ederes *alii.*

perſolvi. & Terent. Prologo Adelph. *Poſtquam poëta ſenſit, ſcripturam ſuam ab iniquis obſervari.* Iterum M. Tullius hac eadem oratione infra: *Multi amici accuſatoris, nonnulli etiam noſtri iniqui,* &c. niſi quis dicat, illic quoque legendum, *inimici*, quod mihi videtur. & in lib. V. Accuſ. *inimiciſſimis:* apud Terentium autem, *iniquis*, eſſe poſitum ſine pronomine, *meis*. Quare illa nihil ad hunc locum pertinere. *Lambin.* Francii primus: *vel inimicos meos.* Erfurt. vero *iniquos vel meos.*

53. *Reus rejiceret, l. referret.*] Fortè legendum *ferret*, id eſt, pateretur ſine ſortitione ex illis edi, quoſcumque vellet accuſator, ad illum numerum, quem ex lege judicari oporteret. Vide Manutium. Non tulerunt advocati, ſed ex his quoque voluerunt fortè eum numerum duci. Hæc loco huic adſcripſit pater. *Gronov.*

54. *Et illud acerbum judicium.*] Videtur hoc per ſe conſiſtere, nec verbum, quo ſuſtentetur, deſiderare. quaſi dicat: Et quod acerbum judicium eſt; ſi, quemadmodum in S. C. & lege ſcriptum eſt, ita feciſſes, ut in Plancium, & ſuam tribum Terentinam, & ab eo obſervatas ederes, (ſic enim lego, poſtulante ſententiâ, non, *ederent*) non modo non quererer, ſed, judicibus editis, iis, quibus Plancii integritas nota eſſet, abſolutum Plancium putarèm. *P. Manut.*

55. *Et ab hoc obſervatas ederent.*] *Ederes* Pantagathus: & ita videtur legendum. *Urſin.*

 56. *C. Al-*

hunc, judicibus editis, qui teſtes iidem eſſe poſſent, abſolutum putarem: neque nunc multò ſecus exiſtimo. cùm enim has tribus edidiſti: ignotis te judicibus uti malle, quàm notis indicaviſti. fugiſti ſententiam legis: æquitatem omnem rejeciſti: in tenebris, quàm in luce, cauſam verſari maluiſti.

43 Voltinia tribus ab hoc corrupta: Terentinam habuerat venalem. Quid diceret apud Voltinienſes, aut tribules ſuos judices? immò verò tu quid diceres? quem judicem ex illis aut tacitum teſtem haberes, aut verò etiam excitares? Etenim, ſi reus [r] tribus ederet, Voltiniam fortaſſe Plancius, propter vicinitatem ac neceſſitudinem ſuam, non edidiſſet. &, ſi [ſ] quæſitor edendus fuiſſet, quem tandem potiùs, quàm hunc [56] C. Alfium, quem habet, cui notiſſimus eſſe debet, vicinum, tribulem, graviſſimum hominem juſtiſſimumque edidiſſet? cujus quidem æquitas, [t] & meæ ſimilis voluntas erga Cn. Plancii ſalutem, quam ille ſine ulla cupiditatis ſuſpicione præ ſe fert, facilè declarat, non fuiſſe [v] fugiendos tribules huic judices, cui [x] quæſitorem tribulem exoptandum fuiſſe videatis.

r tribum *MS. & Grav.*
ſ quæſtor *MS.*
P. CCLXVIII.
t & ea vol. *MS.*
v *ita Grav. alii aliter.*
x quæſtorem *MSS.*

44 XVIII. Neque ego nunc conſilium reprehendo tuum, quòd non eas tribus, quibus hic maximè notus [y] erat, edideris: ſed à te doceo conſilium non ſervatum ſenatus. etenim quis te tum audiret illorum? aut quid diceres? ſequeſtremne Plancium? reſpuerent aures, nemo agnoſceret, repudiaretur. an gratioſum? illi libenter audirent: nos non timidè confiteremur. noli enim putare, Laterenſis, legibus iſtis, quas ſenatus de ambitu ſancire voluerit, id eſſe actum, ut ſuffragatio, ut obſervantia, ut gratia tolleretur. Semper fuerunt boni viri, qui apud tribules ſuos gratioſi eſſe vellent.

y eras *Grut. ed.*

45 Neque verò tam durus in plebem noſter ordo fuit, ut eam coli noſtra [z] modica liberalitate noluerit: neque hoc liberis noſtris interdicendum eſt, ne obſervent tribules ſuos, ne diligant, [57] ne reficere neceſſariis ſuis ſuam tribum poſſint,

z moderata libertate *MS.*

56. *C. Alfium.*] Victorius, *C. Alphium:* Ant. Auguſtinus ex loco inferiori, *C. Flavium.* ſed cur illum locum non corrigit ex hoc, ſi habet auctoritatem, quæ confirmet? *Urſin.*

57. *Ne reficere neceſſar. ſ.*] Quid valet hoc, *ne reficere neceſſariis ſuis ſuam tribum poſſint?* an concedere ſuis amicis ſuam tribum? an ſuppeditare, ſeu ſufficere? quod mihi fit veriſimilius. Quia ego malim legi, *ne ſufficere*, & cet. *quam*, ut vulgo, *ne reficere*, &c. Lambinus. Primum deleo Francii librum ſecutus *ſuis*, quod non

ſt, ne par ab iis munus [58] in ſua petitione reſpectent: hæc enim plena ſunt officii, plena obſervantiæ, [59] plena etiam antiquitatis. Iſto in genere & fuimus ipſi, cùm ambitionis noſtræ tempora poſtulabant, & clariſſimos viros eſſe vidimus, & hodie eſſe videmus quamplurimos gratioſos. [60] Decuriatio tribulium, deſcriptio populi, ſuffragia largitione devincta, ſeveritatem ſenatus & bonorum omnium vim ac dolorem excitarunt. hæc doce, hæc proſequere, huc incumbe, Laterenſis, decuriaſſe Plancium, conſcripſiſſe, ſequeſtrem fuiſſe, pronuntiaſſe, diviſiſſe: tum mirabor, te iis armis uti, quæ tibi lex dabat, noluiſſe. tribulibus enim judicibus, non modò ſeveritatem illorum, ſi iſta vera ſunt, ſed ne vultus quidem ferre poſſemus. P.B. Hanc tu rationem cùm fugeris, cúmque eos judices habere nolueris, quorum in hujus delicto cùm ſcientia certiſſima, 46

non poteſt non aures tritas Latinorum ſcriptorum lectione offendere. *Reficere neceſſariis tribum* eſt pauperiores tribules refocillare ſ, quibus maxime egebant. Pro quo paulò ante dixit, *plebem tere modica liberalitate.* quod quid ſit explicat capite ſequente: *multis benigne facere, pro multis ſpondere, in operas plurimos mittere.* ſt autem *reficere*, ut inferius in hac oratione: *Conſpectus conſeſſuque reficit & recreat meam mentem.* Per tribum intelliguntur pauperiores ex tribu. Martialis:

Dat populus, dat gratus eques, dat thura ſenatus,
Et ditant Latias tertia dona tribus.

Hinc *tribulis conviva* apud Horatium, eſt pauperior, ex egena plebe. Sic olim ſcripſeram, antequam ad me delatus erat Erfurtenſis. Sed cum in illo legiſſem, ne conficere *neceſſariis ſuis ſuam tribum poſſint*; viſo hoc vero, non diutius hærendum putavi. *Conficere ſuis neceſſariis ſuam tribum* eſt conciliare ſuam tribum ſuis amicis & cognatis. ut apud Terent. *conficere alicui virginem, nuptias argentum.* Grævius.

58. *In ſua petitione reſpectent.*] Lambinus heic mallet *exſpectent*, & neſcio quas reſpectandi fingit interpretationes: cùm ſimpliciter velit noſter quod verſus Catulli: *Nec meum reſpectat, ut ante, amorem.* Gulielmius. *Gruter.*

59. *Plena antiquitatis.*] Plena morum antiquorum, quos majores noſtri obſervarunt. Plin. lib. II, ep. 2: *Jam hoc ipſum pulchrum & antiquum, ſenatum nocte dimitti.* Et in Paneg. 76: *Jam quàm antiquum, quàm conſulare, quod triduum totum ſenatus ſub exemplo ſedit!* Grævius.

60. *Decuriatio.*] Quia candidati ſuos tribules decuriarent, quia aliquas tribus deſcriberent, quia ſuffragia largitione devincirent; inde ſuccenſuit ſenatus, inde lata lex eſt, *decuriare* eſt per factiones cogere. Pro Domo: *Cum deſperatis ducibus decuriatos ac deſcriptos haberes exercitus perditorum.* Pro Sextio: *Homines vicatim conſcribere & decuriare.* P. Manut.

61. *Nam*

ma, tum dolor graviſſimus eſſe debuerit: quid apud h
dices, qui abs te taciti requirunt, cur hoc ſibi oneris i
poſueris, cur ſe potiſſimùm delegeris, cur denique ſe d
vinare malueris, quàm eos, qui ſcirent judicare?

XIX. Ego Plancium, Laterenſis, & ipſum gratioſu
eſſe dico, & habuiſſe in petitione multos cupidos ſui, gr
tioſos: quos tu ſi ſodales vocas; officioſam amicitiam no
mine inquinas criminoſo. ſin, quia gratioſi ſunt, acc
ſandos putas; noli mirari, te id, quod tua dignitas poſt
larit, repudiandis gratioſorum amicitiis non eſſe aſſecutu
47 Jam, ut ego doceo, gratioſum eſſe tribulibus Planciu
quòd multis benignè fecerit, pro multis ſpoponderit,
operas [a] plurimos patris auctoritate & gratiâ miſerit: qu
denique omnibus officiis per ſe, per patrem, per majo
ſuos totam Atinatem præfecturam comprehenderit: ſic
doce, ſequeſtrem fuiſſe, largitum eſſe, conſcripſiſſe, tr
bules [b] decuriaviſſe. quod ſi non potes: noli tollere ex
dine noſtro liberalitatem, noli maleficium putare eſſe gr
tiam, noli obſervantiam ſancire [c] pœnâ. Itaque [d] hæſita
tem te in hoc ſodalitiorum tribuario crimine, ad comm
nem [e] ambitûs cauſam contuliſti, in qua deſinamus aliqua
do (ſi videtur) vulgari & [f] pervagata declamatione co
tendere. ſic enim tecum ago.

48 Quam tibi commodum eſt, unam tribum delige [g] tu
doce id, quod debes, per quem ſequeſtrem, quo diviſo
corrupta ſit. ego, ſi id facere non potueris, quod, ut o
nio mea fert, ne incipies quidem, per quem tulerit, d
cebo. Eſtne hæc vera contentio? placetne ſic agi? n
poſſum magis pedem conferre (ut ajunt) aut propiùs acc
dere. Quid taces? quid diſſimulas? quid tergiverſar
etiam atque etiam inſto atque urgeo, inſector, poſ
atque adeò flagito crimen: quamcumque tribum, a
quam, delegeris, quam tulerit Plancius, tu oſtendito,
poteris, vitium: ego, qua ratione tulerit, docebo: n
erit hæc alia ratio Plancio ac Laterenſi. [61] nam ut, q
tribus tu tuliſti, [h] ſi jam ex te requiram, poſſis, quor
ſtu

a plurimas *MS.*
b decuriaſſe *MSS. & Græv.*
c pœnam *MS.*
d hæſitante *MS.*
e criminum amb. *MS.*
f pervulgatâ *alii.*
g tum doce *Gul.*
P. CCLXIX.
h ſententiam ex te *MS.*

61. *Nam quas tribus tu tuliſti, ſic jam ex te requiram, utrum po quorum ſtudio tuleris, explicare, ſicque ego hoc contendo &c.*] Alibi a ter hic locus perſcribitur. In Ven. libris ita: *Nam ut quas tri tu tuliſti, ſic jam ex te requiram poſſes quorum ſtud.* Mihi cogita in mentem venit credi poſſe veram eſſe talem quandam lectio nem: *Nam ut, quas tribus tu tuliſti, ſi jam ex te requiram, po quorum ſtudio tuleris, explicare, ſic ego hoc &c.* Camer.

dio tuleris, explicare: ſic ego hoc contendo, me tibi
adverſario, cujuſcumque tribûs rationem popoſceris,
diturum.
XX. Sed cur ego ſic ago? quaſi non [62] comitiis jam 49
perioribus ſit Plancius deſignatus ædilis. [63] quæ comitia
imùm habere cœpit conſul [i] cùm omnibus in rebus ſum- i tum *Ma-*
a auctoritate, tum harum ipſarum legum ambitûs auctor: *nut.*
inde habere cœpit ſubitò, præter opinionem omnium:
ne, ſi cogitaſſet quidem quiſpiam largiri, daretur ſpa-
m comparandi. Vocatæ tribus: latum ſuffragium: de-
iptæ, renuntiatæ. longè plurimùm valuit Plancius. nul-
largitionis nec fuit nec eſſe potuit ſuſpicio. An tandem k prærroga-
a centuria [k] prærogativa tantum habet auctoritatis, ut ta *MS.*
emo umquam prior eam tulerit, quin renuntiatus ſit: tu l his *aut*
[l] his ipſis comitiis conſularibus, aut certè in illum an- ipſis *tan-*
m ædilem Plancium factum miraris, in quo non exigua *tum hab.*
rs populi, ſed univerſus populus voluntatem ſuam de- *MS.*
rarit? cujus in honore non unius tribus pars, ſed comi- m prærogativa *ed.*
tota [64] comitiis fuerint [m] prærogata? *Grav.*
Quo quidem tempore, ſi id, Laterenſis, facere vo- 50
iſſes, aut ſi gravitatis eſſe putaſſes tuæ, quod multi no-
les ſæpe fecerunt, ut, cùm minùs valuiſſent ſuffragiis,
àm putaſſent, poſtea, prolatis comitiis, proſternerent
, & populo Romano fracto animo atque humili ſup- P. B.
licarent: non dubito, quin omnis ad te converſura [n] ſe n ſe *deeſt in*
erit multitudo. Numquam enim [o] nobilitas, integra præ- *MSS.*
tim atque innocens, à populo Romano ſupplex repu- o fere nob.
ta fuit. Sed, ſi tibi gravitas tua & magnitudo animi *MS.*
ris fuit, ſicut eſſe debuit, quàm ædilitas, noli, cùm
habeas

62. *Comitiis jam ſuperioribus.*] Docet Cicero in Rullum & poſt
m Pedianus, majoribus placuiſſe, ut de omnibus magiſtrati-
bis ſuffragia ferrentur. binis igitur tributis comitiis ædilita-
m adeptus erat Plancius. nam centuriata majorum erant ma-
ſtratuum. *P. Manut.*

63. *Qua comitia primum habere cœpit.*] Franc. primus: *Qua comi-
habere cœpit.* M. Craſſus Conſul, ut bene Gruchius lib. II. de
omitiis obſervavit, novo more habuit comitia. Simul enim cum
onſularibus comitiis, quæ centuriata erant, reliquorum magi-
ratuum habuit comitia, ſubitò & præter opinionem omnium,
que ad reprimendum ambitum. Nihilominus tamen poſtea ha-
ta ſunt & alia comitia ædilium, ut ex hac oratione patet, quæ
erunt, ut erant ſemper ædilitia, tributa. *Grav.*

64. *Comitiis fuerint prærogata.*] Vetus liber habet *prærogativa*,
on malè, pro *prærogata*. Urſin.

65. *Sum-*

habeas id, quod malueris, deſiderare id, quod min putaris. Equidem primùm ut honore dignus eſſem, m ximè ſemper laboravi: ſecundò ut exiſtimarer: terti mihi fuit illud, quod pleriſque primum eſt, ipſe hon qui iis denique debet eſſe jucundus, quorum dignitati p pulus Romanus teſtimonium, non beneficium ambiti dedit.

51 XXI. Quæris etiam, Laterenſis, quid imagini tuis, quid ornatiſſimo atque optimo viro, patri tu reſpondeas mortuo. Noli iſta meditari: atque illud ca potiùs, ne tua iſta querela dolorque nimiùs ab illis ſ pientiſſimis viris reprehendatur. vidit enim pater tuus, A pium p Claudium, nobiliſſimum hominem, vivo pa ſuo, potentiſſimo & clariſſimo cive, C. Claudio, æ lem non eſſe factum, & eundem ſine repulſa factum c conſulem: vidit, hominem ſibi maximè conjunct egregium virum, L. Volcatium; vidit, M. Piſonem iſta ædilitate, offenſiunculâ acceptâ, [65] ſummos à popu Romano eſſe honores adeptos. Avus verò tuus, & P. N ficæ tibi ædiliciam prædicaret repulſam, quo cive nem nem ego ſtatuo in hac republica fortiorem: & C. Ma qui duabus q ædilitatis acceptis repulſis, ſepties conſul factus: & L. Cæſaris, Cn. Octavii, r M. Tullii: quos om ſcimus ædilitate præteritos, conſules eſſe factos.

p Clodium MSS.

q ædilitatibus repulſus MS.

r M. Tullii non eſt in Pith.

52 Sed quid ego ædilicias repulſas colligo? quæ ſæpe ej modi habitæ ſunt, ut iis, qui præteriti eſſent, benignè populo factum videretur. Tribunus militum, L. Phili pus, ſumma nobilitate & eloquentiâ, quæſtor C. Cæ lius, clariſſimus ac fortiſſimus adoleſcens: tribuni ple P. Rutilius Rufus, C. Fimbria, C. Caſſius, Cn. Oreſt facti non ſunt: quos tamen omnes conſules factos ſci eſſe. Quæ tibi ultrò pater & majores tui non conſola tui gratiâ dicerent, [66] neque verò quò te liberent aliqu cul

P.CCLXX.

65. *Summos honores.*] Conſulatum. is enim ſummus honor Sed miror, cur dixerit: *Vidit pater tuus:* cum utrumque Late ſis videre potuerit. quamquam ædilitatis petitionem adoleſce tulus, & fortaſſe puer vidit. *P. Manut.*

66. *Neque vero quo te liberent aliquâ culpâ.*] *Liberarent*, pro l *rent*, & infra, *cohortarentur*, videtur eſſe rectius. Quæ vero e eſt culpa, quam Laterenſis verebatur, ne à ſe ſuſcepta vide tur? nulla: nihil enim turpe commiſerat: ſed quia repulſam p ſus erat, verebatur, ne quid culpæ ſuſcepiſſe videretur, ea repulſa dignitati ſuæ labem aliquam adſpergeret. ideo dixit pr

…lpâ, quam tu vereris, ne à te ſuſcepta videatur: ſed ut …ad curſum iſtum tenendum, quem à prima ætate ſuſce…ſti, cohortentur. nihil eſt enim, mihi crede, Lateren…, de te detractum. ſdetractum dico? ſi mehercules verè, …od accidit, interpretari velis, eſt aliquid etiam de virtu… ſignificatum tua. ſ detract. non eſt in vett. edd.

XXII. NOLI ENIM exiſtimare, non magnum quen…m motum fuiſſe illius petitionis tuæ, de qua ne aliquid …rares, deſtitiſti. Denuntiaſti, homo adoleſcens, [67] quid … ſumma reipublicæ ſentires. fortiùs tu quidem, quàm …nnulli defuncti honoribus, ſed apertiùs, quàm vel ambi…nis, vel ætatis tuæ ratio poſtulabat. Quamobrem in diſ… 53
…ntiente populo noli putare, nullos fuiſſe, quorum ani…os tuus ille fortis animus offenderet: qui te incautum for…ſſe nunc tuo loco demovere potuerunt, providentem …te & præcaventem numquam certè movebunt. An te … argumenta duxerunt? Dubitabitis, inquit, quin coitio …ta ſit, cùm tribus pleraſque cum Plotio tulerit Plancius? … tunà fieri potuerunt, ſi unà tribus non tuliſſent? vAt …nnullas punctis xpænè totidem. Quippe cùm facti jam …pè ſuperioribus comitiis declaratique veniſſent. quam…m ne id quidem ſuſpicionem coitionis habuerit. neque …im umquam majores noſtri [68] ſortitionem yconſtituiſſent …diliciam, niſi viderent accidere poſſe, ut competitores pa…es ſuffragiis eſſent. t non aut vero MS. v An MS. x fere MS. y conſortit. MS.

54 Et ais, prioribus comitiis Anienſem à Plotio, Terenti…am à Plancio tibi eſſe conceſſam: tunc ab utroque zeas avul- z eſſe MS.

…a: *Quæris etiam Laterenſis, quid imaginibus tuis, quid ornatiſſimo …que optimo viro, patri tuo reſpondeas mortuo?* Patet igitur ſenſus. …on hæc ideo dicerent quo te liberarent aliqua culpa, quam ſci…nt à te commiſſam non eſſe. *P. Manut.*

67. *Quid de ſumma reipublica ſentires.*] Mavult fere Cicero, *quid …ſumma republica ſentires*, quamvis vulgatum invitis libris non …pudiem, cum nec illud loquendi genus ſit inſolens. Sic ſcripſe…m, antequam videram Erfurtenſem, in quo, dum nunc illum …nſulo, cùm clarè invenerim *de reip.* nullus dubitavi id ample…i. *Grævius.*

68. *Sortitionem ædiliciam.*] Duo creabantur ædiles cur. fieri ta…en poterat, & ut plures, quàm duo, peterent, & ut plures …iam paribus ſuffragiis eſſent. Quod ſi accideret, conſtitutum eſt …majoribus, ut ſortirentur, quinam ex iis ædilitatem gererent. … autem ſoli duo totidem ſuffragia tuliſſent, ſortitio locum non …bebat: iis enim ædiles renunciabantur: cum duos tantum ædi…s eſſe oporteret. *P. Manut.*

69. Quaſi

P. B. avulſas, ne in anguſtum venirent. Quàm convenit, nondum cognitâ populi voluntate, hos, quos jam tum conjunctos fuiſſe dicis, jacturam ſuarum tribuum, quò vos adjuvaremini, feciſſe: eoſdem, cùm jam eſſent experti, quid valerent, reſtrictos & tenaces fuiſſe? Etenim verebantur, credo, anguſtias. quaſi res in contentionem, aut in diſcrimen aliquod poſſet venire. Sed tamen tu an Plotium, virum ornatiſſimum, in idem crimen vocandum judicas? an dicis eum te arripuiſſe, à quo non ſis rogatus? Nam quòd queſtus es, plures te teſtes habere de Voltinia, quàm quot in ea tribu puncta tuleris: indicas, aut eos teſtes te [a] adducere, qui, quia nummos acceperint, te præterierint: aut, te ne gratuita quidem eorum ſuffragia tuliſſe.

a producere MS.

55 XXIII. Illud verò crimen de nummis, quos in circo Flaminio deprehenſos eſſe dixiſti, caluit te recenti: nunc in cauſa refrixit. neque enim, qui illi nummi fuerint, nec, quæ tribus, nec, qui diviſor, [b] oſtenderis. Atque is quidem [c] eductus ad conſules, qui tum in crimen vocabatur, ſe iniquè à tuis jactatum graviter querebatur. qui ſi erat diviſor, præſertim ejus, quem tu habebas reum, cur abs te reus non eſt factus? cur non ejus damnatione aliquid ad hoc judicium præjudicii comparaſti? Sed neque tu habes hæc, neque eis confidis. alia te ratio, alia cogitatio ad ſpem hujus opprimendi excitavit. magnæ ſunt in te opes: latè patet gratia: multi amici, multi cupidi tui, multi fautores laudis tuæ: multi huic invident: multis etiam pater, optimus vir, nimiùm retinens equeſtris juris & libertatis videtur: multi etiam communes inimici [d] reorum [e] omnium: qui ita ſemper teſtimonium de ambitu dicunt, [69] quaſi aut moveant animos judicum ſuis teſtimoniis, aut gratum populo Romano ſit, [f] aut ab eo faciliùs ob eam cauſam, dignitatem, quam volunt, conſequantur.

b oſtenderas MS. c *alii* adductus. d rerum MS. e civium MS. f aut eo fac. MS. *non malè.* P. CCLXXI.

56 Quibuscum me, judices, pugnantem meo more priſtino non videbitis: non [g] quò mihi fas ſit quidquam [h] defugere, quod ſalus Plancii poſtulet: ſed quia neque neceſſe eſt, me id perſequi voce, quod vos mente videatis; & quòd ita de me meriti ſunt illi [i] ipſi, quos ego teſtes video paratos, ut eorum reprehenſionem vos veſtræ prudentiæ aſſumere, meæ modeſtiæ remittere debeatis. Illud unum

g quod *alii.* h effugere *iid.* i illi MS.

vos

69. *Quaſi aut moveant animos judicum &c.*] Verbum *judicum*, jam modò primum accedit Tullio ex Turingicis ſchedis. *Grut.*

70. Tem

vos magnopere oro atque obſecro, judices, cùm hujus, quem defendo, tum communis periculi cauſâ, ne fictis auditionibus, ne diſſeminato diſperſoque ſermoni fortunas innocentium ſubjiciendas putetis.

Multi amici accuſatoris, nonnulli etiam noſtri iniqui, 57 multi communes obtrectatores atque omnium invidi multa finxerunt. Nihil eſt [k] autem tam volucre quàm maledictum: nihil faciliùs emittitur, nihil citiùs excipitur, nihil latiùs diſſipatur. Neque ego, ſi fontem maledicti reperietis: ut aut negligatis, aut diſſimuletis, umquam poſtulabo. ſed, ſi quid ſine capite manabit, aut ſi quid erit ejusmodi, ut non exſtet auctor, qui audierit: aut ita negligens vobis eſſe videbitur, ut, unde audierit, oblitus ſit: aut ita levem habebit auctorem, ut memoriâ dignum non putarit: hujus illa vox vulgaris [l] AUDIVI, ne quid reo innocenti noceat, oramus.

[k] enim MSS.

[l] auditu alii & MSS.

XXIV. Sed venio jam ad L. Caſſium, familiarem 58 meum, cujus ex oratione ne illum quidem Juventium [70] tecum expoſtulavi: quem ille omni & virtute & humanitate ornatus adoleſcens primum de plebe ædilem curulem factum eſſe dixit. In quo, Caſſi, ſi ita tibi reſpondeam, neſciſſe id populum Romanum, neque fuiſſe [m] qui id nobis narraret, præſertim mortuo Longino: [71] non, ut opinor, admirere, cùm ego ipſe non abhorrens à ſtudio antiquitatis, me hîc id ex te primùm audiſſe confitear. Et, quoniam tua fuit perelegans ac perſubtilis oratio, digna equitis Romani vel ſtudio, vel pudore: quoniamque ſic ab his es auditus, ut magnus honos & ingenio & humanitati tuæ tribueretur: reſpondebo ad ea, quæ dixiſti, quæ [72] pleraque de ipſo me fuerunt: in quibus ipſi aculei, ſi quos habuiſti in me reprehendendo, tamen mihi non ingrati acciderunt.

[m] qui nobis MS.

P. B.

Quæſiſti, utrùm mihi putarem, equitis Romani filio 59 faci-

70. *Tecum expoſtulavi.*] *Secum expoſtulabo* Pantagathus: & infra verſum Attii ita emendabat: *Quæritote id quod multi invideant*, pro, *nonne id quod multi* &c. ſed Attii verſus in oratione pro Sextio integer, ut opinor, adductus eſt. *Urſin.*

71. *Non, ut opinor, admirere.*] Omnes fere alii libri, *admirarere*; ſed verum eſſe puto *admirabere.* Camer.

72. *Pleraque de ipſo ſine fuerunt.*] Lambinus conjecit *de ipſo me fuerunt:* ſed ei libri non favent. *Gruter.* Favet ſane Erfurtenſis Lambino, in quo, *de me ipſo*, & poſtulat id ſententia hujus ἀσεξεως. *Grævius.*

faciliorem fuiſſe ad adipiſcendos honores viam, an futuram eſſe filio meo, qui eſſet familiâ [n] conſulari. Ego verò, quamquam illi omnia malo, quàm mihi; tamen illi honorum aditus numquam faciliores optavi, quàm mihi fuerunt. quin etiam, ne fortè ille ſibi me potiùs peperiſſe jam honores, quàm iter demonſtraſſe adipiſcendorum putet, hæc illi ſoleo præcipere (quamquam ad præcepta ætas non eſt [o] gnati) quæ ille à Jove ortus ſuis præcipit filiis:

n conſulari paternâ *MS.*

o gravis *MS.*

Vigilandum eſt ſemper: multa inſidiæ ſunt bonis.

Noſtis cetera:

[p] Non te id quod multi invideant,

p *Nonne id* MS.

q eſt ing. *MS.*

quæ ſcripſit gravis [q] ille & ingenioſus poëta: ſcripſit, non ut illos regios pueros, qui jam nuſquam erant, ſed ut nos & noſtros liberos ad laborem & laudem excitaret.

60 Quæris, quid potuerit amplius aſſequi Plancius, ſi Cn. Scipionis fuiſſet filius. Magis ædilis fieri non potuiſſet: ſed hoc [r] præſtare, quòd ei minùs invideretur. Etenim honorum gradus ſummis hominibus & infimis ſunt pares: gloriæ, diſpares.

r præſtaret, ei *Gul.*

XXV. Quis noſtrûm ſe dicit M'. Curio, quis C. Fabricio, quis [73] P. Duellio parem? quis Atilio Galatino? quis Cn. & P. Scipionibus? quis Africano, Marcello, Maximo? tamen [ſ] eoſdem ſumus honorum gradus, quos illi, aſſecuti. Eſt enim in virtute multis adſcenſus: ut is gloriâ maximè excellat, qui virtute plurimùm præſtet. honorum populi finis eſt conſulatus: quem magiſtratum jam octingenti ferè conſecuti ſunt. horum, ſi diligenter [t] quæras, vix decimam partem [v] reperis gloriâ dignam. ſed nemo umquam ſic egit, ut tu: Cur iſte fit conſul? quid potuit amplius, ſi L. Brutus eſſet, qui civitatem dominatu regio liberavit? honore nihil amplius, laude multum. Sic igitur Plancius nihilominus quæſtor eſt factus, & tribunus plebis, & ædilis, quàm ſi eſſet ſummo loco natus: ſed hæc, pari loco orti, ſunt innumerabiles alii conſecuti.

ſ eoſd. honor. *alii.*

P. CCLXXII.

t quæres *MS.*

v reperias *alii.*

61 Profers triumphos Ti. Gracchi & C. Marii: & quæris, quid ſimile in Plancio. Quaſi verò iſti, quos commemoras, [74] propterea magis laude fuerint digni, quòd [x] triumpha-

x triumpharant *MS.*

73. *P. Duellio.*] Videtur legendum *C. Duilio.* Urſin.

74. *Propterea magis laude fuerint digni.*] Totus hic locus in manuſcripto ita legitur: *Propterea magiſtratibus fuerint digni, quòd triumpharunt, & non quia commiſſi ſunt iis magiſtratus, in iis re bene geſtâ*

pharunt, & non, quia commiſſi ſunt iis magiſtratus, in quibus re bene geſtâ triumpharent. Rogas, quæ caſtra viderit: [75] qui & miles in Creta, [y] Metello hoc imperatore, & tribunus in Macedonia militum fuerit, & quæſtor tantum ex re militari detraxerit temporis, quantum in me cuſtodiendum transferre maluerit.

y Metello deeſt in MSS.

[76] Quæris, num diſertus. Immò, id quod ſecundum 62
eſt, ne ſibi quidem videtur. Num juriſconſultus. Quaſi quiſquam ſit, qui ſibi hunc falſum de jure reſpondiſſe dicat. Omnes enim iſtiuſmodi artes in iis reprehenduntur, qui cùm profeſſi fuerint, ſatisfacere non poſſunt: non in iis, qui abfuiſſe ab [z] iſtis ſtudiis confitentur. Virtus, probitas, integritas in candidato, non linguæ volubilitas, non ars, non ſcientia requiri ſolet. Ut nos in mancipiis parandis, quamvis frugi hominem [77] ſi pro fabro, aut pro textore

z Grut. iſtius.

geſtâ triumpharint. paullo poſt, *Metello hoc imperatore*, in manuſcripto non eſt, *Metello*. Urſinus. Sententia loci omnino requirit tale quid, quale fuit in Urſini libro. Nam Lateranenſis dixerat. T. Gracchus & C. Marius triumpharunt, & ideo ad ſummos honores ſunt elati, ſed quid ſimile Plancius egit, ut ei honores committantur. Reſpondet Tullius: Non ideo illi magiſtratus ſunt creati, quòd triumpharunt, ſed quia creati ſunt magiſtratus, ideo, quia cum magiſtratus eſſent, bene rem geſſerant, triumpharunt. Propius accedit ad editiones & alios libros Erfurtenſis: *Quaſi vero iſti quos commemoras, propterea magis ceperint, quòd triumpharunt.* Legendum: *magiſtratus ceperint.* *ἀντίθεσις* oſtendit liquidò ſic ſcripſiſſe Tullium: Hi non ceperunt magiſtratus quòd triumpharent, ſed quia ceperunt magiſtratus, ſive, ut loquitur, quia iis commiſſi ſunt magiſtratus, re bene geſtâ triumpharunt. Præterea in Erfurt. pro *Ti. Gracchi* legitur *T. Didi* pro Didii. Videtur illum Didium intelligere, qui de ſcordiſcis triumphavit, anno V. C. 640, cujus meminit Cic. in Orat. in Piſonem. Nam quamvis Didia gens fuerit Conſularis, non tamen fuit inter gentes illuſtriores. Ideoque conjungit cum Mario, T. Didius & C. Marius, inquit Lateranenſis, quamvis & hi non eſſent ſummo loco nati, triumpharunt, & propterea magiſtratus ſunt conſecuti, ſed quid ſimile fecit Plancius? *Græv.*

75. *Qui & miles in Creta, Metello hoc imperatore.*] Vox *Metello*, non viſitur in edd. vett. ut nec in Pall. aut S. Victor. aut Gruteriano. *Gruterus.* Nec in utroque Francii, nec in Erfurt. habetur *Metello.*

76. *Quæris num diſertus ſit.*] Addidi *ſit* ex Erfurt. ſicut paullo poſt *ſe*, quæ ab editis male. Sic enim Erf. idem, *qui ſe abfuiſſe ab iſtis ſtudiis confitentur.* Græv.

77. *Si pro fabro aut textore emimus.*] Non impugno editiones. Non fruſtra tamen Erfurt. *ſi pro fabro aut tectore emimus.* Tectorum

tore emimus, ferre moleſtè ſolemus, ſi eas artes, quas in emendo ſecuti ſumus, fortè [a] neſciverit: ſin autem emimus, quem villicum imponeremus, quem pecori præficeremus, nihil in eo, niſi frugalitatem, laborem, vigilantiam eſſe curamus: ſic populus Romanus deligit magiſtratus, quaſi reipublicæ villicos: in quibus ſiqua præterea eſt ars, facilè patitur. ſin minùs: virtute eorum & innocentiâ contentus eſt. quotus enim quiſque diſertus? quotus quiſque juris peritus eſt, ut eos numeres, qui [b] volunt eſſe? quòd ſi præterea honore dignus nemo, quidnam tot optimis & ornatiſſimis civibus eſt futurum?

a neſcivit *MS.*

P. B.

b nolunt *MS.*

63 XXVI. Jubes Plancium de vitiis Laterenſis dicere. Nihil poteſt, [78] niſi eum nimis in ſe iracundum putabis fuiſſe. Idem effers Laterenſem laudibus. Facilè patior, id te agere multis verbis, quod ad judicium non pertineat: & id te accuſantem tamdiu dicere, quod ego defenſor ſine peri-

tam in Digeſtis fit mentio, quàm in veteribus inſcriptionibus. Subjicio hic quatuor ineditas ex penu Gudiano:

A. ANICIVS. FELIX
V.C. TECTOR. PRAETORIANOR
D.D.

Alia:

CERERI CONS
SERVATRIC
ORGANIANA. SACR
M. CLAVDIVS. M.L
ORGANIVS. SACER
DOS. BONAE. DEAE
ET SACERDOS. CORP
LVTORVM ET
TECTOR

Habes tertiam:

LAETITIAE SIGN
C. DOMITIVS. C.F. BASSVS. COH
III LEG. III. ITALICAE PRAEFECT
MIL. ET. FABRORVM. TECTOR

Tectores autem dicebantur, qui tectorio loricabant parietes, ut olim Cujacius docuit x. Obſervat. c. 9. Quis eorum uſus fuerit in caſtris, ut conſtat ex inſcriptionibus, in legionibus & cohortibus fuiſſe tectores, non ſatis liquet. forte ad machinas bellicas tectorum operâ ſunt uſi. Hinc conjunguntur cum fabris in inſcriptione. *Grævius.*

78. *Niſi eum nimis in ſe iracundum putabis fuiſſe.*] Pal. ſec. *putabit.* quod melius forſan vulgato. ceteri nihil variant: adeo ut ſatis mirari nequeam ea quæ ex ſuis promit Lambinus; qui tamen nihil hariolationibus ſuis proficit. Gulielmius locum conſtitui poſſe putabat deleto illo *putabis.* Grut.

79. *Niſi*

periculo poſſim confiteri. Atqui non modò confiteor ſumma in Laterenſe ornamenta eſſe: ſed te etiam reprehendo, quòd ea non enumeres; alia quædam inania & levia conquiras. Præneſte feciſſe ludos. Quid? alii quæſtores nonne fecerunt? Cyrenis liberalem in publicanos, juſtum in ſocios fuiſſe. Quis negat? ſed ita multa Romæ geruntur, ut vix ea, quæ fiunt in provinciis, audiantur.

Non vereor, ne mihi aliquid, judices, videar arrogaſ- 64
ſe, ſi de quæſtura mea dixero. Quamvis enim illa floruerit, tamen eum me poſteà fuiſſe in maximis [c] rebus arbitror, ut non ita mihi multum ſit ex quæſturæ laude repetendum: ſed tamen non vereor, ne quis audeat dicere, ullius in Sicilia quæſturam, aut gratiorem, aut clariorem fuiſſe. Verè mehercules hoc dicam: ſic tum exiſtimabam, nihil homines [d] aliud Romæ, niſi de quæſtura mea, loqui. Frumenti in ſumma caritate maximum numerum miſeram: [e] negotiatoribus comis, mercatoribus juſtus, municipibus liberalis, ſociis abſtinens, omnibus eram viſus in omni officio diligentiſſimus. excogitati quidam erant à Siculis honores [f] inauditi.

Itaque hac ſpe decedebam, ut mihi populum Romanum 65
ultrò omnia delaturum putarem. At ego, cùm caſu die- p.CCLXXIII.
bus iis, itineris faciendi cauſâ, decedens è provincia, Puteolos forte veniſſem, cùm plurimi & lautiſſimi ſolent eſſe in iis locis: concidi pænè, judices, cùm ex me quidam quæſiſſet, quo die Româ exiſſem, & numquid in ea eſſet novi. cui cùm reſpondiſſem, me è provincia decedere: etiam mehercules, inquit, ut opinor, ex Africa.

XXVII. Huic ego jam ſtomachans faſtidioſè, immò ex Sicilia, inquam. Tum quidam, quaſi qui omnia ſciret, quid? tu neſcis, inquit, hunc Syracuſis quæſtorem fuiſſe? Quid multa? deſtiti ſtomachari, & me unum ex iis feci, qui ad aquas veniſſent. Sed ea res, judices, 66
haud ſcio an plus mihi profuerit, quàm ſi mihi tum eſſent omnes congratulati. nam poſteaquàm ſenſi, populum Romanum aures hebetiores, oculos acres atque acutos habere, deſtiti, quid de me audituri eſſent homines, cogitare: feci, ut poſtea quotidie me præſentem viderent: habitavi in oculis: preſſi [g] forum: neminem à congreſſu meo neque janitor meus neque ſomnus abſterruit. Ecquid ego dicam de occupatis meis temporibus, cui fuerit ne otium quidem umquam otioſum? nam, quas tu commemoras, Caſſi, legere te ſolere orationes, cùm otioſus ſis, has ego

[c] rebus *deeſt in MSS. & edd.* imperiis *MS.*
[d] unquam aliud *alii.*
[e] mercat. c. negot. j. *MS.*
[f] à me *MS.* ſane inaud. *Grut.*
[g] eorum *multi MSS. & edd.*

h rudis *MS.* ſcripſi [h] ludis & feriis, ne omnino umquam eſſem otioſus. Etenim M. Catonis illud, quod in principio ſcripſit Originum ſuarum, ſemper magnificum & præclarum putavi, CLARORUM VIRORUM ATQUE MAGNORUM, NON MINUS OTII, QUAM NEGOTII RATIONEM EXSTARE OPORTERE. Ita, ſi quam habeo laudem, quæ, quanta ſit, neſcio, parta Romæ eſt, quæſita in foro: meaque privata conſilia publici quoque caſus comprobaverunt, ut etiam ſumma [i] reſpublica mihi domi fuerit gerenda, & urbs in urbe ſervanda.

i reip. *MS.*

B. B. Eadem igitur, Caſſi, via munita Laterenſi eſt, idem

67 virtutis curſus ad gloriam; hoc facilior fortaſſe, quòd ego huc à me ortus, & per me nixus, adſcendi: iſtius egregia virtus adjuvabitur commendatione majorum. Sed, ut redeam ad Plancium, numquam ex urbe abfuit, [79] niſi fortè lege, neceſſitate. non valuit rebus iiſdem, quibus fortaſſe nonnulli. at valuit aſſiduitate, at [80] valuit [k] ſervandis amicis, valuit liberalitate: fuit in oculis: petivit: ea eſt uſus ratione, quâ, minimâ invidiâ, novi homines plurimi eoſdem honores conſecuti ſunt.

k obſerv. *alii.*

68 XXVIII. NAM, QUÒD ais, Caſſi, non plus me Plancio debere, quàm bonis omnibus, quòd iis æquè mea ſalus cara fuerit; ego me debere bonis omnibus fateor. ſed etiam [l] hi, quibus ego debeo, boni viri & cives ædiliciis comitiis aliquid meo ſe nomine debere Plancio dicebant. Verùm fac me multis debere, & in iis Plancio: [81] utrùm igitur me conturbare oportet: an ceteris,

l iis *alii.*

79. *Niſi forte lege, neceſſitate.*] Prim. Franc. *niſi forte legis neceſſitate.* Ead. manus his verbis ſubſcripſerat: "al' *ſorte lege.*" *Sorte* probatur quoque Manutio, & legitur in Erfurt. *Sors* enim Ciceroni eſt adminiſtratio provincialis ſive Prætoris, ſive Quæſtoris. Pro Mur. 19: *In ipſa pretura nihil me exiſtimas inter tuam & iſtius ſortem interfuiſſe.* Vide & ſequentia, & quæ ibi notamus. *Sorte* igitur afuit, cum fuit Quæſtor in provincia, *lege*, cum miles fuit ſcriptus, *neceſſitate* cum ejus res familiaris in vectigalibus, quæ pater conduxerat in provinciis, eum cogebat aliquando domo proficiſci. Si *forte* Cicero ſcripſiſſet, quod tamen hic vix fert ſententia, ſcripſiſſet quoque, *niſi forte lege & vel aut neceſſitate.* Grævius.

80. *Valuit ſervandis amicis.*] Recentius excuſi *obſervandis*, ſed contra antiquitus editos & mſſ. noſtros. *Grut.*

81. *Utrum igitur me conturbare oportet.*] *Conturbare* ſubaudi rationes, eſt decoquere, non poſſe ſolvere quod debes, foro cedere. Martialis IX, 4:

Grav-

ris, [82] cùm cujusque dies venerit, hoc [m] nomen, quod urget, nunc cùm petitur, diſſolvere? Quamquam diſſimilis eſt pecuniæ debitio & gratiæ. nam qui pecuniam diſſolvit, ſtatim non habet id, quod reddidit: qui autem debet, [83] æs retinet alienum. gratiam autem & qui refert, habet: & qui habet, in eo ipſo, quod habet, refert. neque ego nunc Plancio deſinam debere, ſi hoc ſolvero: nec [n] minus ei redderem voluntate ipſâ, ſi hoc [o] moleſtiæ non accidiſſet.

m nomen debitoris qui *aut* quo *MS.*

n minus redd. *MS.*

o moleſtè non *MS.*

Quæris à me, Caſſi, quid pro fratre meo, qui mihi eſt cariſſimus, quid pro meis liberis, quibus nihil poteſt eſſe jucundius, amplius, [p] quàm pro Plancio facio, facere poſſim: nec vides, iſtorum ipſorum caritate ad hujus ſalutem defendendam maximè ſtimulari me atque excitari. Nam neque illis hujus ſalute, à quo meam ſciunt eſſe defenſam, quidquam eſt optatius: & ego ipſe numquam illos adſpicio, [84] quin per hunc me his conſervatum eſſe meminerim, hujusque meriti in me recorder. Opimium damnatum eſſe commemoras: ſervatorem [q] ipſum reipublicæ. Calidium adjungis, cujus lege Q. Metellus in civitatem ſit reſtitutus: reprehendis meas pro Plancio preces, quòd nec Opimius ſuo nomine liberatus [r] ſit, [85] nec Q. Metelli Calidius. 69

p quàm quod pro *MS.* & *Grav.*

P. CCLXXIV.

q ipſius *MS.*

r fuit *MS.*

XXIX. DE

Grandis in ætherio licet auctio fiat Olympo,
Cogunturque Dei vendere quicquid habent.
Conturbabit Atlas, & non erit uncia tota,
Decidat tecum qua pater ipſe Deum. Grævius.

82. *Cum cujusque dies venerit.*] Cum venerit dies ſolutionis, quo cuique ſolvendum eſt, quod debetur. Phædrus 1, 16:
Ubi vos requiram cum dies advenerit.
Vide D. de Verb. Signif. l. 213. §. cedere diem. *Idem.*

83. *Is retinet alienum.*] *Aes* pro *is*, ſcriptum eſt in vetuſtiſſimo libro, & ita legit Agellius lib. I. cap. 4. *Urſin.* *Aes retinet alienum.*] Ita correctiſſima exemplaria Gellii libro I. cap. 4. neque aliter Urſini noſtri vetus liber antea editi, *is retinet*, quod ferè item in noſtris pluteariis, niſi quod quidam *his*. Lambinus heic mirè ſui ſimilis eſt, nulli vult cedere. *Grut.*

84. *Quin per hunc me his conſervatum eſſe meminerim, hujusque meriti in me recorder.*] Hic quoque integrior eſt ceteris Erfurtenſis: *quin cum per hunc me his conſervatum meminerim, hujus meritum in me recorder.* Grævius.

85. *Nec Q. Metelli Calidius.*] Non ideo liberatus Calidius, quia ſua lege Metellum ab exſulio revocaſſet. Hoc ſignificabat Caſſius, quamquam Plancii magna merita in Ciceronem exſtarent, non ideo tamen tum abſolvi debere: cum nec Opimius, reipubli-

XXIX. De Calidio tibi tantum reſpondeo, quod ipſe vidi: Q. Metellum Pium, ſ conſulem, prætoriis comitiis, petente Q. Calidio, populo Romano ſupplicaſſe, cùm quidem non dubitaret & conſul & homo nobiliſſimus, patronum illum eſſe ſuum, & familiæ ſuæ nobiliſſimæ dicere.

s conſ. *deeſt in MS.*

70 Quo loco quæro ex te, num id in judicio Calidii putes, quod ego in Plancii facio, aut Metellum Pium, ſi Romæ eſſe potuiſſet, aut patrem ejus, ſi vixiſſet, non fuiſſe facturum. Nam Opimii quidem calamitas utinam ex hominum memoria t poſſet evelli! vulnus illud reipublicæ, dedecus hujus imperii, turpitudo populi Romani, non judicium putandum eſt. Quam enim illi judices, ſi judices & non parricidæ patriæ nominandi ſunt; graviorem potuerunt reipublicæ v infligere ſecurim, quàm, cùm illum è civitate ejecerunt, qui prætor finitimo conſul domeſtico bello rempublicam liberarat?

t potuiſſet *MS.*

v infringere *MS.*

71 [86] At enim nimis ego magnum beneficium Plancio facio, &, ut x ais, id verbis exaggero. quaſi verò me tuo arbitratu, & non meo, gratum eſſe oporteat. Quod iſtius tantum meritum, inquit? an quia te non jugulavit? immò verò, quia jugulari paſſus non eſt. Quo quidem tu loco, Caſſi, etiam purgaſti inimicos meos, meæque vitæ nullas ab illis inſidias fuiſſe dixiſti. Poſuit hoc idem Laterenſis. Quamobrem de iſto paullo pòſt y plura dicam: de te tantum requiro, utrùm putes [87] odium in me mediocre inimicorum

x ais verbis *MS.*

y plura *deeſt in MS.*

rum

æ ſervator, nec reſtitutor Metelli Calidius, abſoluti judicio ſint. *P. Manut.*

86. *At enim nimis ego magnum beneficium Plancio.*] *Sancio* legebat Pantagathus pro *Plancio:* ſed non diſplicet Lambini lectio, qui corrigit, *Plancii facio.* Urſin. *At enim nimis ego magnum beneficium Plancio, & ut ais.*] Sic Victorii editio & antiquior; neque ſecus Pall. noſtri, item Grut. Erfurd. S. Victoris; niſi quod quidam ad oram, quidam in contextum, *jacto ſcilicet me debere.* vulgata recentius, *beneficium Plancii facio, & ut ais.* Grut. In Erf. legitur, *magnum beneficium Plancio facio.* leg. *Plancii.* hoc eſt nimis extollo beneficium, & fingo longe majus eſſe, quàm fuit re ipſa. Cic. pro Flacco: *Cum vero ſe locupletem faceret, haberet nihil præter illam impudentiam, quam vides.* Plaut. Mil. 53: *Magnum me faciam nunc.* Græv.

87. *Odium in me mediocre inimicorum fuiſſe. quod fuit ullorum tantum? requiro.*] Iſthæc omnia verba non invenias in Pal. ſec. ſexto, S. Victoris aut Gruteriano. & poterant abeſſe. *Grut.* Mirum eſt, ſi in omnibus illis, quos annumerat, libris MSS. ita bis legantur voces *utrum putes.* Manutius delebat ſolum verbum *requires.* Sed patri meo placuiſſe video, ut abigerentur τὰ *requiro utrum putes.* Gronov.

88. *Vici-*

ram fuiſſe. quod fuit ullorum tantum? requiro, utrùm putes odium umquam barbarorum tam immane ac tam crudele in hoſtem: an fuiſſe in iis aliquem aut famæ metum, aut pœnæ: quorum vidiſti toto illo anno ferrum in foro, flammam in delubris, vim in tota urbe verſari. niſi [z] fortè exiſtimas, eos idcirco vitæ meæ pepercisſe, quòd de reditu meo non timerent. [a] Et quenquam putas fuiſſe tam excordem, qui, vivis his, ſtante urbe & curiâ, rediturum me, ſi viverem, non putaret? Quamobrem non debet is homo & is civis prædicare, vitam meam, quæ fidelitate amicorum conſervata ſit, inimicorum [b] modeſtiâ non eſſe appetitam.

P. B.

z forte deeſt in MS.

a Ecquem Lamb. Grut.

b ita Viſſ. alii moleſtiâ.

XXX. RESPONDEBO tibi nunc, Laterenſis, minùs fortaſſe vehementer, quàm abs te ſum provocatus: ſed profectò nec conſideratè minùs, nec minùs amicè. nam primùm illud fuit aſperius, me, quæ de Plancio dicerem, mentiri & temporis cauſâ fingere. ſcilicet homo ſapiens excogitavi, quamobrem viderer maximis beneficii vinculis obſtrictus, cùm liber eſſem & [c] ſolutus. Quid enim? mihi ad defendendum Plancium parum multæ, parum juſtæ neceſſitudines erant familiaritatis, [88] vicinitatis, patris amicitiæ? quæ ſi non eſſent, [d] vererer, credo, ne turpiter facerem, ſi hoc ſplendore & hac dignitate hominem defenderem. fingenda fuit mihi [e] videlicet cauſa peracuta, [f] ut ei, quem mihi debere oporteret, ego me omnia debere dicerem. At id etiam gregarii milites faciunt inviti, ut coronam dent civicam, & ſe ab aliquo ſervatos eſſe fateantur: non quò turpe ſit, protectum in acie, hoſtium manibus eripi (nam id accidere, niſi forti viro & pugnanti cominus, non poteſt) ſed onus beneficii reformidant, quòd permagnum eſt, alieno debere idem, quod parenti. 72

c abſol. MS. malè.

d ita Grav. vereor Grut.

e ita Grav. judices Grut.

f cur ei Lamb.

73 Ego, cùm ceteri vera beneficia, etiam minora, diſſimulent, ne obligati eſſe videantur: eo me beneficio obſtrictum eſſe [g] ementiar, cui ne referri quidem gratia poſſe videatur? An hoc tu, Laterenſis, ignoras? qui, cùm mihi eſſes amiciſſimus, cùm vel periculum vitæ tuæ mecum ſociare voluiſſes: cùm me in illo triſti & acerbo luctu atque diſceſſu, non lacrymis ſolùm tuis, ſed animo, corpore, copiis proſecutus eſſes: cùm meos liberos & uxo-

P. CCLXXV.

g mentior aut ementior MS.

88. *Vicinitatis.*] Arpinates enim Atinatibus finitimi erant, Plancius autem ex præfectura Atinati. *P. Manut.*

uxorem, me abſente, tuis opibus auxilioque defendiſſes: ſic mecum ſemper egiſti, te mihi remittere atque concedere, ut omne ſtudium meum in Cn. Plancii honorem conſumerem, quòd ejus in me meritum tibi etiam h ipſi gratum eſſe dicebas.

h *ita Grav.* *è MS.*

74 Nihil autem me novi, nihil temporis cauſâ dicere, nonne etiam illa teſtis eſt oratio, quæ eſt à me prima habita in ſenatu? in qua cùm perpaucis nominatim egiſſem gratias, quòd omnes enumerari nullo modo poſſent, ſcelus autem eſſet quemquam præteriri: ſtatuiſſemque eos ſolùm nominare, qui cauſæ noſtræ duces & quaſi ſigniferi fuiſſent, in his Plancio gratias egi. Recitetur oratio, [89] quæ propter ejus magnitudinem dicta i de ſcripto eſt: in qua ego homo aſtutus [90] ei me dedam, cui nihil magnopere deberem, & hujus tanti officii ſervitutem adſtringam teſtimonio ſempiterno. Nolo cetera, quæ à me mandata ſunt litteris, recitare: [91] prætermitto illa, ne aut proferre videar ad tempus, aut eo genere uti litterarum, quod meis ſtudiis

i deſcripta *MS. & ed. pr.*

89. *Quæ propter ejus magnitudinem.*] Atqui non ita prolixa oratio illa eſt, ut memoriæ ſuæ diffidere Cicero debeat. Recte igitur liber vetus in Gulielmii ſchedis & Erfurt. *propter rei magnitudinem.* & ita repone, quod res permagna eſſet, accuratéque explicanda. Unde liquet hanc orationem domi meditatum eſſe Tullium; non vero illam derepente in ſenatu natam eſſe, ut ſolebant in gravioribus cauſſis de periculo, ſeu ſcripto ſententiam ferre. *Gravius.*

90. *Ei me dedam.*] Vetus liber habet, *ei me debere dicam.* Urſin. Ita quidem hodie vulgati. ſed enim olim impreſſi ac Pall. aliique, *debeam*, nihilo deterius. *Gruter.*

91. *Prætermitto illa, ne aut proferre videar ad tempus.*] Sic legendum eſt, non, ut vulgo, *proferre ad tempus.* quæ lectio nata eſt ex antiqua depravata. nonnulli enim codd. vett. non habent præpoſitionem: *ad tempus* autem, fuit interpretatio vocis, *dies*, poſtea in contextum Ciceronis tranſlata, Verâ ejectâ. *Lamb.* *Illa* non legitur in Erfurt. utroque Francii, Dreſdenſi, Pithœano, editione prima & Mediol. Sed in Aſcenſii & ſequentibus habetur, ſi ex MSS. bene. nec *videar* in Erfurt. habetur. Poterat alioquin abeſſe. Lambinus edidit ex ingenio, ut frequentius quàm decet pudentem hominem, *ne aut proferre videar ad diem.* Vir ſummus exiſtimat ſcribendum eſſe, *ne proferre videar ante tempus.* Non abeo à libris. *Proferre ad tempus*, eſt temporis cauſſa, quia res & tempus ſic poſtulat. Tacit. I. Ann. I: *Dictaturæ ad tempus ſumebantur*, eſt pro conditione & neceſſitate temporis. Plancus ad Cic. X. ad Fam. 9: *Si itineri meo ſe oppoſuerit, ad tempus conſilium capiam.* Pro quo Livius dixit *pro tempore* XXX, 16: *His raptim pro tempore inſtructis.* Gravius.

92. *Nihil*

diis aptius, quàm conſuetudini judiciorum, eſſe videatur.

XXXI. Atque etiam clamitas, Laterenſis: *Quouſque iſta dicis?* [92] *nihil in* [k] *Ciſpio profeciſti. abſoluta jam ſunt preces tua.* De Ciſpio mihi ne tu objicies, quem ego de me bene meritum quia te teſte cognoveram, te eodem auctore defendi? [93] & ei dices, *Quouſque*, quem negas, quod pro Ciſpio [l] contenderit, impetrare potuiſſe? Nam iſtius verbi, *Quouſque*, hæc poterat eſſe invidia. datus eſt tibi ille: condonatus ille: non facis finem: ferre non poſſumus. Ei quidem, qui pro uno laborarit, & ipſum id non obtinuerit, dici, *Quouſque*, irridentis magis eſt, quàm reprehendentis. niſi fortè ego unus ita me geſſi in judiciis: ita & cum his & inter hos vixi; is in cauſis patronus, is in republica civis & ſum & ſemper fui, ſolus ut à te conſtituar, qui nihil à judicibus debeam umquam impetrare. 75

k *Cyprio* ed. pr.

l contenderim *MS.* P. B.

Et mihi lacrymulam Ciſpiani judicii objectas. ſic enim dixiſti: *Vidi ego tuam lacrymulam.* Vide, quàm me verbi tui pœniteat. non modò lacrymulam, ſed multas lacrymas & fletum cum ſingultu videre potuiſti. An ego, qui meorum lacrymis, me abſente, commotus, ſimultates, quas mecum habebat, depoſuiſſet, meæque ſalutis non modò non oppugnator (ut inimici mei putarant) ſed etiam defenſor fuiſſet, hujus in periculo non dolorem meum ſignificarem? 76

77 Tu autem, Laterenſis, qui tum lacrymas meas gratas eſſe dicebas, nunc eaſdem vis invidioſas videri.

XXXII. Ne-

92. *Nihil in Ciſpio profeciſti.*] Defendiſti Ciſpium, nec tamen abſolutus eſt: nihil jam valent apud judices preces tuæ. M. Ciſpius tribunus pl. fuerat, quo anno Cicero reſtitutus eſt. Poſt Red. in Sen. *Quid M. Ciſpius? cui ego ipſi, parenti fratrique ejus ſentio quantum debeam, qui, cum à me voluntas eorum in privato judicio eſſet offenſa, publici mei beneficii memoria privatam offenſionem oblitteraverunt.* Pro Sextio: *Venientem in forum virum optimum & conſtantiſſimum, M. Ciſpium, tribunum pl. vi depellunt.* P. Manut.

93. *Et ei dices, Quouſque, quem negas, quod pro Ciſpio contenderit, impetrare potuiſſe.*] Erfurt. uterque Francii, editio prima & Mediolanenſis, *contenderim.* Unde ſtatuo Tullium ſcripſiſſe: *Et mihi dices, Quouſque, quem negas quod pro Ciſpio contenderim, impetrare potuiſſe*, non ſolum propter conſenſum tot codicum, in quibus *contenderim* ſcribitur, ſed & propter commodam horum verborum cum præcedentibus connexionem. Quomodo enim cohærent, *tu mihi objicies*, & *ei dices*, cum de eodem homine loquatur, nimirum de ſe ipſo? *Grav.*

94. Et

XXXII. Negas, tribunatum Plancii quidquam attuliſſe adjumenti dignitati meæ. atque hoc loco (quod veriſſimè facere potes) L. Racillii, fortiſſimi & conſtantiſſimi viri, divina in me merita commemoras: cui quidem ego, ſicut [m] in Plancio, numquam diſſimulavi me plurimum debere, ſemperque præ me feram. nullas enim ſibi ille neque contentiones, neque inimicitias, neque vitæ dimicationes, nec pro republica, nec pro me [n] defugiendas putavit. Atque utinam, quàm ego ſum in illum gratus, tam licuiſſet per hominum vim, [94] & injuriam populi Romani, ei gratiam referri! Sed, ſi non eâdem contendit in tribunatu Plancius: exiſtimare debes, non huic voluntatem defuiſſe, ſed me, [95] cùm [o] tantum jam Plancio deberem, Racillii beneficiis fuiſſe contentum.

m in *deeſt in aliis.*

n fugiendas *MS.*

o *ita Grav.* è *MS.*

78 An verò putas, [p] judices idcirco minus meâ cauſâ facturos, quòd me eſſe gratum crimineris? an, cùm populus Romanus illo ſenatusconſulto, quod in monumento Marii factum eſt, quo mea ſalus omnibus eſt gentibus commendata, uni Cn. Plancio gratias egerit (unus enim fuit [96] de magiſtratibus, aut pro magiſtratibus, defenſor ſalutis meæ: cui ſenatus pro me gratias agendas putavit) ei ego à me referendam gratiam non putem? [q] Atqui, eum cùm vides, quo me tandem animo in te putas eſſe, Laterenſis? ullum eſſe tantum periculum, tantum laborem, tantam contentionem, quam ego [r] non modò pro ſalute tua, ſed etiam pro dignitate defugerem? Quo quidem etiam magis ſum, non dicam miſer [97] (nam hoc quidem abhórret à virtute verbum) ſed certè exercitus: non quia multis

P. CCLXXVI.

p idcirco minus libenter judices *MS.*

q Atque hæc cum *MS.*

r modo *MS.*

94. *Et injuriam populi Rom.*] Aliquot mſſ. *P. R.* unde fieri poſſet *prætoris*, aut ſimile quid, ut innuit Gulielmius. Lambinus utramque vocem omiſit, pro jure ſuo ſcilicet. *Grut.*

95. *Cum jam Plancio deberem, L. Racilii beneficio fuiſſe contentum.*] Ita hunc locum correxit Pantagathus, à quo correctionem accepit Manutius, *beneficio* tantum voce in *beneficiis* mutatâ. Idem paullo poſt pro *Gratias agendas putavit*, legebat *putarat*: & ita omnino videtur ſcribendum. *Urſin.*

96. *De magiſtratibus, aut pro magiſtratibus.*] Poſteriores duas dictiones remiſi in locum ſuum, unde quinquaginta aliquot annis abfuerant, fide jubentibus mſſ. noſtris omnibus. *Grut.*

97. *Natura quidem abhorret à virtute verbi.*] Corrigendum ex fide veteris libri, *Nam id quidem abhorret à virtute verbum.* Urſinus. *Nam hoc quidem abhorret à virtute verbum.*] Eſt à Turingico libro. ineptè antea cuſi; *natura quidem abhorret à virtute verbi.* Gruterus.

98. *Salv-*

multis debeo (leve enim onus, beneficii gratiâ) ſed quia
ſæpe concurrit propter aliquorum de me meritorum inter
ipſos contentiones, ut eodem tempore in omnes verear
ne vix poſſim gratus videri. Sed ego hoc meis ponderibus 79
examinabo, non ſolum quid cuique debeam, ſed etiam
quid cujuſque interſit, & quid à me cujuſque tempus
poſcat.

XXXIII. AGITUR ſtudium tuum, vel etiam, ſi vis,
exiſtimatio, [f] laus, ædilitas: at Cn. Plancii ſalus, patria, [f] laus ædi-
fortunæ. Salvum tu me eſſe cupîſti: hic fecit etiam, ut eſſe litatis *MS.*
poſſem. [t] diſtineor tamen & divellor dolore, & in cauſa [t] diſtrahor
diſpari offendi te à me, doleo: ſed, medius fidius, mul- *MS.*
to citius meam [98] ſalutem pro te objecero, quàm Cn. Plan-
cii ſalutem tradidero contentioni tuæ.

Etenim, judices, cùm omnibus virtutibus me affectum 80
eſſe cupiam, tamen nihil eſt, quod malim, quàm me &
gratum eſſe, & videri. Hæc eſt enim una virtus non ſo-
lùm maxima, ſed etiam mater virtutum omnium reliqua-
rum. Quid eſt pietas, niſi voluntas grata in parentes?
[99] qui ſunt boni cives, qui belli, qui domi de patria bene
merentes, niſi qui patriæ beneficia meminerunt? qui ſan- P. B.
cti, qui [v] religionum colentes, niſi qui meritam diis im- [v] religio-
mortalibus gratiam juſtis honoribus & memori mente nem *MS.*
perſolvunt? Quæ poteſt eſſe jucunditas vitæ, ſublatis ami-
citiis? quæ porrò amicitia poteſt eſſe inter ingratos?

Quis

98. *Salutem pro te objecero.*] Erfurd. *abjecero.* Grut. Sic utique
legendum. Nam objicere ſalutem pro aliquo non addito cui ob-
iciatur, ut diſcriminibus, hoſtibus, contentionibus, Latinum
os reſpuit. Abjicere vero ſalutem hic dixit, ut in ep. 16. lib. IX.
ad Poëtam: *Famam ingenii abjicere. Effugere autem ſi velim non nul-
lorum acutè aut facetè dictorum offenſionem, fama ingenii mihi eſt ab-
jicienda.* Pro *abjicere* frequentius dicitur *projicere* in hac notione.
Virgil. VI. Æneid.

——— *lucemque peroſi*
Projicere animas. Græv.

99. *Qui ſunt boni cives? qui belli, qui domi de patria bene meren-
tes, niſi qui patria beneficia meminerunt?*] Nihil hic juvant libri.
Vereor ne *niſi* exciderit ſuo loco, & *qui* perperam fuerit ultimo
loco inculcatum. Nam Ciceronis manus videtur fuiſſe: *Qui ſunt
boni cives? niſi qui belli, qui domi de patria bene merentes patria be-
neficia meminerunt?* ut in præcedentibus, *quid eſt pietas, niſi volun-
tas,* &c. & in ſequentibus: *Qui ſancti, qui religionum colentes, niſi
qui meritam,* &c. Aut diſtinguendum: *Qui ſunt boni cives, qui belli,
qui domi de patria bene merentes? niſi qui* &c. Idem.

1. Suc-

81 Quis eſt noſtrûm liberaliter educatus, cui non educatores, cui non magiſtri ſui atque doctores, cui non locus ille mutus, ubi ipſe [x] alitus aut doctus eſt, cum grata recordatione in mente [y] verſetur? cujus opes tantæ eſſe poſſunt, aut umquam fuerunt, quæ ſine multorum amicorum officiis ſtare poſſint? quæ certè, ſublatâ memoriâ & gratiâ, [z] nulla exſtare poſſunt. Equidem nil tam proprium hominis exiſtimo, quàm non modò beneficio, ſed etiam benivolentiæ ſignificatione alligari: nihil porrò tam inhumanum, tam immane, tam ferum, quàm committere, ut beneficio non dicam indignus, ſed victus eſſe videare.

x *alii* altus.
y verſentur *MS.*
z nullæ *Grav.*

82 Quæ cùm ita ſint, jam [1] ſuccumbam, Laterenſis, iſti tuæ orationi; in eo ipſo, in quo nihil poteſt eſſe nimium, quoniam ita tu vis, nimium me gratum eſſe concedam: petamque à vobis, judices, ut eum beneficio complectamini, quem qui reprehendit, in eo reprehendit, quòd gratum præter modum dicat eſſe. Neque enim ad negligendam meam gratiam debet valere, quòd dixit idem, vos nec nocentes, nec litigioſos eſſe, quo minùs me apud vos valere oporteret. Quaſi verò in amicitia mea non hæc præſidia (ſiqua fortè ſunt in me) parata ſemper amicis eſſe maluerim, quàm neceſſaria. Etenim ego de me tantum audeo dicere, amicitiam meam voluptati pluribus, quàm præſidio fuiſſe: meque vehementer vitæ meæ pœniteret, ſi in mea familiaritate locus eſſet [a] nemini, niſi litigioſo aut nocenti.

a nem. *deeſt Pith.*

83 XXXIV. SED HOC neſcio quomodo frequenter in me [b] con-

1. *Succumbam, Laterenſis, iſti tua orationi.*] Veneti *iſti tuo verbo*, quod fortaſſe *oratione* aliquis explicare voluit. Verum etiam videtur, quod in Venetis mox legitur, *quo nimis me apud vos val. op.* in his enim ſenſus evidens, ubi in noſtris eſt, *quo minus me apud vos val. op.* Camer. *Succumbam, Laterenſis, iſti tua orationi; in eo ipſo.*] Lectio recens eſt, habetque Victorius *iſti tuo verbo.* & antiquior, *iſti tuo ore nimio, in quo:* quomodo & Pall. decem. Grut. & S. Victoris, niſi quod in iis amplius copula, *nimioque.* Gruter. Solus Erfurtenſis veram hujus loci lectionem retinuit, in quo legitur: *iſti tuo crimini, meque in eo ipſo, in quo nihil poteſt eſſe nimium, quoniam ita tu vis, nimium gratum eſſe concedam.* Veſtigia hujus ſcripturæ latent in corruptis *iſti tuo ore nimio.* Mox ex eodem libro addi *illud*, quod in vulgatis deſideratur: *neque enim illud ad negligendam.* Dein idem: *ſi qua forte ſunt in me*, vulgati *ſiqua.* Gravius.

2. Te

congeſſiſti, ſanéque in eo creber fuiſti, [2] te idcircò in locos cauſam conjicere noluiſſe, ne ego mea conſuetudine aliquid de thenſis miſericordiæ cauſâ dicerem: quod in aliis ædilibus [c] antè feciſſem. Nonnihil egiſti hoc loco. nam mihi eripuiſti ornamentum orationis meæ. deridebor, ſi mentionem thenſarum fecero, cùm tu id prædixeris. ſine thenſis autem quid potero dicere? Hic etiam addidiſti, me idcirco [3] mea lege ex iſto ambitu traxiſſe, [4] ut miſerabiliores epilogos poſſem dicere. [d] Non vobis videor cum aliquo declamatore, [5] non cum laboris & fori diſcipulo diſputare?

P.CCLXXVII. b conjec. alii. c ante deeſt in MS. d Num ed. pr.

Rhodi enim, inquit, non fui. Me vult fuiſſe: [6] ſed fui, inquit, Nicæis (putabam in Vacceis dicturum) bis in 84.

2. *Te idcirco in locos communes cauſam conjicere noluiſſe.*] Ita Pantagathus ex libro manuſcripto, ut opinor, ſed ego vocem *communes* ſuſpicor gloſſema eſſe in contextum orationis à librario receptum. unus manuſcriptus, & is quidem perantiquus pro *locos* habet *ludos*. paullo poſt, *Me idcirco mea lege*; poſt vocem *legem* addebat *modo* idem Pantagathus. & infra legebat, *Sed fui Nicaea, inquit, putabam in Vaccais dicturum*. Urſin. *In locos cauſam conjicere noli.*] Fulvii liber, item Tur. *in ludos*. Grut. *illuſos*. quod & in Pal. ſec. item ſexto: ſed is præterea ſcribit, *illuſos tamen convincere noluiſti*. habeo quo defendam illud *ludos*. ſed tu Rigalti, tu Contarene, onus illud ſubite; ſi placeo. nam nimis quàm feſtino. *Grut.*

3. *Mea lege.*] Quam conſul tulit, auctâ pœnâ, & irrogato ordini ſenatorio decem annorum exſilio. *P. Manut.*

4. *Quo miſerabiliores epilogos poſſem dicere.*] Quo plus miſericordiæ, cum de ambitu accuſatos defenderem, in epilogis commovere poſſem: cum reis honorem, dignitatem, patriam ipſam, ſi damnarentur, impendere dicerem. jocabatur iis verbis Laterenſis in Ciceronem, qui Rhodi, id eſt in inſula amœniſſima, Apollonio Moloni operam dederat. *P. Manut.*

5. *Non cum laboris & fori diſcipulo diſputare.*] Quàm longè iſthæc abeunt à Lambinianis. ſciamus eſſe è codice Erfordiano. nam vulgata; *non cauſâ laboris & fori diſputare.* à quo abibant in eo Pall. meliores, quod præferrent, *non cum lab. &c.* Grut. Petrus Pithœus adſcripſerat margini: forte: *non cum rabula & foro*, vel, *non cum rabula forenſi.* Sic de Orat. *nec enim declamatorem de ludo, rabulam de foro.* Locus eſt vitioſus. Sine melioribus libris non poterit ſanari conjecturis. *Gravius.*

6. *Sed fui, inquit, Nicais (putabam in Vacais dicturum.*] Sic aliquot Pall. à manu ſecunda. à prima verò omnes deſtituebantur illo *Nicais*, quod neque in olim cuſis. poſtea enim edidi; *ſed fui, inquit (putabam in Nicais dicturum.)* Grut. Hæc quoque ſunt contaminatiſſima, quibus purgandis meliores codices ſunt exſpectandi. In primo Francii ſcribitur, *putabam in Vaceris dicturum.* Erfurt.

in Bithynia. Si locus habet reprehenſionis [e] anſam aliquam, neſcio cur ſeveriorem Nicæam putes, quàm Rhodum. ſi ſpectanda cauſa eſt: & tu in Bithynia ſumma cum dignitate fuiſti, & ego Rhodi non minore. Nam, quòd in eo me reprehendiſti, quòd nimiùm multos defenderim: utinam & tu, qui potes, & ceteri, qui defugiunt, vellent me labore hoc levare! ſed fit veſtrâ diligentiâ, qui in cauſis ponderandis omnes ferè repudiatis, ut ad nos [f] pleræque confluant, qui miſeris & laborantibus nihil negare poſſumus.

e cauſam Grav.

f plerique MSS.

85 Admonuiſti etiam, quòd [7] in Creta fuiſſes, dictum aliquod in petitione tua dici potuiſſe: me id perdidiſſe. Uter igitur noſtrûm eſt cupidior dicti? egone, qui, quod dici potuit, non dixerim: an tu, qui etiam ipſe in te dixeris? Te ajebas de tuis rebus geſtis nullas litteras miſiſſe, quòd mihi meæ, [8] quas ad aliquem miſiſſem, obfuiſſent. quas ego mihi obfuiſſe non intelligo: reipublicæ video prodeſſe potuiſſe.

86 XXXV. Sed sunt hæc leviora: illa verò graviora atque magna, quòd meum diſceſſum, quem ſæpe deflêras, nunc quaſi reprehendere & ſubaccuſare voluiſti. dixiſti enim, non auxilium mihi, ſed me auxilio defuiſſe. Ego verò fateor [g] mehercule, quòd viderim mihi auxilium non deeſſe, idcirco me illi auxilio pepercisse. [h] qui enim [i] ſtatus, quod diſcrimen, quæ fuerit in republica tempeſtas illa, quis neſcit? Tribunicius me terror, an conſularis furor movit? decertare mihi ferro magnum fuit cum reliquis eorum, quos ego florentes atque integros ſine ferro viceram? Conſules poſt hominum memoriam tæterrimi atque turpiſſimi, ſicut & illa principia, & hi recentes rerum exitus declararunt: quorum alter exercitum perdidit, alter vendidit, emptis provinciis, à ſenatu, à republica, à bonis omnibus defecerant: qui exercitibus, qui armis, qui opibus plurimùm poterant, cùm, quid ſentirent, neſciretur, furialis illa vox nefariis ſtupris, religioſis

P. B.

g meherc. *deeſt in MS.*

h quis *alii.*

i flatus *Gul.*

furt. *Putabam in Vacea eis dicturum.* Videtur Cicero ſcripſiſſe, ut licet ex veſtigiis Pall. colligere: *Sed fui Nicaa: putabam in Vaccais dicturum: bis in Bithynia.* Grævius.

7. *In Creta fuiſſes.*] Πρὸς Κρῆτα κρητίζειν. fuerat enim etiam in Creta Plancius, & iidem ambo candidati. *Grut.*

8. *Quas ad aliquem miſiſſem.*] Intelligit ad Pompejum miſſas, in quibus ſe Lælium, ipſum Africanum facit. Gulielmius. *Idem.*

9. *Sal-*

ligioſis altaribus effœminata, ſecum & illos, k & conſules
facere acerbiſſimè perſonabat. egentes in locupletes, per-
diti in bonos, ſervi in dominos armabantur. Aderat me- 87
cum ſenatus, & quidem veſte mutatâ: quod pro me uno
poſt hominum memoriam publico conſilio ſuſceptum eſt.
Sed recordare, qui tum fuerint conſulum nomine hoſtes,
qui ſoli in hac urbe ſenatum ſenatui parere non ſiverint:
edictoque ſuo non luctum patribus conſcriptis, ſed luctus
indicia ademerint. Aderat mecum cunctus equeſter ordo:
quem quidem in concionibus [9] ſaltator ille Catilinæ con-
ſul proſcriptionis denuntiatione terrebat. [10] at tota Italia
convenerat: cui quidem belli inteſtini & vaſtitatis metus
inferebatur.

k & non eſt in MSS. & edd.

XXXVI. Hisce ego auxiliis l ſtudentibus atque
incitatis uti me, Laterenſis, potuiſſe confiteor: ſed erat
non jure, non legibus, non diſceptando decertandum
(nam profectò, præſertim tam bona in cauſa, numquam,
quo ceteri abundarunt, id mihi ipſi auxilium meum de-
fuiſſet) armis fuit, armis, inquam, fuit dimicandum;
quibus à ſervis atque à ſervorum ducibus cædem fieri ſe-
natûs & bonorum, reipublicæ exitioſum fuiſſet. Vinci 88
autem improbos à bonis, fateor fuiſſe præclarum, ſi finem
m eum vincendi viderem: n quem profectò non videbam.
Ubi enim præſtò fuiſſet mihi aut tam fortis conſul, quàm
L. Opimius? quàm C. Marius? quàm L. Flaccus? quibus
ducibus improbos cives reſpublica vicit armatis: aut, ſi
minus fortes, attamen tam juſti, quàm P. Mucius, qui
arma, quæ privatus P. Scipio o ſumpſerat, ea, Ti. Grac-
cho interempto, jure optimo ſumpta eſſe defendit? Eſſet
igitur pugnandum cum conſulibus. nihil ampliùs dico, niſi
illud,

l lubentibus *Gul.*

Pag. CCLXXVIII.

m tum *MS.*

n *quat. ſeqq. voces deſunt in Pith.*

o ceperat *MS.*

9. *Saltator ille Catilina conſul.*] Gabinius. Poſt Red. in Sen. *Cur in luſtris & helluationibus hujus calamiſtrati ſaltatoris eximia virtus tam diu ceſſavit?* Pro Domo: *Campanum illum conſulem cum ſaltatore collega.* In Piſonem: *Tu ex tenebricoſa popina conſul extractus, cum illa ſaltatrice tonſa ſenatum reip. occaſum atque interitum lugere vetuiſti.* P. Manut. *Saltator ille Catilina.*] Gabinium intelligi Manutius vere docet. Nullus dubito, quin ad hunc locum, & illa quæ Manutius attulit, reſpexerit Macrobius Saturnal. II, 10: *Priuſquam à ſaltatione diſcedo, illud adjiciam, uno eodem tempore tribus nobiliſſimis civibus non modo ſtudium ſaltandi, ſed etiam, ſi diis placet, peritiam, quâ gloriarentur, fuiſſe, Gabinio conſulari Ciceronis inimico, quod etiam non diſſimulanter objecit.* Græv.

10. *At tota Italia.*] *Ac tota Italia* Pantagathus, & recte, *Urſinus.*

p videbant alii. illud, Victoriæ noſtræ graves adverſarios paratos: interitûs nullos ultores eſſe p videbam.

89 Hiſce ego auxiliis ſalutis meæ ſi idcirco defui, quia nolui dimicare: fatebor, id quod vis, non mihi auxilium, ſed me auxilio defuiſſe. ſin autem, quo majora ſtudia in me bonorum fuerunt, hoc iis magis conſulendum & parcendum putavi: tu id in me reprehendis, quod Q. Metello laudi datum eſt, hodieque eſt, & ſemper erit maximæ gloriæ? quem, ut potes ex multis audire, qui tum affuerunt, q conſtat invitiſſimis viris bonis ceſſiſſe: nec fuiſſe dubium, quin contentione & armis ſuperior poſſet eſſe. Ergo ille, cùm ſuum, non cùm ſenatûs factum defenderet; cùm perſeverantiam ſententiæ ſuæ, non ſalutem reipublicæ retinuiſſet; tamen ob r illam, quòd illud voluntarium vulnus accepit, juſtiſſimos omnium ſ Metellorum & clariſſimos triumphos gloriæ laude ſuperavit, quòd & illos ipſos improbiſſimos cives interfici noluit, &, ne quis bonus interiret in eadem cæde, providit: ego, tantis periculis propoſitis, cùm, ſi victus eſſem, interitus reipublicæ; ſi viciſſem, infinita dimicatio pararetur: committerem, ut idem perditor reipublicæ nominarer, qui ſervator fuiſſem? Mortem me timuiſſe dicis.

q ita Grav. è MS.

r ita Grav. illam conſtantiam, quâ Grut.

ſ Metell. conſtantiam edd. vett.

P. B.

90 XXXVII. Ego verò ne immortalitatem quidem contra rempublicam accipiendam putarem, nedum emori cum pernicie reipublicæ vellem. nam, qui pro republica vitam t ediderunt (licet me deſipere dicatis) numquam mehercule eos mortem potiùs, quàm immortalitatem aſſequutos putavi: Ego verò, ſi tum illorum impiorum ferro ac manu concidiſſem, in perpetuum reſpublica civile præſidium ſalutis ſuæ perdidiſſet. Quin etiam, ſi me vis aliqua morbi, aut natura ipſa conſumſiſſet, tamen auxilia poſteritatis eſſent imminuta, quòd peremptum eſſet meâ morte id exemplum, qualis futurus [11] in me retinendo fuiſſet ſenatus populusque Romanus. An, ſi umquam in me vitæ cupiditas fuiſſet, ego menſe Decembri mei conſulatûs, omnium parricidarum tela v commôſſem? quæ, ſi viginti quieſſem dies, [12] in aliorum vigiliam conſulum recidiſ-

t ita Grav. alii dediderunt.

v commoviſſem alii.

11. *In me retinendo.*] Non retinendo, ne iret in exſulium: non enim ſenatus eum, populus Romanus retinuit: ſed retinendo, id eſt conſervando, reſtituendo, in quo populus Romanus cum ſenatu egregie conſenſit. *P. Manut.*

12. *In aliorum vigiliam conſulum recidiſſent.*] Invitus & heicer-

diſſent. Quamobrem, ſi vitæ cupiditas contra rempubli-
cam eſt turpis, certè multo mortis cupiditas mea turpior
fuiſſet cum pernicie civitatis. Nam quòd te in republica li- 91
berum eſſe gloriatus es, id ego & fateor, & lætor, & tibi
etiam in hoc gratulor. quòd me autem negaſti; in eo neque
te, neque quemquam diutius patiar errare.

XXXVIII. NAM, SI quis idcirco aliquid de libertate
mea deminutum putat, quòd non ab omnibus eiſdem, à
quibus antea ſolitus ſum diſſentire, diſſentiam: primùm, ſi
bene de x me meritis gratum me præbeo, non deſino in- x me *deeſt*
currere in crimen hominis nimiùm memoris nimiùmque *in MS.*
grati. ſin autem ſine ullo reipublicæ detrimento, reſpicio
etiam aliquando ſalutem tum meam, tum meorum: certè
non modò non ſum reprehendendus, ſed etiam, ſi ruere
vellem, boni viri me, ut id ne facerem, rogarent. Res 92
verò ipſa publica, ſi loqui poſſet, ageret mecum, ut, quo- P. CCLXXIX.
niam ſibi ſerviſſem ſemper, numquam mihi, fructus au-
tem ex ſeſe non, ut oportuiſſet, lætos & uberes, ſed ma-
gna acerbitate permixtos tuliſſem, ut jam mihi ſervirem,
conſulerem meis, ſe non modò ſatis habere à me, ſed y ortum
etiam vereri, ne parum mihi pro eo, quod y tum à me *Gul.*
haberet, reddidiſſet. Quid, ſi horum ego nihil cogito? & 93
idem ſum in republica, qui fui ſemper? tamenne z tu li- z tu *deeſt in*
bertatem requires meam? quam tu ponis in eo, ſi ſemper *MS.*
cum iis, quibuſcum aliquando contendimus, depugnemus.
quod eſt longè ſecus. [13] Stare enim omnes debemus, tam-
quam in orbe aliquo reipublicæ, qui quoniam verſetur,
eam deligere partem, ad quam nos illius utilitas ſalusque
converterit.

XXXIX. EGO AUTEM Cn. Pompejum, non dico au-
ctorem, ducem, defenſorem ſalutis meæ (nam hæc pri-
vatim fortaſſe officiorum memoriam & gratiam quærunt)
ſed dico hoc, quod ad ſalutem reipublicæ pertinet: ego
eum

turbavi vulgatum, *jugulum*, quod in nullo reperiſſem cuſo antiquiore, in nullis membranis Pall. negaretque Lambinus fuiſſe in ſuis. & alluſum puto ad obſeſſos, ad alios, quibus res eſt cum hoſte. iis enim nox quæque diviſa in vigilias quatuor; quibus ſingulis mutabantur excubitores. *Gruterus*. Grævius cum Manutio, Lambino & aliis *jugulum* retinuit.

13. *Stare omnes debemus tanquam in orbe aliquo.*] Vide quæ de hoc argumento docte diſputat; etiam ex Philoſophorum libris, in ep. 9. lib. I. ad Lentulum. In ſequentibus Erfurt. rectius: *qui quomodo verſatur*, pro vulgato, *qui quoniam verſetur*. Grævius.

eum non tuear, quem omnes in republica principem eſſe concedunt? ego C. Cæſaris laudibus deſim; quas primùm populi Romani, nunc etiam ſenatûs, cui me ſemper addixi, plurimis atque ampliſſimis judiciis videam eſſe celebratas? Tum hercule me confitear non judicium aliquod habuiſſe de reipublicæ utilitate, ſed hominibus amicum, aut inimicum fuiſſe.

94 An, cùm videam navem ſecundis ventis curſum tenentem ſuum, ſi [a] non eum petat portum, quem ego aliquando probavi, ſed alium non minus tutum atque tranquillum, cum tempeſtate pugnem periculoſè potiùs, quàm illi, ſalute præſertim propoſitâ, obtemperem & paream? Neque enim inconſtantis puto, ſententiam, tamquam aliquod navigium atque curſum, ex reipublicæ tempeſtate moderari. Ego verò hæc didici, hæc vidi, hæc ſcripta legi; hæc de ſapientiſſimis & clariſſimis viris, & in hac republica, [14] & in aliis civitatibus monumenta nobis litteræ prodiderunt: non ſemper eaſdem ſententias ab iiſdem, ſed, quaſcumque reipublicæ ſtatus, [b] inclinatio temporum, ratio concordiæ poſtularet, eſſe defendendas. quod ego & facio, Laterenſis, & ſemper faciam: libertatemque, quam in me requiris, quam ego neque dimiſi umquam, neque dimittam, non in pertinacia, ſed in quadam moderatione poſitam putabo.

a *ita Grav. alii* non ea cum.

P. B.

b indignatio *MSS.*

95 XL. Nunc venio ad illud extremum, quod dixiſti, dum Plancii in me meritum verbis extollerem, me arcem facere ex cloaca, lapidemque è ſepulchro venerari pro deo. neque enim mihi inſidiarum periculum ullum, neque mortis fuiſſe. Cujus ego temporis rationem explicabo brevi, neque invitus. nihil enim ex meis eſt temporibus, quod minùs pervagatum, quodque minùs aut mea commemoratione celebratum ſit, aut hominibus auditum atque notum. Ego enim, Laterenſis, ex illo incendio legum, juris, ſenatûs, bonorum omnium, cedens, cùm mea domus ardore ſuo deflagrationem urbi atque Italiæ toti minaretur, niſi quieviſſem, [15] Siciliam petivi animo, quæ

14. *Et in aliis civitatibus monimenta nobis littera prodiderunt.*] Pro *littera* legebat Pantagathus *litterarum*, & ita omninò ſcribendum eſſe arbitror. *Urſin.*

15. *Siciliam petivi animo.*] *Siciliam petivi à Vibone* olim Pantagathus, qui vocem *animo*, nullo pacto ferendam exiſtimabat. Poſtea mutatâ ſententiâ, ita emendavit; *Siciliam petii eo animo quod*

quæ & ipſa erat mihi, ſicut domus una, conjuncta: & obtinebatur à C. [c] Virgilio: quo-cum me uno vel maximè 16 cùm vetuſta amicitia, tum mei fratris collegia, tum respublica ſociarat.

c Virginio *Lamb.*

Vide nunc caliginem temporum illorum. Cùm ipſa pænè 96
inſula mihi ſeſe obviam ferre vellet, prætor ille ejuſdem tribuni plebis concionibus propter eandem reipublicæ cauſam ſæpe vexatus, nihil amplius dico, niſi me in Siciliam venire noluit. Quid dicam? C. Virgilio, tali civi & viro, benivolentiam in me, memoriam communium temporum, pietatem, humanitatem, fidem defuiſſe? nihil, [d] judices, eſt eorum: ſed, quam tempeſtatem nos vobiſcum non tuliſſemus, metuit, ut eam ipſe poſſet opibus ſuis ſuſtinere. Tum conſilio repentè mutato, iter à Vibone Brundiſium terrâ petere contendi. nam maritimos curſus præcludebat hiemis magnitudo.

d *alii* videlicet.

P. CCLXXX.

XLI. Cùm OMNIA [e] illa municipia, quæ ſunt à Vibone 97
Brundiſium, in fide mea, judices, eſſent, iter mihi tutum, multis minitantibus, magno cum ſuo metu præſtiterunt. Brundiſium veni, vel potius ad mœnia acceſſi: urbem unam mihi amiciſſimam declinavi, quæ ſe vel potiùs exſcindi, quàm è ſuo complexu ut eriperer, facilè pateretur. In hortos me M. Lenii Flacci contuli: cui cùm omnis metus, publicatio bonorum, exſilium, mors proponeretur, hæc perpeti, ſi acciderent, maluit, quàm cuſtodiam mei capitis dimittere. Hujus ego, & parentis ejus, prudentiſſimi atque optimi ſenis, & utriuſque filiorum manibus, in navi tuta ac fideli collocatus, eorumque preces & vota de meo reditu exaudiens, Dyrrhachium, quod erat in fide mea, petere contendi.

e illa *deeſt in MS.*

Quò cùm veniſſem, cognovi, id quod audieram, refer- 98
tam eſſe Græciam ſceleratiſſimorum hominum ac nefariorum: quorum impium ferrum igneſque peſtiferos meus ille conſulatus è manibus extorſerat: qui antequàm de meo adventu audire potuiſſent, cùm tum abeſſent [f] aliquorum dierum viam, in Macedoniam ad [g] Planciumque perrexi. Hic verò [h] ſimul atque me mare tranſiſſe cognovit: (audi, audi,

f aliquot *Lamb.*

g Plancium Quæſt. *Manut.*

h ſimulac me *MS.*

quod & ipſa &c. paullo poſt legebat, *Tum conſilio repente mutato, terrâ Vibone Brundiſium petere contendi.* Urſin.

16. *Tum vetuſta amicitia, tum mei fratris collegia, tum reſp. ſociarat.*] Erſ. *cùm vetuſtas, tum amicitia, cùm fratris collegia, tum reſp. ſociaverat.* non male. *Gravius.*

audi atque attende, Laterenſis, ut ſcias, quid ego Plancio debeam: confitearequе aliquando, quod facſam; me & gratè, & piè facere: huic, quæ pro ſalute mea fecerit, ſi minùs profutura ſint, obeſſe certè non opórtere.) Nam, ſimulac me Dyrrhachium attigiſſe audivit: ſtatim ad me; [17] lictoribus dimiſſis, inſignibus abjectis, veſte mutatâ, profectus eſt.

99 O acerbam mihi, judices, memoriam temporis illius & loci, cùm hic in me incidit, [i] complexus eſt conſperſitque lacrymis, nec loqui præ mærore potuit! ô rem [k] cùm auditu crudelem, tum viſu nefariam! ô reliquos ómnes dies noctesque eas, quibus ille à me non recedens, Theſſalonicam me in quæſtoriumque perduxit! Hîc ego nunc de prætore Macedoniæ nihil dicam amplius, niſi, eum & civem optimum ſemper & mihi amicum fuiſſe, ſed eadem timuiſſe, quæ ceteros. Cn. Plancium fuiſſe unum, non, qui minus timeret, [18] ſed ſi accidérent ea, quæ timerentur, mecum ea ſubire & perpeti vellet.

i cum compl. MSS. P.B.
k tum MS.

100 Qui, cùm ad me L. Tubero, meus neceſſarius, qui fratri meo legatus fuiſſet, decedens ex Aſia veniſſet, eaſque inſidias, quas mihi paratas ab exſulibus conjuratis audierat, animo amiciſſimo detuliſſet: in Aſiam me ire [19] propter ejus provinciæ mecum & cum meo fratre neceſſitudinem, comparantem, non eſt paſſus: [20] vi me, inquam, Plancius, & complexu ſuo retinuit, multosque menſes à capi-

17. *Lictoribus dimiſſis.*] Lictoribus in urbe non utebantur quæſtores: ut ait Gellius lib. XIII. cap. 2. in provincia eos habere licuit: quod hic locus declarat: cui ſuffragari videntur illa verba ad Cornificium: *Illud non nimium probo, quod ſcribis, quo illi animo æquiore ferrent, te tuis etiam legatis lictores ademiſſe.* Nam ſi legatis lictores tribuuntur, cur non quæſtoribus, honore præſtantibus? eſt enim legatus infra quæſtorem: ut in epiſt. ad M. Cœlium & ad Thernum. *P. Manut.*

18. *Sed ſi acciderent ea.*] Deeſt *qui*, ut ſit, *ſed qui ſi acciderent* &c. *Urſin.*

19. *Propter ejùs provinciæ mecum &c. comparantem.*] Ita legendum duxi omnibus Pall. volentibus, item S. Victoris ac Grut. qui ultimus duxit me ad hanc lectionem, cùm haberet, *me ire parantem, propter ejus provin. &c.* illud *mecum* tamen ſolùm erat apertè in Pal. pr. nam reliqui *metum.* vulgata, *metum &c. comparatam.* quod *comparatam* etſi affirmet comparere in ſcriptis omnibus Lambinus; haud ei credam. noſtrum ſanè conſpicitur in codice S. Victoris & edd. priſcis. *Gruter.*

20. *Vi me, inquam.*] Optime primus Francii, ut ſequens *inquam* declarat, has voces repetiit: *Vi me, vi me, inquam.* Græv.

21. *Aut*

capite meo non diſceſſit, abjectâ quæſtoriâ perſonâ, comitisque ſumptâ.

XLII. O EXCUBIAS tuas, Cn. Planci, miſeras! ô flebiles vigilias! ô noctes acerbas! ô cuſtodiam etiam mei capitis infelicem! ſi quidem ego tibi vivus non proſum, qui fortaſſe mortuus profuiſſem. memini enim, memini, neque umquam obliviſcar noctis illius, cùm tibi vigilanti, aſſidenti, mœrenti, vana quædam miſer atque inania, falſâ ſpe inductus, pollicebar: me, ſi eſſem in patriam reſtitutus, præſentem tibi [l] gratiam relaturum: ſin autem vitam mihi ſors ademiſſet, [21] aut vis aliqua major reditum peremiſſet: [m] hos, hos (quos enim ego tum alios animo intuebar?) omnia tibi illorum laborum præmia pro me perſoluturos. Quid me adſpectas? quid mea promiſſa repetis? quid meam fidem imploras? nihil tibi ego tum de meis opibus pollicebar, ſed [n] de horum erga me benivolentiâ promittebam: hos pro me lugere, hos gemere, hos decertare pro meo capite, vel vitæ periculo velle videbam: de eorum deſiderio, luctu, querelis quotidie aliquid tecum ſimul audiebam: nunc timeo, ne nihil tibi, præter lacrymas, queam reddere, quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudiſti. 101

l gratias MS.

m illud hos deeſt in MS.

n ita Grav.

P. CCXXXI.

Quid enim poſſum aliud, niſi mœrere? niſi flere? niſi te cum mea ſalute complecti? ſalutem tibi iidem dare poſſunt, qui mihi reddiderunt. [22] Huc exſurge tamen, quæſo. retinebo & complectar: nec me ſolùm deprecatorem fortunarum tuarum, ſed comitem ſociumque profitebor: atque (ut ſpero) nemo erit tam crudeli animo tamque inhumano, nec tam immemor meorum non dicam in bonos meritorum, ſed bonorum in me, qui à me mei ſervatorem capitis divellat ac diſtrahat. Non ego meis ornatum beneficiis à vobis deprecor, judices, ſed cuſtodem ſalutis meæ: non opibus contendo, non auctoritate, non gratiâ; ſed precibus, ſed lacrymis, ſed miſericordiâ: me- 102

cum-

21. *Aut vis aliqua major reditum peremiſſet.*] Impediiſſet, aut irritum reddidiſſet. Hoc interdum eſt *perimere*. III. de Offic. 7: *Hujuſmodi igitur res Panætium perſecuturum fuiſſe, niſi aliqui caſus, aut occupatio conſilium ejus peremiſſet.* Alia ſunt apud Tullium exempla. *Gravius.*

22. *Huc exſurge tamen.*] Quid *huc* ſibi velit non video. Erfurt. *te. Tamen exſurge quæſo, retinebo.* Scribe & interpunge: *Te tamen, exſurge quæſo, retinebo.* Idem.

23. *C. Fla-*

o ita Grav. alii ſimul miſerr.

cumque vos o ſimul hic miſerrimus & optimus co
tur parens, & pro uno filio duo patres deprecamur.

Nolite, judices, per vos, per fortunas, per liberos
103 ſtros, inimicis meis, his præſertim, quos ego pro v
ſalute ſuſcepi, dare lætitiam, glorianti bus vos jam ob
mei ſalutiſque ejus, à quo mea ſalus conſervata eſt, ho
exſtitiſſe. nolite animum meum debilitare tum luctu, t
etiam metu commutatæ veſtræ voluntatis erga me: ſi
te me, quod vobis fretus huic ſæpe promiſi, id à vobis
perſolvere.

104 Teque, [23] C. Flavi, oro & obteſtor, qui meor
conſiliorum in conſulatu ſocius, periculorum partice
rerum, quas geſſi, adjutor fuiſti, meque non modò
vum ſemper, ſed etiam ornatum florentemque eſſe
luiſti: ut mihi per hos conſerves eum, per quem me
P. B. & his conſervatum vides. Plura ne dicam, tuæ me eti
lacrymæ impediunt, veſtræque, judices, non ſolùm me
quibus ego, magno in metu meo, ſubitò inducor in ſpe
vos eoſdem in hoc conſervando futuros, qui fueritis in m
quoniam iſtis veſtris lacrymis de illis recordor, quas pro
ſæpe & multùm profudiſtis.

23. *C. Flavi.*] Aut hic, *C. Alſi*, aut ſupra, *C. Flavium*, leg
dum videtur. quæſitorem enim eſſe conſtat. de Flavio au
magis credo: ut ſit quæſitor editus à Laterenſi. nam Alſium,
opinari licet ex orat. in Vatinium, prætorem hujus anni, v
ſimile non videtur à Laterenſi quæſitorem editum fuiſſe: c
prætorum ſua cujuſque propria, ſorte datâ, quæſtio eſſet, u
abduci nec poſſent, nec in Plancii cauſſa neceſſe eſſet, datâ
cuſatori in crimine ſodalitii, quos ei commodum eſſet, ede
vel judices, vel quæſitorem, licet prætor non eſſet. *P. Manu*

FINIS TOMI SECUNDI ORATIONUM.

ould be retu
before th